Quare autem ecclesia compellit aliquem ad matrimonij contractum, cùm sit actus interior, scilicet consensus? Respon. quòd ratione contractus, quo se obligauit ad actum interiorem, ecclesia cogit illum: sicut si quis solo corde vouisset, ecclesia ad illius voti obseruantiam non cogeret: si autem ore emisisset, illum cogeret. Paluda. in. 4. distinct. 17. quæst. 7. penul. colum. versic. Si autem dicitur.

Non obstant adducta in superioribus pro parte contraria, nam loquuntur, quando ius non est quæsitum parti, quia fuit factum in euentum, si fieret scriptura, si non fiat, actus est imperfectus, & præsumitur recessum communi consensu ab eo. Vel casu, quo teneatur fidem seruare, malè facit recedendo sine causa à promissione, & id facit dispositione iuris. vt in dict. l. contractus. Quia promittens contrahere, tenetur perficere promissionem. l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de lega. 1. l. si quis stipulatus sit Stichum. §. fi. ff. de verb. obli. Qui enim promisit fideiubere, etsi verè fideiussor non sit, tenetur tamen fideiubere: & qui locare promisit, tenetur locare. l. in bonæ fidei. §. si tamen. ff. de eo quod certo loco. Et qui vẽdere promisit, vendere tenetur. l. si sterilis. §. pen. vbi no. ff. de acti. emp. Bart. & alij in. l. si eum. §. qui iniu-

riarum.ff.si quis caut.Et quanuis longè distet promissio contrahendi ab ipso contractu, vt probat Boeri.decis.3.colum.1.tamen compellitur illam promissionem seruare.Et sic in sponso erit dicendum.Vincen.&Ioan.Andr.in capitu. si inter.de spon.Henri.in cap.is qui fidem.colum.pen.eod. titu.Nicol.Milis in reperto.verb.Sponsalia non contrahuntur.Tiraquell.libr.2.de retract. §. vlti. numero.53.

Non obstat,quòd dissensu receditur, nam hoc procedit ante sponsionem factam mulieri. Secùs hìc. Nec obstat etiam.capit.requisiuit.Quia debet intelligi,quando adest causa, saltim vt euitetur maius periculum, eligendum est minus malum.Ioan.Lup.cap.per vestras.§.18.num.16.sic intelligens dict.cap.requisiuit. Et sic præmittenda est leuis coactio,seu monitio, & ne sequatur maius malum,dissimulat ecclesia,& non procedit ad vlteriora,præcipuè si de vxoricidio timeretur. S. Thom.in.4.sentent.distinct.27. quæst.2. versic. Ad secundum dicendum. Facit optima glos. in ca.sic quippe.§.sed concedatur.27.quæst.2. quod text.ille intelligatur, quãdo iusta causa allegatur, propter quam compulsio cessare debeat, ad hoc vt sponsus non possit compelli,non aliàs.cap. ex literis.de sponsa. Quæ causa vtrum legitima & rationabilis sit, iudicis arbitrio est relinquenda secundum Anto.in dict.cap.requisiuit.Francisc.de Areti.consil.142.Ex facto proponitur. col.6.nu. 6.versi.Prima ergo conclusio.

Quæro, Vtrùm appellatione vxoris,veniat spõsa de futuro,vel sponsæ simpliciter,veniat sponsa de præsenti?Et videtur dicẽdum quòd non: quia sponsa propriè illa dicitur, cum qua est promissum coniugium in futurum: sed hæc non est vxor, ergo eo nomine non venit. Tum, quia verba secundùm suum proprium sensum sunt accipienda.cap.relatum.de cle.non resid. l. fideicommissum.ff.de condi.& demonstra.l.fin. C. de his qui veni.ætat.impetraue.

Item apud Iureconsultos proprior, ac frequentior est significatio sponsi & sponsæ, quos de futuro appellamus.Antoni.Panormi. & Feli. in rubri.de sponsa.Conrad.Lagus in methodica iuris. titul. de nupti.Couar.in Epitome. 4. Decretal.1. part.cap.1.num.4.&in nume.16. in fin.

Item est text.in.l.eo iure.§.hoc caput. ff.de ritu nupt.vbi constitutio loquens in matrimonio, non habet locum in sponsalibus.l.solet.§. quæ virum eluget.ff.de his qui not. infa. Quod est not. ad leg.49.Tauri.

Præterea confirmatur,Nam contrahens sponsalia,non cadit in pœnam appositam contrahenti matrimonium.gl.in verb.contrahere. in clem. vni.de consangui.&affinita.singul.secundùm Panormi.in capit.1.pen.colum. de postu.præla.Ias. in.l.cùm quidam.colum.3. ff. de liber. & posthu. cum multis alijs docto.relatis ab And. Tiraquel. in.l.10.connubiali.glo.2.num.18.fol.250.colum. 2.&Ias.in.l.2.nume.25.ff.de iurisdict.omni.iudi. &in.l.quominus.nume.18.ff.de fluminib. in.l.si stipuler.4.nota.nume.5. ff. de verbo.obligat.Felin.in rubr.de sponsalib.&in cap.tertio loco.nu. 2.de præsumpt.Deci.in capit.ad hæc in beato.numero.45.de postula.præla.glos.in.l.fina.titu.18. parti.7.&in.l.2.titul.1.part.4. collecta in capitu. non debet.nume.5.de consangui. & affini. Milis in repertori.verb.lex.quæst.2. Angel.in summa. verb.Pœna.§.5.Boeri.decisio.173.nume.30.Et est opinio communis secundùm Præposit. in capi.1. colum.4.nume.8.de sponsali.Marti.Nauar.in capit.si quando.exceptio. 6.pagin. 20. de rescript. Niconi.in repet.rub.C.de edendo.nu.31.

Hinc infertur,quòd licèt verum sit, quòd clericus primæ tonsuræ contrahendo matrimonium ipso iure priuetur beneficijs.glos. & Collecta.in capit.1.de cle.coniuga.Rota antiqua decisio.102. Decisi.Capell.Tholosa.239.&Rot.antiq.decisio. 570. vbi probat Rota etiam si fuisset contractum cum impubere.Et Staphil. de literis gratiæ & iustiti.fol.74. Quæ opinio non est multum certa, cùm sint sponsalia de futuro, & per huiusmodi sponsalia non vacant beneficia, vt statim dicam. Et vacant ipso iure ex communi opinione secundùm Couar.in epitom.4.part.2.capi.6.§.3.nu.4.

Tamen sponsalia de futuro non inducunt priuationem beneficiorum, quia non sunt matrimonium, nec quid ponũt in esse, quod impediat ordinem sacrum,& officiũ sacerdotale.Ioan. Andr. & communiter docto.in cap.1. de cleri. coniuga. Ioan.Andr.Cardin.Ancha.&Imo.in.c.Ioannes. eod.titul.Panor.cons.62.nu.18.dub.4.libr.2.Tiraquel.in.l.10.connubia.glos.2.num.18.Henr.in cap.diuersis fallacijs.colum.pen. de cle. coniuga. quorum communis est secundum Stephan. Aufre.in decisio Capell.Tholos.239.&Couar.in dicto.§.3.nume.4.Rebuff.in practi.beneficio.pag. 562.nume.40.

Hinc est,quòd statutum prohibens contrahere matrimonium cum certo genere personarum, non habet locum in contrahente sponsalia de futuro.Bald.in.l.penul.§.docere.colum.fina. ff.ne quis eum qui in ius vo.est vi exi. Anchar. in capi. 1.colum.fina.de sponsa.libr.6.& consi.21. colum. penult.versi. Tertiò nota.Fernand. Loazes in repeti.l.filiusfami.§.diui.nume. 151. ff.de legat.1.Facit.l.si quis tutor.§.quanuis.ff. de ritu nupt.l. solet.§.quæ virum. ff. de his qui notan. infam. vbi viduæ contrahenti sponsalia intra annum luctus, non imponitur pœna.Secùs si matrimonium.l.2.

C.de

C. de secundis nuptijs. Iura autem, quæ dicunt appellatione viri & vxoris contineri sponsum & sponsam, procedunt in sponso & sponsa de præsenti, non in sponsis de futuro, quia verè coniuges sunt. Vel loquuntur in fauorem sponsæ, non in eius præiudicium. l. non sine. C. de bon. quę lib.

Hinc infero sponsam de futuro non esse obligatam in suis contractibus requirere licentiam ab sponso de futuro, quia adhuc non est eius vxor, per prædicta. Quod est not. ad leg. 55. in decisionibus Tauri, vbi hoc not. Cisuen. quæst. 5. & dixi in repet. l. vnum ex fami. §. sed si fundum. nume. 24. ff. de legat. 2.

Item deducitur, quòd si habeat accessum carnalem cum alio, quòd non tenebitur pœna adulterij, quia est sponsa de futuro, & non vxor. l. 2. titul. 15. libr. 8. ordin. & l. 81. Tauri, quæ loquitur in sponsa de præsenti committenti tale crimẽ coitus cum alio, quæ tanquam vxor punienda est. Si ergo non est vxor de præsenti, sed de futuro, locum non habet pœna. Couarru. in. 4. Decreta. 1. part. capit. primo. nume. 14. Tamen si fuerit matrimonium putatiuum nullum propter consanguinitatem, vel alio quouis impedimento, non liberabitur à pœna adulterij. Hostien. in sum. rerum amota. §. fina. Paluda. in. 4. sententia. distin. 42. quæst. 3. artic. 3. concluſ. 7. Ex quibus ortum habuit absque dubio dict. l. 81.

Hinc est, quòd sponsus rapiens sponsam, vel è conuerso, tenetur pœna. l. vni. §. quibus. iuncta glos. verb. sponsam. C. de raptu virgi. tamen procedit in spõsis de futuro, non in illis, qui iam sunt de præsenti. Couar. vbi supra. 2. part. capit. 7. §. 4. nume. 11. Et est. l. 3. titul. 20. part. 7.

Hinc etiam est, quòd sponsus de præsenti poterit iure mariti accusare suam sponsam, vt diximus. & est glos. in capitul. 3. verb. cum vxore. de sentent. excommunica. quæ intelligit. l. si vxor. §. diuus. ff. de adulter. in sponsa de præsenti. An. in capit. 1. de adulte. & Felin. in rubri. de sponsa. Et est communis interpretatio, quæ tamen est vera, vt ostendit Couar. in epitom. 4. priori part. capit. 1. nume. 8. Decem differentiæ inter sponsam & vxorem assignantur à Ioan. Basiano in consuetudi. Albertiæ. *Des donations.* art. 2. fol. 81.

Quæro, Clericus quidam cùm esset in minoribus ordinibus constitutus cum quadam contraxit in facie ecclesiæ: postea probata consanguinitate in gradu prohibito, vel ex alia causa constitit nullum esse, Vtrùm redire possit ad suum beneficium? Respond. quòd non, cùm suo facto ecclesiam renuntiauerit. vt capit. ex ore. de his quæ si. à prælat. & capit. dilecto. de appellationibus.

Item, quia ecclesiam, quantum in se fuit, habuit pro derelicta. l. 2. ff. pro derelict. & sic eam amisit. Facit text. in capit. 1. de sponsa. libr. 6. vbi publica honestas causatur ex matrimonio declarato nullo, allegato, & probato impedimẽto. Ad idem capit. nuper. in fin. de bigam. Ita etiam tenet Barth. Brixien. q. Dominicali. 10. Ioan. Andr. & alij in capit. 1. de cler. coniuga. & in ca. Ioannes. eod. titu. Ancha. in cap. vni. de cler. coniuga. libr. 6. & in consil. 34. In hac causa. colum. 3. versi. Nam & alibi. nume. 10. Item probatur ex gloss. in dict. cap. vni. de cle. coniuga. libr. 6. verb. clericalis. Dixit in simili, quòd si quis impetrauerit rescriptũ ad præbendam vacaturam, & antequàm vacaret, contraxit cum virgine, quæ postea mortua est, & mox vacat beneficium, an possit illud repetere? Et concludit non esse admittendum. Idem tenet Bartholo. Brixien. in quæstio. Dominicali. 9. in ordine, quorum opinio est communis secundùm Ferdinan. Loazes de matrimon. regis Angliæ. dub. 11. nume. 13. Quanuis ipse Loaz. in repet. l. filiusfami. §. diui. nume. 285. ff. de legat. primo. teneat post Imolam in clemen. Gratiæ. de rescript. ex matrimonio inutiliter contracto beneficia nõ vacare. Et in volu. rep. diuersorum doctorum est in nume. 117.

Quæritur præterea, Quæ personæ sint habiles ad contrahendum sponsalia. Respond. quòd omnes illæ, quæ expresè à iure non reperiuntur prohibitæ. capit. cùm apud. de sponsal. vbi istud edictum est prohibitorium. Paluda. in. 4. distin. 27. quæst. 1. articu. 2. Martinus Nauar. in manuali confessorum. capi. 22. nume. 28.

Quæ autem sit ætas legitima ad contrahendũ sponsalia? Respond. quòd ætas completa septennij. capit. accesit. capit. literas. & capit. ad dissoluendum. de despon. impube. capit. primo. & cap. vbi. 30. quæst. 2. l. in sponsalibus contrahendis. ff. de sponsalib. l. 6. titul. 1. part. 4. Dominic. Sot. in 4. sententia. distinct. 27. quæst. 2. artic. 2. quem videas. In tantum, quòd contracta sponsalia à minoribus septem annorum sunt nulla, & nullum effectum producunt. capit. ad dissoluendum. de desponsa. impube. capit. vni. in princip. eod. titul. libr. 6. Tum etiam, quia ex nihilo nihil gignitur. l. & ideo. ff. de donat. inter virum & vxor. l. 5. §. si nec. & ibi Ias. numer. 6. ff. de iureiuran. l. eius qui in prouincia. §. quòd si stipulatus. ff. si certum petatur. & ibi Paul. & Ias. nume. 3. Sed consensus deducitur ex discretione, quæ non est in illa ætate infantili. l. prima. C. de falsa mone. Clement. vni. & ibi dixi de homicid. Ergo absque consensu non fuerunt sponsalia. Quia qui primitiua inficit, deriuata vituperat. l. si homo mortuus. ff. de verborum obligationib. l. mortuo. in princip. ff. de legat. secundo. l. grege. versic. 1. & l. lex vectigali. ff. de pignorib. ideoq; rescisso principali, rescissum

iudicatur omne ab eo dependens. glo. in. l. 3. §. patronum. verb. Fabiana. ff. si quid in fraudem patro. Solennem dicit Iaso. in. l. ex testamento. nu. 2. C. de fideicommiss. & vnicam in. §. fuerat. num. 79. Instit. de actio. & communiter approbatam censuit in. l. certi condictio. §. si nummos. nu. 36. ff. si certum peta. Rip. in. l. ita stipulatus. num. 36. ff. de verbo. obliga. Probatur ex Barto. in. l. diuus Traianus. nu. 1. ff. de testamen. militis. Quod est optimum ad. l. 4. tit. 8. lib. 3. suprà. quòd annullato instrumento publico, censetur annullata clausula guarentigia in eo contenta. & sic non poterit exequi.

Quæri solet circa præmissa, Vtrùm ætas septẽnij in sponsalibus præueniri possit propter discretionem, & malitiam præuenientem pueri ætatẽ? In qua quæstione videtur dicendum quòd non. Nam vbi certa ætas ad intellectum & discretionẽ à iure desideratur, non suppletur, nec potest malitia, nec ex iudicio præuenienti. l. qua ætate. secundum eius communem intellectum. ff. de testa. Quem etiam sequitur Philipp. Francus in rubri. de testam. lib. 6. num. 8. & num. 9. Quo fit, vt si impubes ante legitimam ætatem religionem profiteatur, professio erit nulla. cap. 1. de regula. libr. 6. etiam eo in casu, quo puer esset summè discretus, ac omnino doli capax. glo. est communiter recepta in cap. postulasti. de regula. Panormi. in cap. significatum. eod. titu. & in capi. attestationes. nu. 10. de desponsa. impube. Cardina. in Clemen. fina. q. 3. colum. 3. num. 6. de ætat. & qualita. Albert. Trotus libr. 2. de vero & perfect. cleri. ca. 19. num. 4. Sylvest. in verb. religio. in. 2. quæstio. 12. & in. 3. quæst. 2. Caieta. verb. votum. verfic. Imperfectio autem ætatis. Ratio huius decisionis est authoritas ecclesiæ irritantis hoc votum solenne, siue persona sit discreta, vel non.

Sed etiam est Panormi. censura in ca. iuuenis. num. 5. de sponsalibus. firmantis malitiam, ac doli capacitatẽ, ætatem septennij ad contrahenda spõsalia, minimè supplere. & Ioan. Brunell. hanc partem visus est comprobare in tracta. de sponsalib. & matrimo. conclus. 4. num. 5. Item casus specialis ac singularis denotatius commune esse in contrarium. Sed quòd malitia suppleat ætatem, statutum est in matrimonio, vt est notum, ac probatur. l. 6. titu. 1. part. 4. igitur in sponsalibus non habet locum talis præuentio.

Secunda opinio in hac quæstione cõtraria est tenenda, imò quòd infantes possint contrahere sponsalia, si habent intelligentiam, ac doli capacitatem. ex glos. 1. in. c. iuuenis. de sponsalib. glo. in c. sponsam. eo. tit. gl. in summa. 30. q. 2. ad mediũ. ibi, Nisi proximi sint septẽnio, ita ꝙ sint capaces intelligẽtiæ. Ioan. in sum. confess. lib. 4. tit. 1. q. 5. Summa Pisana verb. Sponsalia. §. 4. Archiep. Floren. 3. par. tit. 1. c. 18. ad fi. col. 1. Sylvest. verb. sponsalia. q. 2. Thom. in. 4. dist. 27. q. 2. art. 2. versic. Ad septimum dicendum. vbi Palud. q. 1. artic. 2. conclus. 2. Richard. de Mediauilla. arti. 3. quæst. 1. Ad secundum Ioan. Andr. Domi. Philipp. Franc. nu. 2. & Ioan. Vankel. conclus. 1. hanc dicens communem sententiam in. c. vni. in princi. de sponsalib. lib. 6. & Præpos. in dict. c. iuuenis. col. 3. nu. 6. de sponsalib. Couar. in Epitom. 4. Decretal. priori parte. c. 2. Gregor. Lopez in. l. 6. verb. *Siete años*. titu. 1. part. 4. Nam iuxta sententiam Philosophi. 2. Physic. Quod parum deest à re, nihil deesse videtur. l. pen. ff. de mil. testa. Hæc autem propinquitas terminatur à quibusdam in tempore sex mensium. Sed melius est secundum sanctum Thom. in. 4. sent. dist. 27. q. 2. artic. 2. versi. Ad septimum dicendum. quòd terminetur secundum conditionem cõtrahentium: quia in quibusdam magis acceleratur rationis vsus, quàm in alijs, & sic intentio discreta, & complacentia nuptiarum. Idem tenet Archiep. Floren. 3. part. titu. 1. c. 18. De iure tamen non habetur, quòd tempus septennij possit præueniri secundùm Arch. Florẽ. loco præmisso.

Confirmatur ex Panorm. in. c. 1. de delict. pue. nu. 4. dicente Clemen. vni. de homicid. limitandam esse in infante doli capace. Quem sequitur Gondisal. de Villadiego in tract. de irregularitate. cap. de percussore. nu. 58. vbi per plura in additionibus contrarium persuadere contendimus.

Nec obstat id quod dixi in primo fundamento partis contrariæ, nam procedit in materia iuris communis correctoria, & sic odiosa, quanuis aliqua ratione inspecta, nempe eius iuridica obseruatione sit fauorabilis. l. 1. C. de sacr. sanct. eccles. Secùs in materia nostra, quæ fauorabilis est, ac in dubio pro matrimonio est iudicium proferendũ. ca. fina. de re iudi. Et viginti quatuor specialia ratione matrimonij inducta eleganter tradit Felin. in rub. de sponsalib. col. 5. nu. 4. Ex eo etiam procedit ista communis: quia data discretione infantis paulò ante septennium, & sic data intelligentia ad contrahenda sponsalia, cessat ratio finalis legum latorum, & sic eorum dispositio, seu prouisio. c. magnæ. de vot. c. non debet. de consang. & affinit. Facit pro isto intellectu. l. in sponsalibus. ff. de sponsalib. vbi intellectus desideratur in contrahendis sponsalibus, quem defuisse præsumitur ante completum septennij tempus. Si igitur de iudicio, ac præcoci intellectu constat, cessat legis præsumptio de ignorantia. argu. l. diuus. ff. de minori. quo loco dicitur, quòd vna præsumptio excludit aliam.

Nec his obstare videntur quæ diximus de voto religionis: nam ideò in casu expresè statutum est ab

est ab ecclesia propter magnitudinem causæ, quæ cùm inducat mutationem status, ac contineat seruitutem perpetuam, meritò maiori deliberatione perficiendum est: in sponsalibus verò non ita magna versatur ratio dispositionis, cùm damnũ sit leue, ac recuperabile.

Item etiam authoritas Panor. in.d.ca.iuuenis. etsi non leuis in iure sit, tamen est probabilis, nõ autem necessaria, quemadmodum in cæteris doctorum opinionibus dici solet, & sic nõ impedit.

Rursus non obstat id, quod dicimus de matrimonio carnali, in quo est expressum malitiã supplere ætatem. Quæ sic exponi debet, id est, vigor naturalis, seu potentia coeundi. c. de illis. 2. de desponsat. impube. Sylvest. verb. matrimonium. 5. quæst. 2. nam illud expressè dispositum fuit propter maiorem contingentiam in causa matrimonij, in sponsalibus id contingere quanuis soleat, tamen rarissimè, vt in exemplo est apud Sylvest. loco proximè citato de minore septem annis, quæ carnaliter fuit cognita â maiore quatuordecim annis, quo casu non solùm sunt sponsalia, sed matrimonium, ideo non censetur iste casus excluſus.

Quæro insuper, Quibus ex causis sponsalia de futuro dissoluantur? Respon. quòd ex plurimis, de quibus per gloss. in ca. sic quippe. 27. q. 2. & in c. quemadmodum. de iureiurand. Rebuff. in pract. beneficio. in regul. Cancellariæ, de dispensatio. in gradibus prohibitis. glo. 5. nume, 51. vbi refert hos versus.

Lepra superueniens, furor, ordo, sanguis, & absens,
Læsaq; virginitas, membri damnum, minor ætas,
Hæresis ac lapsus, fideiq; remissio prorsus,
Sponsos dissociant, & vota futura retractant.

¶ Adde Hostiens. quatuordecim casus referẽtem in sum. de sponsa. §. & qualiter dissoluatur. Sanct. Thom. in. 4. senten. distinct. 27. q. 2. arti. 3. vbi Richard. de Media villa. ponit decem casus, in quibus sponsalia dissolui possunt. art. 3. ſq. 4. & Paluda. quæst. 1. art. 3. Gregor. Lopez in. l. 7. verb. *Excusacion derecha.* titu. 1. part. 4. Reuerendissimus Doctor ac episcopus Segouiensis atq; Regius Præsul in Epitom. 4. Decretal. 1. part. c. 5. Et est regia. l. 8. titu. 1. part. 4.

Dubitatur, Sponsalia de futuro quibus verbis contrahantur? Respond. quòd his verbis, quibus ad futurum matrimonium consensu promittitur: per quæ verba cùm initium, non executionem actus denotent, sponsalia de futuro, & non matrimonium contrahuntur. capitul. iurauit in vxorem legitimam accepturum. de probationib. capit. penulti. vbi Panormi. colum. 1. numer. 2. & Præpos. de sponsalib. text. secundum Panorm. in capitu. ex parte. ibi, habituram. vbi Præpos. eod. titul. Ias. in. l. serui electione. nume. 2. ff. de legat. 1. capit. ex literis. 2. & capit. sicut. de sponsali. Couar. in dicto Epitome. 4. Decretal. 1. part. cap. 3. nume. 1. Verba, per quæ propriè sponsalia inducuntur, ponuntur in. l. 2. titul. 1. part. 4. Itidem ex iuris interpretatione sponsalia de futuro sunt ea, quæ contrahuntur per verba de præsenti efficacia ad matrimonium contrahendum, impediente tamen ætatis defectu: quanuis aliàs ex conceptis verbis matrimonium esset censendum. capit. vnic. §. idem quoque. de desponsatio. impub. lib. 6. Idem de iure antiquo constitutum erat in cap. à nobis. vbi est glos. verb. consensum. de desponsatio. impube. vbi not. Ioan. Andr. & Panormi. nume. 2. text. in cap. attestationes. & in cap. tuæ. vbi gloss. fina. & Ioan. Andr. eodem titul. Ioan. Brunellus de sponsal. & matri. conclus. 4. Et sic colligitur regula, Si non valet vt matrimonium, valeat eo modo, quo meliùs valere potest, nempe vt spõsalia. text, in dict. cap. vni. §. idem quoque. de desponsatio. impube. lib. 6. De cuius intellectu agit Couarru. in Epitom. 4. Decretal. 1. part. cap. 3. nu. 3. Ioan. Crott. ponit nouem conclusiones in repeti. l. 1. §. si quis ita. nume. 28. ff. de verborũ obligat. vbi Alciat. nume. 17.

His sic præmissis, Quæritur, Quid sit matrimonium? Respondendum est, quòd matrimonium est maris, & fœminæ coniunctio libera & legitima ex consensu prouenies, indiuiduam vitæ cõsuetudinẽ retinens, diuini & humani generis cõmunicatio. l. prima. ff. de ritu nuptia. in princip. Instit. de patri. potesta. & in princip. 27. quæstio. 2. cap. illud. ad fin. de præsumptio. glo. in summa. 27. quæst. 1. Hostiens. in summa. de matrimo. §. 1. Speculat. de sponsalibus. §. 1. nume. 2. Ioan. Monach. vbi Philip. Prob. in rubri. de sponsalib. libr. 6. Thom. Ferra. cautel. 7. colum. 1. Couar. in Epitome. 4. Decretal. 2. part. cap. 1. nume. 1. Magister in. 4. sentent. distinctio. 27. capitu. 2. & ibi Sanct. Thom. quæst. 1. art. 1. Et supplementum Gabriel. quæst. vni. in princip. Archiepis. Florenti. 3. part. titu. 14. capit. 9. §. 2. Angel. in summa verb. Matrimonium. 1. l. 1. titul. 2. part. 4. Declarabis prædictam definitionem ex Couar. vbi suprà, & Ioanne Brunello in tractat. de sponsalibus. & matrimo. conclusio. 1. Vel dic, Matrimonium est ius inter virum & fœminam, quo mutuò liceat vti ad liberorum procreationem: secundum fratrem Francisc. à Victoria in repet. De matrimonio. nume. 1. Vel matrimonium propriè est legitima, perpetuaq; viri ac mulieris studio gignendæ sobolis, inita coniunctio, vitæ, ac fortunarum omnium indiuiduam societatem adducens. Cùm dicimus, legitima cõiunctio, genus nominis præponimus: nam & fœdus, & contractus legitimæ societates sunt, cùm absint ab appellatione matrimonij. Do

Ponimus etiam, ſtudio gignendæ prolis, ad conſtituendam differentiam. nã ea matrimoniũ diſcernit à cæteris quãlibet legitimis coniunctionibus.

Quæri etiam poteſt de nominis ratione, Cur potiùs dicimus matrimonium, quàm patrimonium? Reſpond. ratione effectus matrimonij, qui eſt proles, & ſic quaſi matris munium, id eſt, officium: quippe cum fœminis maximè incumbat officium educandæ prolis. glo. in ſum. 27. quæſt. 1. Sanct. Thom. in. 4. ſenten. diſtin. 27. quæſt. 1. articu. 1. quæſt. 2. & Richar. arti. 1. quæſt. 1. Et ratione oneris, doloris, ac laboris, quem ipſæ patiũtur ante partum, in partu, & poſt partum. text. inſignis in capit. ex literis. de conuerſi. infideli. & ſic matrimonium dicitur, id eſt matris munium, id eſt officium ipſius, cuius in hoc magis verſatur officium, quàm patris, ex dict. cap. ex literis. & Regia. l. 2. titu. 2. part. 4. not. Hoſtien. in ſum. de matrimo. §. & vnde. Ioan. Fab. in princi. Inſtit. de patria poteſtat. Congruum enim eſt, vt nomina correſpondeant rebus, de quibus prædicantur. iuxta text. in dict. cap. ex literis. & in capit. cùm ſecundùm apoſtolum. ibi, vt ipſa nominis ratio perſuadet. de præbend. cap. cleros. 21. diſt. §. eſt & aliud. Inſtit. de donatio. ibi, dum dicit, & conſequentia nomina rebus eſſe ſtudentes. & ibi glo. aliàs enim abuſiuum nomen dicitur. text. cum glo. in. §. appellamus. Inſtit. de actio. abuſio autem dicitur eo in caſu, quo quis vtitur re contra ſuam naturam.

Quo fit, ſcholarem habitu, & matricula tãtùm munitum, minimè tamen ſtudentem, priuilegijs ratione ſtudij cõceſsis nullatenus frui poſſe. Quoniam ſtudioſus à verbo ſtudeo, cuius cauſa priuilegia ſunt conceſſa, authen. habita. C. ne filius pro patre. deriuatur. non ſtudet, igitur nec priuilegia ſtudioſis conceſſa habere poterit. Bartol. in. l. qui ſub prætextu. C. de ſacro ſanct. eccleſ. & in. l. qui ſub prætextu. num. 1. C. de collegiatis. lib. 11. Bald. in authen. habita. colum. 4. num. 21. præcitata. Alberic. in. l. ſancimus. C. de reſtit. mili. num. 1. Ripa in. l. 1. num. 138. ff. ſolut. matrimo. & in capi. 1. col. penul. nu. 95. de iudi. l. 25. cap. pen. lib. Pragm. regum Catholicorum. ibi, *haſta tanto que haya hecho vn curſo entero, y que eſtudie continuo, y que entre en las eſtuelas, è oya dos lectiones cada dia, de manera que hagan aquello porque deuen gozar.* Quod vltimum verbum dictæ. l. 25. *porque deuen gozar.* eſt memoriæ dignum ad præmiſſam illationem.

Vel eſt dicendum, matrimonij denominationem potius à matre, quàm à patre habuiſſe locũ, ex maiore certitudine, quæ eſt in matre, habita conſideratione ad prolem. l. quia ſemper. ff. de in ius vocan. Philipp. Deci. in. l. imperium. colum. 2. nume. 7. ff. de iuriſdi. omnium iudic. Et Decio non citato tenet Couar. in Epitom. 4. Decretali. in. 2. part. capit. 1. adducens tantum illud Homeri Odyſſea. 1. vbi Telemachus inquit, Me eſſe Vlyſſis filium reuelauit mater. Status etiam hominis iudicatur à matre: ſi libera eſt, erit liber filius, filiave: Si ſerua, partus quoq; erit eiuſdem conditionis, cuius & mater. l. Partum ancillæ matris ſequi conditionem, nec ſtatum patris in hac ſpecie conſiderari explorati iuris eſt. C. de rei vendi. §. ſed & ſi quis. Inſtit. de ingenu. ca. fina. & ibi. gloſ. de ſeruis non ordinan. l. 2. tit. 21. par. 4. Quibus non longè abeſt. l. 5. §. idem ſcribit. in. 2. ff. de rei vendi. vbi fœtus ex equa alicuius natus, eſt domini equæ, & non domini equi ipſam imprægnantis. Quo in loco Vlpianus ait, Si equam meam equus tuus prægnantem fecerit, non eſſe tuum, ſed meum, quod natum eſt. & ibi glo. verb. Sed meum.

Dubitatur etiam, Vtrùm ſit ſacramentum? Reſpond. quòd ſit vnum ex ſeptem ſacramentis eccleſiæ. text. eſt hic, dicens, *Alto ſacramento es el matrimonio.* Et in. l. 3. titul. 2. part. 4. habetur ex teſtimonio Apoſtoli ad Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & eccleſia. Sanct. Thom. 3. part. quæſt. 61. artic. 2. & in. 4. ſenten. diſtin. 26. arti. 2. quæſt. 1. poſt magiſt. capi. penul. Archiepiſc. 3. part. tit. 14. capi. 9. §. 3. Ambr. Cathari. aduerſus Caieta. libr. 5. capi. 1. & Roffenſ. & Ioan. Ekius aduerſus hæreſes. verb. Nuptiæ. Alphonſ. à Caſtr. lib. 11. eod. verb. nuptiæ. verb. Tertia hæreſis. Domi. Sotus in. 4. ſenten. diſtin. 26. quæſt. 2. art. 1. gl. in. c. fi. de tranſactio. & in. c. 1. de cõiug. ſeruo. & in cap. fi. in glo. vlti. de cogn. ſpiritua. lib. 6. Panor. in cap. ſignificante. nu. 6. qui matrimo. accuſa. poſ. & in capi. cùm apud. num. 5. de ſponſalib. Alexand. in capit. 1. nume. 5. de conſanguinita. & affinita. text. optimus in cap. debitum. de bigam. & in ca. 1. de ſponſa. duo. & cap. ad abolendam. de hæreti. glo. in. c. Acutius. 26. diſtin. ca. cùm ſocietas. ibi, eccleſiæ ſacramentum. & in cap. omne. & in cap. inſtitutum eſt. & in cap. duobus. dum dicit, non enim debet reſcindi tantum ſacramentum. 27. q. 2. Et in Concilio canonis Coloniẽſis. titu. de matrimonio. §. quæ omnia. Et in Concilio Tridenti. ſeſsio. 7. cano. 1. Conſtat præterea vbi agitur de ſacramentis eccleſiæ, matrimonium ſeptimo loco collocatur, vt conſtat ex gloſſ. ſingula. in capi. veniens. de tranſactionib. Ioan. Andre. & Panormita. in rubric. de ſacramentis non iterand. Collecta. in rubri. de pœniten. & remiſsi. nume. 16. Magiſter in. 4. ſentent. diſtinct. 2. cap. 1. & ibi Sanct. Thom. quæſtio. 1. articul. 2. Durand. quæſt. 2. Parienſ. de ſeptem eccleſiæ ſacramentis. in. 2. part. tracta. 3. Sanctus Thom. 3. part. quæſtio. 65. artic. 1. & in libr. 4. contra Genti. capit. 58. Richard. in. 4. ſententia. diſtin. 2. artic. 1. quæſtio. 4. Archiepiſ. Florenti. 3. part. titul. 14. capit. 11. §. primo. &

mo. & in Concilio Florenti. sub Eugenio. 4. Et in Concilio Trident. sesio. 7. cano. 1. gloss. in capit. remissionem. 1. quæst. 1. & gloss. in capitu. fina. de cognat. spirituali. libr. 6. & in cap. primo. de coniug. seruo. Hostiens. in summa de sacramentis non iterandis. §. quot sunt species. gloss. verb. Sacramentorum. in extrauagant. Ad vitandum scandala. de excommu. non vitand. in pragmati. Sanctio. Sylvest. verb. Sacramentum. quæst. 3. Arnald. Lamberti. in repet. rubri. de hæret. quæst. 13. numer. 64. libro. 6. Chassanæ. in catalogo gloriæ mundi. 12. part. considerat. 31. & in procem. titul. 4. part. 1. Ergo per argumentum à recta enumeratione cùm sit inclusum inter septem ecclesiæ sacramenta non erit dubitandum, quin sit sacramẽtum legis nouæ, & id negans, hæreticus est censendus. cap. ad abolendam. de hæreti. Et Alberti. loco proximè citato. nume. 63.

Vtrùm autem idem dicendum sit de matrimonio contracto per procuratorem, iuxta formam text. in capit. fina. de procurat. libr. sexto? Videtur dicendum non esse sacramentum: quia talis contractus purè ciuilis est, nec aliqua ex parte habet religionis opus sacrum, quare non est sacramentum.

Secundò suadetur, Receptio sacramenti per se, & non per mediam personam consequitur, matrimonium autem contractum per procuratorẽ, vt asseritur, est per tertiam personam, vt constat, igitur non est sacramentum, quia receptio gratiæ est personalis, & non potest dari vni pro altero, cùm sacramenta nouæ legis conferant gratiam, vt colligitur ex epistola ad Roma. 8. Deus est qui iustificat. Cùm ergo interior effectus omnium sacramentorum sit iustificatio, quæ per gratiam cõtingit, sequitur necessariò, quòd sacramenta nouæ legis conferunt gratiam. Sanct. Thom. in. 4. senten. distinct. 1. artic. 4. ad. 1. & Concil. Trident. sesio. 7. cano. 8. vbi dicitur, Si quis dixerit per ipsa nouæ legis sacramenta ex opere operato nõ conferri gratiam, sed solam fidem diuinę promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit. Ergo gratia cùm sit personalis, per mediam personam non consequitur, ac proinde ibi non adest sacramentum, quousque saltem inter præsentes coniuges tale matrimonium ratum habeatur. Caieta. de matrimo, quæst. 1. Et Melchior Cano in relectio. de sacramentis. fol. 7. colum. 1. in versic. Responderi quoque potest Durand. in 4. distin. 26. quæst. 3.

Tertiò facit. Nam vt concilium Florentinum definit, omnia sacramenta tribus constant, materia, forma, ministro: quorum si aliquod desit, nõ perficitur sacramentum. At cùm matrimonium cũ sacerdote, aut ministro ecclesiastico cõtrahit, vnũ reuera deest, non igitur conficit sacramentũ.

In contrariam sententiam, imò quòd sit sacramentum matrimonium contractum per procuratorem, facit. Tale matrimonium ritè contractum est indissolubile, per textum in dicto capitul. fina. de procuratorib. libr. sexto. quæ indissolubilitas ex eo quòd sit sacramentum quemadmodũ inter præsentes contractum contingit, ex capit. fina. & ibi gloss. de condit. appos. capit. ex parte. de transactionib. gloss. in capit. omne itaque. 27. quæstione. 2. capit. solet. 32. quæstione. 2. Nam quos Deus coniungit, homo non separet. Matthæi. 19. & Marc. 10. capi. deinde opponitur. 26. distin. cap. de infidelibus. de consangui. & affini. & quanuis diuortium ex causa fornicationis in tali matrimonio carnali sit permissum à dño Matth. 19. cap. ex parte. de sponsalib. non tamen licet marito aliam ducere, viuente adultera: ex illa nanq; separatione non aliam, quàm corporalem quo ad mutuam cohabitationem, toriq; separationem, non autem sacramentalem separationem concessit. Quanuis Anabaptistæ, ac plerique hæretici, qui sacramenti huius virtutem ignorant, miserè hallucinãtur. ex testimonio Concilij Colonien. titul. de matrimo. §. iam de matrimonio Christiano. pag. 372. text. expressus in dict. cap. ex parte. cuius verba notanda hæc sunt, Quia igitur nemini licet vxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere, & tunc eam sibi reconciliare debet, aut ipsa viuente continere. vbi est glos. verbo, continere. Facit Matthæi. 5. vbi Christus ait, Qui dimissam duxerit, adulterat. At nullo modo diceretur verè adulterasse, qui dimissam duxisset, nisi illa esset adhuc vxor prioris mariti, à quo dimissa fuit. Et hanc esse veram Christi mentem apertè declarat. S. Paulus. 1. ad Corinthios. 7. sic inquiens. Ijs autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Nec opus esset de hac re multùm disputare, aut multa pro hac parte afferre testimonia: cùm aperta sit ecclesiæ definitio, quæ omnem de hac re disputationem tollit. Nam Concilium Florentinum, sub Eugenio Quarto celebratum, in ea fidei definitione, quam dedit Armenis de Sacramento matrimonij differens, hæc ait. Quanuis ex causa fornicationis liceat tori separationẽ facere, non tamen aliud matrimoniũ contrahere fas est, cùm matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum sit. Hæc concil. Florent. Separantur ergo cõiuges ab eodẽ toro propter alterius adulteriũ, sed non dissoluit vinculum matrimonij. c. si quod verius. ibi, Cùm enim vtrunq; secundũ legẽ Christi illicitum sit siue adulteram occidere, siue alteram

ducere ea viuente, ab vtroque est abstinendum. 33.quæst.2.cap.dixit dominus.32. quæst.1. dicens non licere viro dimittente vxorem causa fornicationis aliam accipere vxorem.cap. gaudemus. de diuor. sic intelligens dictum locum Matthæ. 19. hoc expresè ostendit.capi.per venerabilem. qui filij sunt legit.optimè probat, quatenus ibi respõdet Papa. Cùm & si fides tori sit vnum de tribus bonis coniugij,non tamen ipsius violatio coniugale vinculum violasset. Quo in loco de adulterio vxoris intellexit. Hanc sententiam comprobat Innocent.tertius. libr.1.de contemp. mundi. cap.16.Et Innocen.Papa.1. in epistola ad Exuperium Tholosanum Episcopum.ca.6.August. lib. 1.de adulte.coniug.ad Pollentium. cap.8.&.9.& in lib.1.de bono cõiugal.capit.7.Ioan. Ekius in homilia 74. de sacramentis. Sanct. Thom. in.4. sentent.distinct.35.art.5.Robertus Senalis Episcopus Albricensis in quodam peculiari huius dubitationis tractatu. Satis diligenter Ioan. Arboreus in lib.1.Theosophiæ.ca.35.Abulens.Matthæi.19. quæst.76.Alphonsi à Castro in tract. de potestate legis pœnalis.lib.2.capit.4.versic. Vt nostram priorem conclusionem. Didacus Couar. in Epitome.4.Decretal.posteriori parte cap. 7.§.6.nu. 13.vbi alios tenentes vtranq; partem eleganter refert.Et ante eum idem fecit Ioan.Neuizan.in Sylua nuptia.lib.1.num.107.cum pluribus sequenti. Nouissimè doctissimus nostra ætate vir Domin. Soto in.4.senten.distinct.36.quæst.vnica.artic.5. Quicquid Caieta. dixerit in contrarium Matth. 19.Et Erasm.ibi,& in Paraphrasi.& in annotationum latissimè super Paul.1.Corinth.7.qui non solùm ob fornicationem,verùm & alijs pluribus de causis contendit ecclesiæ persuadere, vt matrimonium dissolueret, atque adeò fornicationis causa non tantùm viro, sed etiam vxori nititur licere alias nuptias contrahere. Quorum opinio vt ex præmissis constat falsam,& erroneam iudicãdam fore vnusquisque censebit. Et Ioan. Corasij, qui Erasm.sequi videtur in repe.l.qui liberos. nu.223. ff.de ritu nupt.& Ambros.Cathari.lib.5.adu. Caieta.cap.fin.& Lactantius Firmia.lib.6.diui.inst. ca.32.& est error Lutheri per fornicationem dissolui posse vinculum matrimonij. & acriter insurgit Alphons.à Castro contra Caiet. & alios sequaces in lib.11.de hæresib.verbo.nuptiæ. hæres.5. & nouissimè Alphons. à Vera cruce in.3.part. Speculi coniugiorum.art.7.Et diffinitum est in Concil.Triden.de sacra.matrimo. can.7. Si quis dixerit,ecclesiam errare.Pagi.221.

Præterea tali ratione suadetur. Nam cùm Christus matrimonium simpliciter, & absq; vlla exceptione instituerit esse sacramentum, nonnihil temeritatis offert,id quod sit verè matrimonium, à ratione sacramenti excipere,potissimùm cùm illud ratiõe,& virtute nouæ legis sit indissolubile.

His etiam adijcitur alia ratio.Quia gratia, quæ in matrimonio confertur, est propter eius idoneum vsum: hic autem finis tam necessarius est matrimonio per procuratorem contracto, quàm reliquis:nec permittere deberet ecclesia matrimonium contractum per procuratorem, nisi esset sacramentum. Fingere autem, quòd requiritur ad gratiæ collationem, vt sponsi postmodum in conscientia iteratos consensus ratificent, certè gratis asseritur,quoniam consensus priores sufficientes erant.Quare dum consensus per procuratorẽ concurrũt,tunc matrimonium fit indissolubile. dict. c.fi.de procu.lib.6. Quanuis ad tollendos scrupulos,ne fortè consensus fuerint interrupti,laudabile sit vt in præsentia,posteà eosdem ratificent.

Nec obstant rationes citatæ pro priori parte negatiua. Nam respondetur hoc esse huic sacramẽto singulare. Quòd cùm sit naturalis, ciuilisq; contractus in sua permaneat natura, ratione sacramenti nihil obstante, atq; adeò cùm materia eius & forma non sint nisi actus contrahentium, vt infrà dicemus, potest in eorum absentia celebrari, dum prædicti consensus per procuratores coeunt. Clemen.vni.de renuntiatio.& cap.fin. de procuratori.libr. 6. Quod quidem reliquis sacramentis non accidit. Sacramenta enim inter se habent discrimen essentialem, & argutiuum:alteri conuenit vni sacramento, quod non conuenit alteri. AEqua quidem facilitate poterat dicere, Baptismus habet debitum ministrũ,ergo si ab alio quocunque detur,ex eo quòd deest debitus minister, non est sacramẽtum. Quod falsum,ac erroneum esse omnibus est in comperto.Ita Ioan.Maior in 4.sententia.distinct.26.quæst.2.colum.fin.versi. Quartò arguitur.

Nec obstat dicere, quòd dormienti potest superuenire gratia. Nam hoc non est alienum â veritate, quòd ex vi prioris consensus possit consequi gratiam sacramenti. capitul. maiores. §. dormientes.de baptism. cuius litera singularis, & vnica talis est.Dormientes autem,& amentes si priusquàm amentiam incurrerent, aut dormirent in contradictione persisterent, quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, si fuerint sic immersi, characterem non suscipiunt sacramenti.Secus autem, si prius catechumeni extitissent,& habuissent propositum baptizandi, vnde tales in necessitatis articulo consueuit ecclesia baptizare, tunc ergo characterem sacramentalis imprimit ratio,cùm obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem. Et ista opinio est probabilior, & omnino amplectenda secundùm Domini.de Soto in. 4. distinctione.27.quæstione.1. artic.3.

arti.3.pagin.109.colum.2.verſic. At verò quanuis nemini in dubium venerit. Et ante ipſum approbarunt Ambroſ. Cathar. lib.5. aduerſus Caieta. capit. de ſacramento. matrimo. Et Doctor, acepiſcopus meritiſsimus Segouienſis Couar. in Epitom. 4. Decretali. 2. part. cap. 1. §. vni. nume. 5.

Ex quibus inferre licet, matrimonium contractum clandeſtinè abſque miniſtro eccleſiæ ſacramentum eſſe verum, vt per Domini. de Soto in 4. ſententia. diſtinct. 26. quæſt. 2. artic. 3. quem vide, & nota.

Eſto quòd matrimonium ſit ſacramentum, vt ſuprà habitum eſt, inquirere oportet, Vtrùm conferat gratiam? Reſpondendum eſt, quòd confert gratiam, quemadmodum cæteraſacramenta continent, & conferunt. Suadetur ſic. Iſtud ſacramentum eſt legis nouæ, vt probabimus: ſacramẽta autem legis nouæ conferunt gratiam, vt in Concilio Florenti. ſub Eugenio. 4. decreto ſuper vnione Armenorum manifeſtè definitur in hæc verba. Nouæ legis ſeptem ſunt ſacramenta, quæ & continent gratiam, & eam dignè ſuſcipientibus conferunt. Et Concil. Trident. ſeſsio. 7. De ſacramentis in communi. cano. 6. idem firmat.

Præterea quòd conferat gratiam quatenus eſt ſacramentum, tenet S. Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 2. ad. 6. Ioan. Maior in. 4. ſenten. diſtin. 26. q. 2. colum. 2. Richard. art. 2. quæſt. 3. Gabrie. quæſt. vni. colum. 3. verſic. Nec eſt verum. Et profitentur ibi communem opinionem Theologorum eſſe Durand. q. 3. colum. 3. & Domini. Soto quæſt. 2. art. 3. Couar. in Epitom. 4. Decretali. 2. part. capi. 1. §. 1. nume. 3. vbi alios huius ſententię homines refert. tenet Archiep. Florent. 3. part. titu. 14. cap. 11. §. 5. Cardin. in rubr. de ſponſa. quæſt. 5. & ibi Præpoſit. colum. penul. nume. 15. Angel. verb. matrimonium. 1. quæſt. final. Ioan. Andr. in capit. 1. de ſacra. vnctio. Panor. in cap. cum in eccleſiæ. colũ. 1. nume. 2. de Simoni. Cardi. ſancti Xiſti in ſum. 27. quæſt. 1. quæſt. 7. nume. 10. Alphonſus de Caſtro libr. 11. aduerſus omnes hæreſes. verb. nuptiæ. & Concil. Canonis Colonieñ. de ſacramento matrimonij. §. Virtus, efficacia, ſeu effectus. pagin. 395. Nec obſtat dicere, quod ex eo, quòd in eo interueniat pecunia, non confert gratiam, prout fuit opinio glo. in. c. quicquid inuiſibilis. verb. conſolatione. 1. q. 1. & glo. deſponſata. in. c. honorantur. & glo. 2. in. c. connubia. 32. q. 2. & glo. per ſacramẽtum. in. c. fina. de presbỹ. non baptiz. & glo. benedictionibus. in dict. c. cùm in eccleſiæ. Hoſtiẽſ. in ſum. de Sacramentis non iteran. §. quot ſunt ſpecies. verſ. Tertia diuiſio ſacramentorum. Magiſt. ſent. in. 4. diſt. 2. cap. 1. glo. ſacramentis. in. c. fi. de ſent. excom. lib. 6. nam pecunia interuenit prout eſt matrimonium in officium naturæ pro ſuſtentandis oneribus ipſius, non autem prout eſt ſacramentum, vt Thom. ait dicto loco. 2. 2. q. 10. arti. 2. col. fin. In tantum, quòd vſus licitus matrimonij inter coniuges, vt ſunt amplexus, copula carnalis, & id genus ne dum non inducit peccatum (prout aliqui dicere ſolent) imò inducunt meritũ, quem admodum fuiſſet in ſtatu innocentiæ. Cardin. q. 5. & Alexandri. col. pen. in rub. de ſponſali. Idem Alexandri. in. c. vnum orarium. §. aliàs ea demũ. nu. 19. 25. diſt. glo. in. c. quicquid. 32. q. 2. Dominic. de Soto latè ac eleganter tradit in. 4. ſent. diſt. 26. quæſt. 1. art. 3. & iterum diſt. 31. q. 1. art. 3. contra gl. in. c. quomodo virginibus. in glo. 2. 31. quæſt. 1.

Quæri poteſt, Vtrùm copula carnalis habita inter coniuges, benedictionibus eccleſiæ adhuc non ſequutis, ſit peccatum? In quo concluſiuè dicendum eſt, coitus, ſeu vſus matrimonij ante benedictionem, quanuis mortale peccatũ iuſta cauſa ceſſante non ſit à veniali non eſt alienũ. ex Angelo in ſum. verb. debitum. §. 1. & Sylueſt. ſub eodem verbo. q. 9. Caieta. in ſumma verb. matrimonium. §. matrimonij peccata quantum ad vſum. verſ. octauũ caput. & in tractatu de vſu matrimonij. q. 1. & eſt de mente. S. Tho. in. 4. ſent. diſt. 28. q. 1. art. 2. verſ. ad. 3. dicẽdũ in illis verbis quatenus dicit, quod ſi ſponſa ſponſum admittat, credẽs eũ velle matrimonium conſummare excuſatur à peccato, & ibi in art. 3. ait. vnde ſi omittantur ſolennitates verum matrimoniũ eſt, quanuis peccent ſic contrahentes, niſi per aliquam legitimam cauſam excuſentur & ſic ex eo colligitur coitum affectu coniugali habitum non inducere mortale nec fortè veniale, cauſa, vt dixi, legitima ſubſiſtente, quã etiam concluſionem probat. D. Couar. in Epitome. 4. Decreta. 2. par. cap. 7. §. 2. nu. 1. quanuis talem vſum ante benedictionem nuptialẽ poſt conſenſum de præſenti peccatum lethale firmauerit Palud. in. 4. ſent. diſt. 28. q. 2. ar. 1. concl. 6. Ioan. de Friburgo lib. 4. ſum. confeſſ. titu. 2. q. 61. quem ſequitur Collectarius in. c. vir vel mulier. nu. 1. de ſecundis nupt. pro quorum ſententia videntur facere iura quę hanc benedictionem exigunt, ante copulam carnalem. vt in cap. aliter. ibi ac ſolenniter accipiat. 30. q. 5. & ca. conſultationi. de ſponſalib. & glo. vltima. in. c. noſtrates. 30. q. 5. ergo pro opinione Paluda. & ſequaciũ, tamen prior intelligenda eſt, quando affectu coniugali & ex conſuetudine patriæ ſolet fieri, vt in Bętica dicitur. Poſterior vero qñ conſuetudo regionis induceret hanc ſolennitatem tanquam neceſſariam, & peccatum iudicaret eius tranſgreſsionem maximè, ſi fieret in ſcandalum aliorum, nam conſuetudo iuſta, ita obligat eius tranſgreſſorem ad peccatum quemadmodum iuſta lex ſcripta. text. in capit. in his. 11. diſtinct. ibi, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro

rum pro lege tenenda sunt: & sicut prævaricatores diuinarum legum ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt, & ibi glos. 2. idem notat tex. in cap. vtinam. 76. distin. ibi, sed vnaquæq; prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges apostolicas arbitremur & consuetudo in sacramentalibus valet: & sic sufficit tacitus consensus Romani Pontificis. glos. notabilis. secundum Antoni. de Butrio. ibi in cap. vir autem. colum. 1. versi. nota hanc. gloss. de secundis nupt. & sic quãuis nullo iure expresso inducatur prohibitio, seu peccatum in specie proposita, tamen non est negandum ex vi laudabilis consuetudinis aduersus transgressorem induci posse, quæ originem duxisse à facto Tobiæ non est dubium vt constat. Tobiæ. 8. cap. dum dicit, tunc hortatus est virginem Tobias, Dixitque ei Sara, exurge & deprecemur Deum hodie & cras, & secundum cras, quia his tribus noctibus Deo iungimur. Tertia autem transacta nocte in nostro erimus coniugio. Filij quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi, sicut gentes quę ignorant Deum. Ex quo quidem infertur in ecclesia sacrisve locis hanc coniugalem copulam minimè licere, imo mortale peccatum induceret talis vsus in ecclesia factus, Paludanus in. 4. sententia. distinct. 32. quæstio. 1. artic. 3. Caietan. in summa loco præallegato Archiepiscopus Florentinus. 3. part. titu. 1. capitul. 20. §. 2. Ioan. in summa confessorum. libr. 4. titu. 2. quæst. 43. Richardus de Mediauilla in. 4. sententia. distinct. 32. artic. 3. quæst. 1. gloss. in capit. quoniam. 31. 1. distinct. & glos. in capit. ecclesijs. 68. distinct. Et adeo procedit quod per talem coitum factum in ecclesia, ecclesia polluitur ac indiget reconciliatione secũdum gloss. communiter receptam in capi. vnica. de consecra. ecclesiæ vel altaris. libr. 6. Speculator libro rationali diuinorum officiorum. titu. de dedicatione ecclesiæ. Angel. verbo. consecratio. secundo. quæst. 7. vbi firmat communem. & Couarru. in Epitome. 4. Decreta. 2. part. capi. 7. §. 2. nume. 3. quanuis gloss. in capit. ecclesijs. de consecrat. distinct. 1. teneat ecclesiam nequaquàm polluũ ex coitu coniugali. quam sequitur Henric. in ca. fin. de consecra. ecclesiæ vel altaris. quam communiorem firmat Baptista Trobamala in summa Rosella verb. consecratio. 1. quæstio. 9. & est. l. 20. tit. 10. parti. 1. quæ præmissam opinionem approbat, quæ opinio posterior procedere potest, quando coniuges multo tempore obsiderentur in ecclesia. ex Syluestro in verb. consecra. quæst. 5. & in verb. debitum. quæstio. 3. Ioan. maior in. 4. sentent. distinct. 32. quæst. 1. colum. 3. & Alphon. à Castro libr. 1. De potestate legis pœnalis. capit. 7. documento. 2. Gregorius Lopez in. l. fina. verb. Fornicio. titu. 10. partita. 1. Vel potest intelligi quando talis copula esset occulta: nam tunc non est opus reconciliatione Scotus in. 4, senten. dist. 13. quæst. 2. Alphon. à Castro de potesta. legis pœnalis. lib. 2. cap. 15. fol. 266. colum. 2. aliàs priorem opinionem communiter receptam tenẽdam esse opinamur.

Circa præmissa dubium quotidianum censeri solet, vtrum sponsa per verba de præsenti carnaliter cognita à sponso per vim præcisam possit eo inuito ingredi religionem quemadmodum si cognita non fuisset? in quo dubio, Angelus in. l. 1. §. remouet. ff. de postulando. tenet partem affirmatiuam quam etiam tenet Panormi. in cap. verum. nume. 9. de probat. Hippolytus in. l. 1. §. pręterea. nume. 12. ff. de quæstio. & in. l. 1. in principio. nu. 95. & in. §. diuus eiusdem legis. nume. 10. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs. & est opinio Bartho. Brixien. in cap. fin. 55. dist. Contrariam partem, imo quod non possit post talem copulam carnalem per vim factam, religionem profiteri est opinio glossæ in dict. cap. fin. 55. distin. Bald. in cap. penul. fin. col. de proba. vbi dicit quod si sponsa est cognita per vim, non potest expoliare suum maritum contra ria vi, & propria authoritate neq; põt ingredi monasteriũ quia gloria virginitatis nõ est in ipsa. Et præmissam opinionem secutus fuit Hostiensis in summa de conuersione cõiugatorum. §. & vtrum. versi. quid si virgo. Paluda. in. 4. senten. dist. 27. q. 3. colum. 4. Durand. quæst. 2. Archiepis. Florentinus. 2. par. titu. 5. c. 7. de raptu. §. 1. versi. Hostiens. etiam dicit Syluester in summa verb. diuortium. quæst. 5. D. Couar. in Epitome. 4. Decret. 2. par. cap. 7. §. 4. num. 10. versi. Item & illud notandum est. Ioan. in sum. confess. lib. 1. titul. 8. quæstio. 42. Adhibẽda tamen est distinctio, Aut loquimur in sponsa de futuro & locum vendicabit opinio Angeli, Hostiẽ. & reliquorum aut erat sponsa de præsenti, vt in titul. præsentis quæstionis deduximus & est dicendum quod si violentia fuit præcisa & absoluta per dolum & fraudem sponsi scientem ac præmeditantem ingressum religionis, tractatũ ab sponsa eiusq; parentibus ante moram & sic ante bimestre tempus designatum ad ingressum religionis vt in. c. ex publico. de conuers. coniugatorum & hoc casu: poterit ingredi religionem, quia culpa vnius non debet impedire alterius bonum, ne culpabilis inde commodum reportet cõtra. c. ad nostram. de emptio. & venditio. c. tuæ. de cler. nõ residẽt. c. sedes. de rescript. cũ multis similibus adductis per Tiraquellum in tracta. de vtroque retractu. lib. primo. §. 1. gloss. 9. nume. 67. aut erat in mora ingrediendi religionem, quia iam elapsi erant duo menses qui ad hoc dantur, vt suprà diximus. & scribit Syluester in verbo, debitum, quæst. 1.

quæstio. 1. versic. Quartò causa. quo in casu maritus exigit sibi debitum & fuit sine culpa. Idem dicendum est si violentia non fuit merè absoluta quia hoc casu copula fuit ex parte sponsæ simpliciter voluntaria, quanuis secundum quid in voluntaria sicut proiectio mercium in mare & sic voluntas coacta voluntas est, vt iura dicunt: sic igitur cum maritus habeat ius in coniuge de præsenti, meritò eam tanquam vxorem cognoscere carnaliter poterit sine aliqua pœna temporali, seu spirituali, vt ex quæstione suprà proxima clarè deducitur.

Ex his etiam deducitur copulam carnalem debito modo habitam inter coniuges non solum licitam, verum etiam meritoriam esse, quemadmodum in statu innocentiæ potuit in Adamo verificari si Euam cognouisset. secundùm Cardi. quæstio. 5. & Præpos. Alexan. in rub. de sponsalib. colum. 5. nume. 15. idem Præpos. in capi. vnum orarium. §. alias ea demum. colum. 4. num. 19. distin. 25. gloss. in capit. quicquid. verb. ab adulterio. 32. quæst. 2. vbi optimè agit de hac conclusione Cardina. Turrecremat. latius Dominic. Sotus in. 4. sentent. distin. 26. quæst. 1. arti. 3. & distinct. 31. quæstio. 1. arti. 3. Qui est videndus in hoc articulo. Sanctus Thom. in. 4. sentent. distin. 26. quæst. 3. art. 3. & ibi Richard. de Mediauilla. art. 2. quæst. 1. & q. 2. Ioan. Maior in. 4. distin. 31. quæst. vni. & supplement. Gabri. quæst. 1. art. 2. Confirmatur testimonio Apostol. 1. ad Corinth. 7. Virgo non peccat si nubat. & 1. ad Timoth. 4. Volo iuuenculas nubere, filios procreare: sed procreatio filiorum nõ potest fieri sine carnali coniunctione, ergo actus matrimonialis non est peccatum. argum. l. 2. ff. de iurisdi. omni. iudic. aliàs Apostolus non voluisset illud. Tum etiam probatur, quia nullum peccatum est in præcepto: sed actus matrimonialis est in præcepto. 1. ad Corinth. 7. Vxori vir debitum reddat. ergo non est peccatum. Est enim nefas dicere Deum aliquid instituisse, in quo implicetur obligatio ad illicitum, & peccatum, imò includit contradictionem, quòd homo non possit illud quod præcipit Deus sine peccato facere. Præcepit autem Deus hominum multiplicationem quando q; Genes. 2. & 9. Præterea suadetur. Quicunque præcipit aliquid tanquam finem, vult etiam omne id, sine quo finis haberi non potest. dict. l. 2. ff. de iurisdi. omni. iudi. Sed Deus præcipit hominum multiplicationem cum sua vxore: ergo cum illa fieri non possit via naturæ sine coitu, præcipit coniugalem coitum. Vnde beatus Augustinus, Coniugalis coitus generandi gratia non habet culpam. Et gloss. 1. ad Corinth. 7. dicit, Veniam concedens Apostolus, concubitum attendit coniugatorum, vbi est incontinentiæ malum. Ad idem Augusti. de bono. coniuga. capit. 5. Hinc laudabiles sunt nuptiæ: quoniam etiam id quod non pertinet ad se, faciunt ignosci propter se. Igitur coitus licitus, & sine peccato etiam veniali est in casu præmissæ conclusionis. Resolutiuè fac sequentes conclusiones.

¶ Prima conclusio sit. Vir cognoscens vxorem causa prolis habendæ tempore, & loco debitis, non peccat. ¶ Secunda conclusio. Eo casu, quo vir reddit debitum vxori petenti expressè, vel interpretatiuè, nullum peccatum committit illam cognoscendo, ne ipsa incidat in fornicationem. Et istæ duæ conclusiones frequentiori omnium sententia sunt approbatæ. teste Maiore in 4. sententiarum distinct. 31. quæst. vni. colum. 2.

¶ Tertia conclusio. Volens cognoscere vxorem, vt peccatum luxuriæ euitet mentaliter, vel actualiter in seipso, non est peccatum.

¶ Quarta conclusio. Volens cognoscere vxorem causa consummandi matrimoniũ, & ponendi se in possessionem in primo matrimonio fortè in sene sine causa generandæ prolis, vel euitandi fornicationem, tristitiam, vel seruandæ sanitatis propriæ, vel vxoris, non propterea talis actus est peccatum mortale, dato quòd voluptas incidat. Constat, nam non est in potestate eius, quin incidat, sicut in comestione cibi: sed voluptas incidens in cibo, non facit comestionem illicitam, dũ modò maneat in limitibus rationis.

¶ Quinta conclusio. Si quis cognoscat vxorem propriam propter voluptatem, nolẽs aliquo modo cognoscere alienam, sed volens vti re sua, non peccat mortaliter. Nam secundum Augustinum. Quando enim causa prolis conueniunt, excusatur, vt non sit peccatum. Quando verò causa concupiscentiæ faciendæ, veniale est, sicut in comestione cibi. Est positum in gloss. 1. ad Corinth. 7. Et sic intelliges falsam esse glo. 2. in capit. quomodo de virginibus. 31. quæst. 1. dicens matrimonium non duci ad vitam.

Dubitatur vlteriùs, Quis votum castitatis emisit, quod impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum, est quæstio, vtrum habens coitum cum vxore peccet? Et est dicendum, quòd toties quoties exigit & habet copulam venit contra votum, ac infringit Deo promissum, ergo peccat. Nec validitas matrimonij tollit vires voti, ac proinde quantum in se fuerit, tenebitur seruare. Exactus ab vxore, reddat debitum, cum dolore & contritione promissionis violatæ Deo. cap. nubendi. c. meliore. & glo. in. c. nuptiarum. 27. quæstio. 1. Nam eo ipso, quòd vouit castitatem, & contraxit matrimonium, peccauit, cùm veniat contra suum votum, quod est negatiuum, & obligat semper, & ad semper, hoc est, ad

est, ad non infringendam castitatem in perpetuum. Toties igitur quoties habet copulâ, venit contra votum, & duabus vijs terram ingredi non veretur. cap. ex parte. vbi glo. verb. duabus. de regula. Sanct. Thom. in. 4. senten. distin. 30. quæst. 2. artic. 1. quæst. 1. versic. Ad primum ergo dicendum. Et Richard. distinct. 38. artic. 7. quæst. 1. versicu. Ad tertium dicendum ad secundam partem, post S. Thom. quæst. 1. artic. 3. q. 2. vbi adfert illud diui Hieronymi, Virginitatem vouentibus non solùm nubere, sed velle nubere, damnabile est. Habetur transumptiuè in capit. vouentibus. vbi Cardi. Turrecremat. num. 1. distinct. 27. & in cap. vouentibus. 17. quæst. 2. Cardina. Alexandrinus latè pluresin hoc articulo referens opiniones in cap. rursus. nu. 5. colum. 2. qui clerici vel vouent. & ibi num. 6. agit de dubio, vtrùm peccet consummando matrimonium, quippe cùm habeat potestatem non consummandi illud per ingressum religionis, cap. ex publico. de conuers. coniugat. ca. commissum. de spõsalib. igitur peccauit. Sed hoc dubium est mihi, cùm non habeat remedium nisi per ingressum religionis, nam aliàs compellendus erit habitare, ac vitam coniugalem agere, si esset in seculo cœlibatum amans: si ergo compulsus id faciat, non peccat, nam non tenetur id facere, quod minimè promisit: ipse simpliciter vouit castitatem, ergo ad eam, & non ad religionem tenebitur, cum vltra suam intentionem quis non obligetur. l. non omnis. ff. si cert. pet. sed tamen ratione matrimonij tenetur reddere debitum vxori, ergo compulsus ex vi legis, quæ non obstante voto facit actum validum non videtur peccare, si animo legis obediendæ cõsummauerit matrimonium, & non ex libera voluntate: nam contrahendo peccauit, sed non consummando, ratione præmissa. Quia certum est, quòd nõ tenetur cum suo fortè periculo facere actum ad dissoluendum matrimonium, quia non promisit religionem, nec est aptus ad tantum opus erogationis propter suã fragilitatem. Ideoque posset attentari in specie præmissa si accesit ad vxorem animo obediendi legi ecclesiasticæ, quæ hoc iubet, nõ peccare, quia votum non fuit religionis, & ideo illud non tenetur. Si tamen peccauit secundum opinionem aliorum pro prima vice, post modum per alias si fuerit exactus à muliere, non peccare est credẽdum, exigendo verò peccaret, quia tenetur votum adimplere quantum in se est: & votum cùm sit negatiuum, etiam soluto matrimonio durat, nec dissoluitur per contrauentionem. Quemadmodum infringens aliquod præceptum, toties quoties venit contra legem Dei peccat de nouo, nec primũ peccatum tollit secundum contra vnum & idem præceptum, sed inducit nouum: ita veniens contra votum habens causam perpetuam, quemadmodum est votum castitatis: secùs si non haberet causam successiuam, vt in promittẽte vnam diem certam ieiunare, nam si illa die receperit refectionem aliquam manè, iam fregit ieiunium quãtum ad illam diem, & peccauit mortiferè, postea verò pro secunda, tertia, vel quarta refectione eodem die facta non peccauit amplius: quia iam post primam comestionem, seu fractionem non potest explicari ieiunium, nec actus comedendi erat illicitus nisi ratione præcepti ex vi voti, seu legis de ieiunando certam diem, puta Sabbatum, vel huiusmodi. Ergo pro illa fractione non erit nisi vnũ peccatum, quia non sunt plures fractiones, sed vna tantùm, quæ insurgit pro tota die illa, qua tenebaris ieiunare per primam comestionem: dum tamen citra scandalum aliorum hoc faciat, & sine contemptu. notat expressè in materia voti Petrus Palud. in. 4. sentent. distinct. 38. quæst. 3. arti. 4. conclus. 1. Durand. in distinct. 15. quæst. 11. Angel. in sum. verb. votum. 3. §. 27. & verb. Ieiunium. §. 22. Sylvest. verb. Ieiunium. quæst. 8. & in verb. Votum. 2. quæst. 20. part. 4. Caietan. verb. Ieiunium. cap. fina. Verior & communior est secundum Archiep. Florent. 2. part. titul. 6. capit. 2. §. 9. Domini. in cap. Lector. distinctio. 35. Cardina. in capit. non licet. art. 2. de consecr. distinct. 3. Et ista opinio est tenenda, quicquid Ioan. Methymnensis de pœnitentia tracta. 4. fol. 136. colum. 4. capi. de numero refectionum in die ieiunij, quem videas, firmauerit. Ideoque erit consilium petere relaxationem voti à summo Pontifice, quæ facilis erit propter periculum, in quo sunt cõiuges. Quis enim erit apud ignẽ, & ab eius calore liberari poterit? Aut vitam non debet cum coniuge agere, aut concupiscentia carnis, à qua pauci liberantur, ipsum vouentem ad fractionem voti deducet, & sic peccare non erit dubium petendo debitum, ex Thom. in. 4. distin. 38. quæst. 1. arti. 3. quæst. 2. vers. Ad secũdum dicendum. Ioan. in summa confessorum libr. 1. tit. 8. quæst. 21. Couar. in epitom. quarti Decretali. 2. part. c. 3. §. 1. nu. 6. versi. Tertiò ex his patet. Quo fit, Episcopum, vt euitetur tale animæ dispendium, posse dispensare, secundum Præpositum. in cap. rursus. num. 6. qui clerici vel vouent. & Angel. verb. votum. 4. §. 9. & Moderniores ita communiter concludunt secundum Sylvestrum. verb. matrimonium. 7. quæst. 5. versi. Decimum idem iudicium. Quod intellige ex causa, quando non est facilis aditus ad curiam Romanam pro consequenda dispensatione: quia non debent animæ remanere in laqueis: aliàs, causa cessante, Papa solus dispensare poterit: quia ista obligatio non exigendi venit ratione voti, vnde ipse solus potest eam obligationem tollere qui illam induxit.

induxit. Sylueſt. vbi ſuprà. & verbo. Debitum. quæſt. 9. ad fin. Sanct. Thom. quodlibet. 3. arti. 18. verſi. Ad primum. vbi ſic dicit. Si autem ſciret, & diſpenſaret in voto ſimplici continentiæ authoritate apoſtolica, poſt diſpenſationem non peteret mulier, nec exigendo, neque reddendo debitum. Ecce ergo quod Thom. in ſpecie propoſita requirit diſpenſationem Papæ, & ſic conſulẽdum eſt, cùm verior & receptior ſit hæc ſententia, & melior pro timoratis conſcientijs. nam bonarum mentium eſt tenere certam opinionem relinquẽdo dubiam, prout eſt Angeli, & ſequacium, quæ mihi nunquam placere potuit. Neque virtute iubilei poterit relaxari hoc votum, cùm ſit caſtitatis, dum dicit Pius Quartus, *Y que el tal Confeſſor les pueda commutar qualeſquier votos en otras obras pias, excepto el de caſtidad y religion.* Ergo cùm votum caſtitatis ſit exceptum, non poterit relaxari: quia vouens tenetur ad obſeruationem illius inquantum in ſe eſt, vt ſuprà dixi, & notat Sanct. Thom. in. 2. 2. quæſt. 88. artic. 3. ad. 2. in illis verbis. Si verò incidit in impoſsibilitatem implendi votum ex propria culpa, tenetur inſuper de propria culpa pœnitentiam agere. Sicut mulier, quæ vouit virginitatem, ſi poſtea corrumpatur, non ſolùm debet ſeruare, quod poteſt, ſcilicet perpetuam continentiam, ſed etiam de eo, quod admiſit peccando pœnitere. Ergo ne ſit in culpa, eligat viam tutiorem, petendo à Papa diſpenſationem.

Dubitatur, Vtrùm matrimonium dolo contractum annullandum ſit? Videtur dicendum quòd non cap. ex parte. & cap. dudum. de conuer. coniugat. per quæ iura in matrimonio carnali tenet Petrus Rebuff. in practi. beneficiorum. de cauſis reſignationem irritantibus, & primò de dolo. nu. 8. pag. 491. tenet gloſ. in capit. cùm dilectus. verb. ad fatuitatem. de his, quæ vi met. cauſa fiunt. quã ſingul. dicit ibi Panormi. Iaſ. in. §. actionum. nu, 38. Inſtit. de actionib. Bald. in rubri. de iudi. 1. lect. colum. 2. gloſ. in. l. à diuo Pio. verb. actionem. ff. de ritu nupt. ſingul. ſecundum Bald. in. l. 1. col. 2. C. plus vale. quod agitur. Curti. in repe. l. interpoſitas. C. de tranſactio. colum. 2. nume. 7. vbi reputat mirabile, quòd matrimonium dolo initum valet, nec reſcindi poteſt.

Idem probat text. ſecundum Panormi. & Alexandr. ibi in cap. cùm in apoſtolica. de ſponſa. vbi mendacium, ſeu ſurreptio non vitiat ipſum matrimonij contractum, nempe circa qualitatẽ perſonæ, vel circa fortunam, etiam ſi det cauſam contractui, ſecundùm prædictos, & Ferdinan. Loazes in tracta. matrimonij regum Angliæ. dub. 8. nume. 37. fol. 71. Couar. in Epitom. quarti Decretali. 2. part. cap. 3. §. 7. nume. 3, verſi. Ex his infertur. Ferdinan. Gomez Arias in. l. 62. nume. 14. in legibus Taurinis. Optimè Remigius Goñi in tracta. de immuni. eccleſia. Fallent. 26. pag. 169. nume. 4. verſi. Item ad prædicta facit gloſſ. Exemplum his adduci poteſt, Mulier cupiebat iuuenem in maritum, & nihil dicebat, prẽterquàm, Ego quæro maritum, & eſt mihi opulenta dos plus quàm decem millia aureorum. Oſtendebat inſuper plures debitores, quibus ſe multas mutuaſſe pecunias aſſerebat: iuuenis hac oſtentatione inductus, illam accepit in vxorem. Certè non vitiabitur matrimonium. Quod exemplum quotidianum eſſe, nemo eſt qui dubitet. Et aliud poteſt aſsignari in patre habente filiam vnicam: is tractauit eam nuptui dare iuueni diu iti, multa pollicendo: & inter cætera, quòd intendebat eam facere hæredem, ſeu meliorare: fecit poſtea pater teſtamentum, & alios hæredes in dicto tertio & quinto bonorum reliquit, filiæ verò & genero nihil quicquam iure prælegati mandauit. Decidit Bald. in ſpecie propoſita in. l. cùm Archimedoram. nume. 10. C. vt in poſſe. legat. quòd licèt tali dolo fuerit inductus à Socero ad contrahendum matrimonium, quòd propterea non vitiabitur. Item contingere ſolet, quòd parentes promittunt genero tempore matrimonij non melioraturos filios in tertio, nec in quinto bonorum, ſed quòd omnes æqua lance venient ad ſua bona, & aſſerunt ab illis nullam meliorationem, ſeu promiſsionem ſimilem cæteris filijs, ſeu generibus factam fuiſſe, & matrimonio contracto apparet contrarium, certè non vitiabitur matrimonium: quia vnuſquiſque tenetur ante matrimonium conſpicere omnia, quæ contingere poſſunt. Nam animo contrahendi ſemper magnas opes, quas non habent, & promiſsiones, quas implere non poſſunt, effundere ſolent contrahere volentes: & ſic à vulgaribus dici ſolet, *Caſa, y miente.* Hoc tamen iniquum eſt, & reddit homines ad faciendam vitam coniugalem inuoluntarios. Hinc diſcordiæ, inquietudinesque inter contrahentes oriri ſolent, vt experientia docet: quæ quidem huic Sacramento & contraria, & longè aliena eſſe debent. Et certè ſi tantus eſſet dolus & inductiones ſocrus vel mulieris, quòd videretur arbitrio boni viri omnino abfuiſſe conſenſum ab huiuſmodi coniuge, ipſum matrimonium deciſione apoſtolica nullum eſſet declarandum. argumen. text. in capit. cùm locum. & capitu. tuanos. de ſponſalib. & quæ notat Panormi. in dict. cap. cùm dilectus. allegando Ioan. Andr. in cap. 1. de depoſ. & refert Curti. in repeti. l. interpoſitas. nume. 7. colum. 3. verſicu. Fallit primò. numer. 7. C. de tranſactionib. Vnum tamen nota, quòd ſi promiſit non melioraturum, vel melioraturum ex cauſa matrimonij genero, quòd talis promiſsio eſt valida, & ab ea recedere non poterit, iuxta formam.

mam.l.21.Tauri. Et sic cessat exemplum Bald. in l.cùm Archimedoram.nume.10.vt in poss. legat. Quam.l.22.intelligas in sua decisione locum habere,dum tamen antea ex simili promissione valida non fuisset ius quæsitum ex donatione irreuocabili.vt in.l.17. Tauri secundum Cifontan.in d.l.22.ad finem.

Dubitatur vlteriùs, Aliquis contraxit matrimonium intra quartum gradum consanguinitatis,vel affinitatis,alteriusue impedimenti, nempe publicæ honestatis, vel cognationis spiritualis in euentum quòd Papa dispensaret. Papa dispensauit,est dubium, Vtrùm sine nouo consensu contrahentium matrimonium per verba de præsenti sit iudicandum matrimonium,vel requiratur nouus consensus?Item etiam,an possint dissentire & contradicere matrimonio ante nouum consensum,etiam si per aliquod tempus sciuerint dispensatum fuisse à Papa, & non contradixerint? Ad primum videtur dicendum,ante nouum consensum idoneum ad matrimonium sequutum post dispensationem apostolicam, & virtute ipsius eos habiles facientem ad contrahendum non esse matrimonium: quia contractum in euentum conditionis,Si Papa dispensasset, non fuit matrimoniũ propter impedimentum, nec esse potuit ante habilitationem: & cùm fuerit conditionaliter contractum,nihil posuit in esse: quia cùm sit sacramẽtum,statim valuit,nec potuit esse in pendenti,aut non valuit, sed non valuit propter impedimentum,de quo in titulo quæstionis, ergo sine nouo consensu habili ad contrahendum virtute dispensationis non est matrimonium, cùm absque vero consensu hominum Papa non inducat matrimonium,nec in foro animæ inducitur.capi. tua nos. de sponsalib.Ergo dispensatione adueniente, debent contrahere in forma ecclesiæ.Nec ad id compelli possent,cùm antea nec sponsalia dici potuerunt propter inhabilitatem ad contrahendum matrimonium,lege ecclesiastica repugnante.argum. cap.1.de re iudi. & arguendo de facto iudicis ad factum partis.l.si ob causam. C. de euict. Socin.l.1. §.per seruum.nu.7. ff.de acqui. possess.sed factum iudicis contra Canones est ipso iure nullum, per text.in dict.cap.1.ergo & partis. text.in.l. non dubium.C.de legib.Item & secundo, quòd requiratur nouus consensus ad matrimonij perfectionem vltra Papæ dispensationem.Henri.in cap.fin.col. 2.de cond.appos.Cardi.& Panor.in cap.super eo. eod.titul. sum. Rosella. verb. Matrimonium.5.§. 13.Felin.in cap.significantibus.nume.9.ad finem. de offic. delegat. Magister Franciscus à Victoria in repet.de matrimonio.in.1.part.nume.9.Areti. consil.142.colum.4.nu.1.&in.l. apud Iulianum. §.constat.colum.3. ff. de legat.1. quam legem declarat simul cum.l.cùm seruus.plures ad id adducens, fatetur hanc communem opinionem esse. & Ferdinand.Loazes in tracta.de matrimo.12.dubio.in princip.Couar.in epitom.quarti Decretã. 2.part.cap.3.num.7.Additio Decij in.l.ea quæ ratò,sub nu.4. ff.de regul. iur. firmat communem, vbi citat tenentes contrarium. & Couar. vbi suprà,qui existimat,eueniente conditione esse iudicanda sponsalia de futuro, & non matrimonium, quod ipsi magis placet, & sic ex vi pactionis possit compelli,vt in sponsis de futuro latè suprà habitum est. Ex quibus infertur, quòd adueniente dispensatione si non consenserunt per verba de præsenti in matrimonium, vel per copulam coniugalem, quòd non est matrimonium, ac pœnitere possunt saltem ex causis,quibus sponsalia de futuro impediuntur ex iuris institutione, per dicta in superiori quæstione. & ex notatis à Couar. vbi suprà cap.3.num.7. & fusiùs ex Victoria in al legata repe.1.part.vers.sed restat.num.9.

Dubium est, Duo cõtraxerunt matrimonium clandestinè tali modo, quod per testes nõ potest probari: qui non audentes reuelare parentibus, ex præcepto ipsorum contraxerunt singuli eorum matrimonium secundo loco, vir cum Anna, vxor cum Petro: Petrus & Anna sunt in bona fide,quia ignorant primas nuptias:nunc isti,qui sic contraxerunt, volunt huic morbo quærere medelam? In primis igitur sciendum est, quòd primum matrimonium est validum, secundæ verò nuptiæ adulterinæ existimantur,cùm stante primo inter coniuges non potuit esse secũdum capi. gaudemus.de diuort. text. in capi. Dominus noster.ibi,relictis adulterinis complexibus ad priorem coniugem reuertatur. de secund. nupt. ergo sunt in peccato mortali:& cùm certò sciant practicè impedimentum, quilibet eorum nec exigere, nec reddere poterit sine peccato debitum. Casus insignis in cap.inquisitioni.in princip.de senten. excommu.ibi, Vtrùm alter coniugum pro certo sciat impedimentum coniugij,propter quod sine mortali peccato non valet carnale commercium exercere, quanuis illud apud ecclesiam probare non possit &c. Dicit huic dubio statim, quòd in hoc casu primò debet potiùs excommunicationis sententiam humiliter sustinere,quàm per carnale commercium peccatum operari mortale. & ibi gloss.verbo,humiliter. ergo videtur quòd debeant reuelare existentibus in bona fide, ex qua reuelatione introduci speratur omne malũ. nam posito vno inconuenienti, plura sequi solent, vt Philoso.ait, maximè hoc in loco, in quo eorum confessio non valet ad dissoluendum matrimonium contractum,nisi alijs testibus probetur legitimis non potuisse contrahi ratione primi. Iterum

rum erit aliud incõueniens, quòd inter ipsos coniuges ex hac reuelatione, vel denegatione debiti per scientem impedimentum verisimiliter induceretur odium, & sequi possent grauiora delicta, fortè mors coniugis, quamobrem dissimulãdum potiùs esse consulendum fore visum est, ne perueniat ad notitiam alterius quantumcunq; graue sit impedimentum, quod deficientibus testibus aliàs dissolui ab ecclesia in foro exteriori non posset, etiam si esset soror & filia in simul vxor talis, quæ cum patre & fratre contraxisset bona fide, & mater vtriusque coniugis reuelauit in confessione sacerdoti se habuisse copulam carnalem cum suo filio, eo ignorante esse suam matrem, sed existimando esse pedisequam, seu famulam suæ matris, quæ se suppossuit loco ipsius famulę, cum qua desiderabat copulam habere, ipseq; filius statim recessit, ignorando fuisse matrem, & concepit ex eo sicut Thamar filiam, quam mater tanquam ex positam educauit: & filio reuerso ex longo itinere post lõgum tempus eam inuenit in domo matris, & coniunxit matrimonium cum ea in facie ecclesiæ, ignorando impedimentum, quia mater semper tacuit, ne de tali flagitio infamaretur, qd consuli oporteret confessorẽ in hoc casu mulieri? Et responsum fuit à doctissimis quòd taceat, ne eos constituat in mala fide, & ne sequantur scandala, & damna, quæ ex tali reuelatione inutili sequi possent, ipsaq; de suo peccato pœniteat. Ergo coniungendo hanc responsionem cum casu primo meæ quęstionis, idem dicendum est in eo. Et si potuerit. petat dispensationem coniux, qui scit impedimẽtum. Et taceat, cùm istud sit minus malum: cùm ad suum dictum non possit, nec debeat dissolui matrimonium in facie ecclesiæ contractum. Comprobatur ex cap. duo mala. 13. dist. & ex Aristotel. lib. 5. Ethicor. cap. 3. quo loco ait, minus malum boni vicem habere, si maiori malo comparetur. Et confirmatur ex his, quæ tradit Couar. in Epitom. 4. Decretali. 1. part. ca. 4. nu. 9. Tum etiam, quia sequeretur absurdum maximũ, si contrarium consuleretur in specie proposita. ergo text. in dict. ca. inquisitioni. non debet extendi ad hunc casum, ex his, quæ notat Aymon Crauett. de antiquita. temporum. 4. part. §. videamus modò. versi. Quinta datur limitatio. num. 11. fol. 130. columna. 4. Quæ omnia supradicta licet vera sint de iure antiquo hodie tamen huiusmodi matrimonia taliter contracta sunt nulla, si non seruetur forma. de qua in Concil. Tridentino. vt infrà (Deo dante) latius dicemus. Forsan ista quæstio posset habere locum in contrahente sponsalia de futuro, ita clãdestinè, vt probari non possint: quo inquam casu procederent, supradicta.

Circa præmissa dubitatur, Aliquis contraxit matrimonium cum Catharina, quæ erat nupta viro alicui eo tempore: sed ducta & inducta ex falsis probationibus & coniecturis de morte prioris coniugis, cum isto secundo se ipsam matrimonio copulauit, ex licentia habita ab ordinario ex dictis falsis allegationibus obtenta iuxta Concilium Triden. sessio. 24. cap. 7. incipienti multi ad finẽ. Qui verè viuebat, prior scilicet, maritus post aliquod tempus venit, & petijt suam vxorem ratione matrimonij præcedentis: & facta probatione de priori coniugio, fuit ei adiudicata, & tradita, & secundum pronuntiatum nullum. Tandem mortuo primo viro, secundus vult eam: at ipsa ipsum in coniugem habere, est dubium an possit? & casu, quò possit, debeant solennitates requisitæ. Ad concil. Trident. sessio. 24. de reformatione. cap. 1. consensus, & alia iterari: an ratione prioris cõsensus sit matrimonium per ratihabitiõem sine alio actu nouo ad consentiendum in matrimonio expresso? Quantum ad primum est notum, quòd si des matrimonij habita inter eos coniuges putatiuos bona fide fuit facta, ac proinde non præstat impedimentum, quòd mortuo primo coniuge possint de nouo copulari, quia eam carnaliter nõ cognouit tanquam adulter, nec fides fuit data de matrimonio ineundo cum ea, mortuo primo. ex text. in capi. significasti. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adulter. vbi matrimoniũ contractum cum concubina dummodo non fuerunt machinati in mortem prædefuncti coniugis, nec eo viuente dederunt fidem de matrimonio contrahẽdo valet. Sed sic est, quòd in casu præmisso bona fide contraxerunt, & si viuente primo viro fuit adulterium. & non matrimoniũ, tamen cùm fides vlla fuisset data, nec tractatus de morte ipsius mariti, valuit tale matrimonium secundò contractum. glo. in capi. super hoc. de eo qui dux. in matri. quam poll. per adulter. in glo. 1. ibi, ita modificantem illum textum. ca. 1. ibi, qui scienter cõtra canones. & cap. cùm haberet. eod. titu. Sed hic ambo iusta ignorantia ducti contraxerunt matrimonium viuente primo, ergo eo mortuo, vt dictum est, non debent prohiberi contrahere, cùm edictum de matrimonijs contrahendis sit prohibitorium: quia omnibus, quibus specialiter non est prohibitum, censetur permissum. text. insignis in cap. cum apud. de sponsali. Sed isti hoc casu non reperiuntur impediti, ergo censentur permissi. Quia vbi nõ est culpa, nec pœna debet esse: & cui non competũt verba edicti, nec eius dispositio cõpetere debet. Colligitur decisio huius quęstionis ex Ioã. Maior. in. 4. sent. dist. 37. q. 1. col. 1. Quod est optimum pro interpretatione. c. super hoc. de eo qui cogn. consang. vxo. suæ. & l. fi. tit. 2. part. 4. & quæ ibi notat Gregor. Lopez.

Ex quibus respondendum erit ad secundum, matrimonium contractum scienter, vel ignoranter viuente primo fuisse nullum, ac proinde consensus habitus eo superstite fuit nullus, & sic sacramentum nullum: ideo oportet, quòd nouo consensu perficiatur post mortem primi viri, & solennitates debitæ huic sacramento debent interponi, quia vt ex tunc matrimonium fuit declaratum nullum, quia verè non potuit inter eos esse. text. est in cap. in præsentia. de sponsalib. ibi Consul. ergo tuæ. T. R. quòd quantocunque annorum numero ita remaneant, viuentibus viris suis, nõ possunt ad aliorum consortium canonicè conuolare, nec authoritate ecclesiæ permittas contrahere, donec certum nuntium recipiant de morte virorum. ¶ Secundò est text. in cap. 2. de secundis nuptijs. ibi, quòd si post hoc de priore coniugis vita constiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem coniugem reuertatur. ¶ Ad idem & tertiò est text. in cap. cùm per bellicam. 34. quæst. 2. ¶ Quartò istam partem tenet Magister senten. in 4. distin. 38. cap. finali. vbi postquam retulit text. dict. c. cùm per bellicam. inquit. Ex ijs ostenditur illos, qui taliter iunguntur, vt credant virum interemptum, per ignorantiam aliquam excusationem habere de peccato, & tantùm primam copulam esse legitimam, non secundam; veniam tamẽ habere, si careat opprobrio malæ volũtatis. Quæ verba sunt optima ad excusationem mulieris, & Titij contrahentis matrimonium.

Præterea habere in simul plures vxores nunquam alicui licuit, nisi ex speciali priuilegio & dispensatione diuina, vt est optimus text. in ca. gaudemus. §. quia verò. de diuort. Tradit Anto. 3. parte summæ. tit. 14. ca. 10. §. 2. cum alijs pluribus citatis â Doctore Couar. in Epitom. super. 4. Decreta. 2. part. ca. 7. §. 3. ergo si nunquam licuit, nec nũc permissum censebitur: & sic prędictum matrimonium, ac consensus, & cætera in eo adhibita fuerunt nulla, & tanquàm si nõ essent. Quia qui primitiua inficit, deriuata vituperat secundùm Philo. teste Bald. in l. fin. C. de verb. signi. Et est optima, l. 56. titul. 5. parti. 5.

Ex quo clarè deducitur, quòd cùm matrimonium secundum fuit nullum ex consensu in illo adhibito, ex nouo debet conualidari. tex. in cap. pen. de eo qui dux. in matri. glos. & doct. in ca. 1. eod. tit. Boeri. aurea decisio. 263. nume. 26. Ad hoc etiam est tex. in ca. accepisti. & ibi glo. de sponsa. duo. vbi matrimonium secundum, de quo est nostra quæstio, viuente altero coniuge, est nullum, & nunquam ex eodem consensu recipit validitatem. Idem probat casus in cap. licet. eod. titu. & in cap. tuas dudum. ibi, consensus & cætera cum ipso coitu frustrantur. Accedit etiam huic sententię glo. in cap. cum apostolica. de sponsali. vbi ad inducendum matrimonium de nouo, requiritur nouus consensus, cùm ab initio fuit illegitimus, & nullus, lege aduersante, propter primum matrimonium, ergo solennitates debent reiterari tanquàm si nunquam fuisset, cùm reguléntur secundum naturam matrimonij, cui accesserunt. argu. text. in l. fina. C. non nume. pecunia.

Quæ autem dicit Sacerdos cùm benedicit nuptias, est forma accidentalis, & non de substantia matrimonij, secundùm August. de Ancho. prout eum refert diuus Anto. 3. par. titu. 14. ca. 9. §. 3. Sed consensus est substantialis, sine quo matrimoniũ consistere nequit. cap. tua nos. & cap. cùm locum. de spõsali. ergo ipso deficiente, cætera corruerũt, ac per consequens de nouo sunt iterãda in forma debita: cùm actio semel extincta, amplius non reuiuiscat. l. qui res. §. arcam. ff. de solutio. Sed sic est, quòd consensus primus fuit nullus, ac per consequens inualidum matrimonium, ergo & omne eius accessorium. Nam, vt inquit Aristo. 1. Physico. ca. 4. nihil vnquam ex eo, quod non est, fieri, atque oriri. Quia ex nihilo, nihil gignitur, & sic debet reiterari in forma debita. Quia non dicitur factum, quod aliter est factum, quàm debuit. cap. qui ex timore. de regu. iur. Sylues. verb. Restitutio. 8. quæst. 5. versi. Tertiò quando restituẽs &c. Et vbi principale non tenuit, nec accessorium. ca. inter dilectos. de fide instrum. quem tex. ad id citat Ioan. Monachus in suo defensorio iuris. capit. contra priuilegium. num. 2.

Præterea augmentum debet regulari secundũ naturam sui præexistentis, seu eius, cui accedit. l. etiam. vbi Barto. & doct. C. de iure dot. & in. l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pact. dotali. Ponit istam regulam Albertus Brunus in tract. de augmento & diminutione monetarum. fol. 8. col. 3. quam firmat, & corroborat quinque modis. Et sequitur Ioan. Bernar. in tracta. fallentia. regul. 57. incipien. Augmentum. Sed solennitates adhibitæ sunt ad augmentum sui principalis, cui accedunt, qui est consensus, sine quo nullo modo stare possunt. ergo &c.

Facit etiam: nam ea, quæ de facto sunt facta, de facto reuocantur. Ratio, quia nullum habuerunt effectum. glo. in. l. minor. ff. de euictio. quam singul. dicit Ioan. Bernar. in dict. tracta. regula. 69. in incip. Carceratus. vbi ponit & limitat per eam dictum quotidianum, & valde necessarium Barbatius in capit. 1. in. 1. lect. colum. 1. de iudici. quem videatis. Sed sic est, quòd in casu proposito omnia, tam consensus, quam cęteræ solennitates nullæ fuerunt propter primum matrimonium, ergo reiterari debent, tanquam si nullo modo præcessissent. Nam quod nullum est, infirmari, nec confir-

confirmari poteſt.l.ſi expreſſum. ff. de appellat. l.ſtipulationes, quæ proprijs viribus non ſubſiſtunt.ff.de actionib.& obligatio.Bald.in.l. quæro.§.inter locatorem.ff.locati.& conduct. in finalibus verbis.Sed ita fuit in noſtro caſu,ergo de nouo requiritur cõſenſus in forma ſolenni vnà cum alijs ſolennitatibus &c.

Item quod à principio nullum eſt, tractu temporis non conualeſcit ſine nouo conſenſu.capi.1. in princip.de ſponſat.impube.lib.6.Optimè per Loazes in tracta.matri.in.11.dubio.fol.67. Sed in caſu noſtro fuit huiuſmo.ergo &c.

Et cùm in præſenti fuerit ſeparatum ſecũdum matrimonium,non eſt dubium, quòd nullæ reliquiæ ſacramenti remanſerunt in eo propter primum.Et quòd ſolennitates ſint reiterandæ, patet ex Hoſtien. quem ibi Ioan.Andr.refert, & ſequitur in ca.in præſentia.de ſponſalib.ſuper glo. ſecunda.in hæc verba. Sed nunquid poſtea publicabitur tale matrimonium in eccleſia, dixit Hoſtien.quòd non, quia poſſet hoc inducere ſcandalum ſupra de reſc. nullis. ſed ſufficiet publicatio ſimpliciter facta apud epiſcopum. de clandeſti. deſponſa.cap.2.qui pœnitentiam iniunget,& carnale commercium ſuſpendet ad tempus. Cùm vterq; reperiatur in culpa, ſecundum ea,quæ notantur in capit. cùm in apoſtolica.ſuprà eo. Et in iſtis caſibus matrimonium & ſi nullum propter primum adhuc pronuntiatum non fuit tale.vt in caſu noſtro. ergo &c.

Præterea habilitas,quæ erat neceſſaria in principali,hoc eſt in matrimonio,eadem erat neceſſaria in acceſſorijs.l.potior eſt.§.ſi de futura. & ibi. Bald. ff. qui potio. in pign. habe. vbi ſummat illum text.tempus, quod inſpicitur in principali, inſpicitur etiam quo ad acceſſoria. ergo tempus præſens, & non futurum. Et ſic ſecundùm tempus præſens debent reiterari ſolennitates, vnà cum conſenſu &c.

His etiam accedit.Nam acceſſorium regulatur ſecundùm tempus & naturam principalis.l.inſulam.ff.qui potio.in pign.habe.&.l.creditor. &.l. Lucius.eod.titul.ſecundùm Bald.in.l. potior eſt. colum.2.ff.qui potio.in pigno.habeantur.& præferturille, in cuius actus prius habuit effectum.l. quoties.C.de rei vendicatio.Sed ita eſt in caſu noſtro propter primum matrimonium illo tempore contractum, quo habuit effectum plenum, & ſecundum hac cauſa nullum habuit, & ſic omnes ſolennitates fuerunt nullius operationis, ac per conſequens ſunt reiterandæ in forma ſolenni, & ſpecifica.

Facit,Nam matrimonium contractum cum ſecunda viuente prima,per mortem primæ non reconualidatur cum ſecunda Panormi.in capi. conſuluit.colum.2.de conuerſio.coniuga. Nam cùm à principio non tenuit,tractu temporis non conualeſcit.regula. Non firmatur in.6. Confirmatur ex Gabriel.in.4.diſtinct.36.quæſtio.1.artic.3.vbi quærit, An matrimonium liberi cum ancilla,quã liber contrahendo credit eſſe liberam,ratificetur per ſubſequentem copulam. Et quia ibi defuit conſenſus,dicitur quòd non.

Dubium præterea poteſt eſſe tale, Vtrùm matrimonium contractum à iuuene (poſtquàm religionem poſt diſcretionis annos ingreſſus eſt, animo mutandi omnino vitam, & intra nouitiatus tamẽ annum egreſſus eſt ad ſecularem vitam & habitum) ſit validum? Reſpondendum eſt validum eſſe tale matrimonium. Suadetur. Nam in ſpecie propoſita non fuit votũ ſolenne expreſsè, nec tacitè, ergo non eſt cauſa cur matrimonium non ſit validum.ex text.in capit.vni. de vot. lib. ſexto. In oppoſitum tamen gratia diſputationis videtur facere text. in capit. non ſolùm. §. vobis. de regula.libr. ſexto. ibi, aut euidenter conſtet. quo tex.probatur per aſſumptionem habitus nouitiorum cum propoſito mutandi vitam abſolutè inducit profeſsionem.capit. conſulti. ibi, propoſuerit abſolutè vitam mutare. de regula. & capit.ſtatuimus.eodem titu.& capi. beneficium.de regul. libr.ſexto.Sed prædicta iura non obſtant: quia iſte caſus non habet vim profeſsionis tacitè, vel expreſsè, quo ad matrimonium dirimẽdum, licèt tanquam votum ſimplex impediret contrahendum.text.in dict.capit.non ſolùm. cum ſimilibus.in fauorem animæ nouitij,& propter ius religionis noluit impedire monachos ab impetitione iſtius,ne redeat ad ſeculum,quippe cùm ſi votum ſimplex in ſeculo de ingreſſu religionis feciſſet, religio pro obſeruatione voti contra ipſum agere poſsit.argumen.capit.licet.de vot. nec capit.beneficium.obſtat, quia renuntiatio beneficij,quam iſte nouitius ex facto ſuo præſumitur facere,dum manifeſtat omnino vitam velle mutare,tunc ſufficit ad hoc,vt beneficium poſsit alteri conferri,quæ tamen non ſufficit ad profeſsionem tacitam, vel expreſſam, iſta ergo duo non parificantur,nec in textu æquiparantur. Sed nec quo ad vacationem beneficij hic caſus æquiparatur:quia in profeſsione tacita, vel expreſſa eſt vera renuntiatio, hic autem eſt præſumpta, quare &c. Pro deciſione huius dubij in ſpecie propoſita pro hac parte eſt ſententia Panormit. in capit. conſulti.nume.3.de regula. Sylueſt. verbo, Religio.3.quæſtio.19.verſi.Quartò inducitur. Caieta. in tracta.17.quæſtionum.reſponſ.3.quibus in locis præmiſſa tenent. Hodie tamen ſicut antiquitus profeſsio etiam tacita, ſiue expreſſa ante annum non valebat, & ita ad omnes effectus exten-

ditur.ex Concilio Triden.seſsio.25.cano.15.incipienti,In quacunque.

b ¶ *Que es el parayſo.* In paradiſo terreſtri inſtitutum fuiſſe à Deo matrimonium, & in ſtatu innocentię,conſtat Geñ.2.ex ore primi parentis è ſomno illo diuinore ſurgentis, ac pphetizãtis, dicẽdo, Hoc nũc oſsex oſsibus meis, & caro de carne mea: quãobrẽ relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ.Et quòd ſit à Deo inſtitutũ, probatur ex Chriſti teſtimonio ad hunc locum referentis Matth.19. vbi ait, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.ca.deinde.26.diſt.ca. lex diuina.27.quæſt.2.&.c.ſunt qui dicunt. ea. cauſa & quæſtione.c.de infidelibus.de conſang. & affi. Ricard.in.4.ſenten.diſt.26.arti.1. quæſt.3. Panormit.in cap.fin.col.vltim.num.6. de ſponſa duor. Iaſ.in.l.captatoriæ.num.10. ff.de lega.1. Ludoui. de Sardis in tract.de naturalib. libe. ac ſucceſsiõe eorum.1.part.§.1.quęſt.3.Conſtat etiam quòd eſt ſacramentum, vt ſuprà in.1.gloſ.habitum eſt. Et omnia ſacramenta fuerunt inſtituta à Chriſto, vt etiam patet ex Cælio Rhodigino libr.28.antiquarum lectionum.cap.19. & in concilio Tridentino ſeſsio.7.cano.1.in hæc verba. Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe à Chriſto Ieſu Domino noſtro inſtituta,aut eſſe plura,vel pauciora quàm ſeptem, videlicet Baptiſmum. Confirmationem,Euchariſtiam.Pœnitentiam,Extremam vnctionem,Ordinem,& Matrimonium,Anathema ſit.Ad idem eſt text.ſolennis in.c.vni.de vot. lib.6.ibi,dum ait,Matrimonij verò vinculum ab ipſo eccleſiæ capite rerum omnium cõditore ipſo in paradiſo,& in ſtatu innocentiæ inſtitutũ vnionem,& indiſſolubilitatem acceperit. l. 4. titulo. ſecundo.parti.4.

Præterea dubitatur,Quæ fuit cauſa inſtitutionis coniugij?Prima potuit eſſe, vt cõſuleretur generi humano per coniunctionem maris & fœminæ: nam maſculus per ſe hoc facere non poterat ſolus ſecundùm naturam, ideoq; bonum fuit ei adiungere ſociam in officium naturæ humanæ,vt Gene.1.&.2.Creſcite, & multiplicamini. Et quæ notat.S.Thom.1.2.quæſt.102.arti.5. Ad tertium. Pro hac ratione conducit illud Platonis libr.31.de republica,vel de iuſto.dialogo.2.dicẽtis,Fit vtiq; ciuitas, vt exiſtimo, quandoquidem nullus noſtrum ex ſeipſo ſufficiens eſt,ſed multorum indiget. An verò tu putas aliud extitiſſe ciuitatibus conſtituendis initium? Nullum aliud, inquit ille. Sic itaque alius aliumq; ſibi & ad vſum alium adiungentes,cum multis indigeamus,multos in habitationem vnam communicatores adiutoresq; congregauimus, quem cœtum ciuitatem nos appellamus. Igitur indigentia generis humani fuit cauſa inſtitutionis matrimonij, & ſic in officium naturæ, eo tẽpore fuiſſe apparet.Huius verò effect9 fuit ex eo, quòd alit, auget, compar ſibi progignit, ſufficitq; , vt declarat optimè Ludouic. Cælius Rhodiginus lib.28.lectionum antiquarum.capit.13. Tum etiam, vt eſſet prima humanæ ſocietatis copula, quæ amicabilem quandam coniunctionem,alterius quidem regentis,alteriús obſequentis amplecteretur. Geneſ. 2. &.3. Sanct. Thom.in.4.ſenten.diſtin.26.quæſt.1. Ariſtote.1.Politic.cap.1.cap.ius naturale.1.diſtin.l.1. §.ius naturale. ff.de iuſti. & iure. vbi Fortuni.nu. 77.reprobat illud Platonicum, matrimonia etiã debere eſſe communia, & ſic vxores,quod à tanto viro alienum eſt, etiam conſiderata ratione naturali. De qua per Fortun. vbi ſuprà. Quia etiam ſimplex fornicatio, vt alibi in priori parte dictũ eſt,non eſt dubium eſſe aduerſus ius naturale, ergo non eſt admittenda. Poſtea verò fuit inſtitutum in remedium cõcupiſcentiæ poſt peccatum originale contractæ.text.in capitul. nuptiarum. 27.quæſt.1.& Concil.cano. Colonienſis titul. de matrimonio.§.eſt autem.pag.363. Magiſter in.4. ſententia.diſtinct.26.capit.2.Richard.arti.3.quæſtione.2. D.Thom.3.part.quæſt.41. & quæſt.42. Turre Cremat.in ſumma.27.quæſt.1.gloſſ.in capit.quomodo.verb.perſe.31. quæſt.1. vbi probat matrimonium in ſtatu naturæ lapſæ, & ſic poſt peccatum inſtitutum in officium naturę propter ſobolem,& fornicationem pellendam.text.in capit.ſicut non omnes.§.his ita.32.quæſt. 2. vbi adducitur illud beati Pauli in priore epiſtola, quam ſcripſit ad Corinth. ca. 7. Propter fornicationem vnuſquiſque habeat ſuam vxorem, & vnaquæq; habeat virum ſuum.Ad idem eſt gloſſ. in ſumma 27.quæſt.1.quæ magiſtra eſt in hac materia.

Ex quibus infertur matrimonium contrahendum fore principaliter ob cauſam generationis, & fornicationis vitandæ. Si tamen ex alijs cauſis contrahatur, non ritè contrahitur, tamen tenet matrimonium.text.in cap.tua nos. de ſponſalib. vbi Panormi. hoc notat. Et eſt de mente gloſſ.in ſum.27.quæſt.1.D.Thom.in.4.diſtin.30. quæſt. 1.arti.3.Maior diſtin.26.quæſt.2. Couar.in epitome.4.Decretal.2.part.cap.1.§.vni.num.7.Et probat.l.4.titu.2.part.4.Et hoc intellige principaliter,

a los otros ſacramentos de la ſancta yglesia por el lugar en q̃ fue inſtituydo que es el parayſo b: y por el eſtado: que fue eſta-

liter,quando contrahit ob concupiſcentiam diuitiarum,pulchritudinis,vel generis, vel huiuſmodi: non tamen ſi in conſequentiam ad id moueatur:nam non peccaret(meo iudicio) nec venialiter, appetendo ob bonum finem mulierem diuitem,pulchrã vel huiuſmodi. Et eſt de mente Ant. Archi.Florẽ. 3.part.tit.1.capit.19.§.9.

c ¶ *Tres bienes ſe ſeñalan, Fe.* Concord.ca. omne.27.q. 2. Omne, inquit,itaq; nuptiarum bonum impletum eſt in ipſis parentibus Chriſti,proles,fides,ſacramẽtum.Prolem,cognoſcimus ipſum dominũ: fidem,quia nullum adulterium:ſacramentum, quia nullum diuortium.l. 3.titu.2.part.4.&ibi Gregor.Lopez.c. ſicut non omnes.in fin.32.q.2.glo.in ſum.27.q.1.Domi. Sotus in.4.ſenten.diſt.31.qõ.1.arti.2.& Ludo.Cæli. lectionum antiquarum28.capi.19.Fides enim requiritur in matrimonio.Fides nanq; ſiue conſenſus,ſiue pactionis eſt ſeruanda.c.duobus. 27. q.2. capit.1.de ſponſa duorum.Tum etiam,quia fides eſt ſeruanda,ne commiſceantur cum altero, & ſic ne committant adulterium, nam in hoc ad patria iudicantur.c.intelleximus.& cap.tua fraternitas. de adulte.c.nihil iniquius.32.quæſt.6.glo.in.c. dilecti.de exceptio.l.4.titu.7.lib.4.fori. Quod tamen intellige, ſi agatur ciuiliter ad ſeparationem tori,vel amiſsionem dotis, vel donatiõis propter nuptias. Nam ſicut mulier perdit dotem propter adulterium ſuum, lucratur donationem propter nuptias propter adulterium viri.gloſſ.in cap.primo.verbo.reciperet. vt lite non conteſta. Idem not.Panormit.ibi nume.3.& approbat Hippoly. in repeti.l.vnica. C.de raptu virgi.colum.12. nume.60. Ego tamen do gloſſ.conſi.in verb.priuilegium.in cap.apud miſericordem.32.quæſtione.1. Hinc eſt,quòd quando maritus tenet concubinã, vxor ſi committat adulterium, nõ perdit dotem. Ita Paul. dẽ Caſtr.conſil. 402. libr.1. quem refert & ſequitur Deci.in.l.ſemper in contractibus. numer.5. ff. de regulis iuris. Hippolytus in.l. patre. numero.10. ff. de quæſtionibus. Si tamen agatur criminaliter, non obſtat exceptio adulterij oppoſita aduerſus virum per mulierem adulteram,nec impedit quominus puniatur. l. ſecunda. titul. 15. libr.8.ordina. ibi, *Y que la muger no ſe pueda eſcuſar de reſponder a la accuſacion del marido,o del eſpoſo, por*

do de innocencia:en el qual tres bienes ſe ſeñalan:Fe c y Generacion, y Sacramento. Y por eſto ſe requiere enel cõtracto del matrimonio mayor ſolennidad q̃ en otro algun ſacramẽto. Porende eſtableſcemos y mãdamos que todos los ſacramentos ſe hagan por aquellas palabras que

que diga que quiere prouar que el marido, o eſpoſo cometio adulterio.

Quam intellige, quando agitur principaliter publico iudicio. vt in capit. apud miſericordem. §.publico.32. quæſt. prima. l.ſecunda. §. ſi publico. ff.de adulter. Secus tamen, ſi inciderter,vt mutuadelicta ſaltem ciuiliter compenſatione computẽtur,vt prædictum eſt. Et eſt optima declaratio ad leges huius regni,ſcilicet ordinam. Idem tenet Ioannes Lup. In l.81.Tauri.nume.4.

Si igitur primum eſt fides, ne poſt vinculum coniugale cum alio,vel alia coeatur.capit. ex parte.infrà iſto titulo. Et tenet Magiſter ſentent. in 4.diſtinctione.31.capit.1. vbi Diuus Thom. quæſtio.1.artic.2.Ad tertium. & vt ſe adinuicem diligant, & debitum reddant, ſe ipſosq; fideliter & incorruptè cuſtodiant.l.ſi cùm dotem. §. ſi maritus.ff.ſoluto matrimo.ibi, Quid enim tam humanum eſt, quàm vt fortuitis caſibus mulieris maritum,vel vxorem participem eſſe dicit gloſ. verb. participẽ eſſe.quia vnũ corpus,&vna anima ſunt.

Proles,vt amanter ſuſcipiatur, religioſeq; educetur,ſecundùm Magiſtrum in loco citato. Et exponit latiùs Hoſtien.in ſumma huius titul. rubricella.de matrimonijs.§. Et quare contrahatur matrimonium.colum.ſecunda.& in hoc verſatur vtilitas publica.l.prima. ff. ſoluto matrimonio. ibi. Cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem maximè ſit neceſſarium.Et effectus matrimonij debet eſſe in officium naturæ ob ſobolem procreandam. capit.primo.de frigid.infrà.ibi, Volo eſſe mater,volo filios procreare, & ideo maritum accepi. Et hac intentione debent eſſe contrahentes, ſaltem habitualiter.l.3.titu.2,parti.4.

Ex quo infertur, quòd omittens accedere ad vxorem cauſa vitandæ prolis peccet, cùm repugnet bono matrimonij,& vtilitati reipublicæ, vt prædictum eſt.gloſſ.in capit. aliquando. verb. & ſi ab initio.32. quæſtione ſecunda. Tum etiam, quia excludit illud, Creſcite, & multiplicamini, Geñ.1. & capit.8.

Infertur etiam prolem fœmininã ſicut maſculinam eadem frontis ſerenitate & alacritate animi recipiendam fore, gratias offerendo ſummo

Deo, non faciendo in vtrũq; sexum differẽtiam. Nec murmurãdum est ob nimiam paupertatem, si fortè contingat. ¶ Et quòd non sit faciendum discrimen inter masculos & fœminas, est. l. qui duos. ff. de legat. 3. ca. fina. de concess. præben. glo. in c. quoniam inuestituras. 16. quæstio. 7. vbi fœmina præsentat sicut masculus. Roch. Curt. in tracta. iuris patrona. verbo. competens. Bonus text. in. l. maximum vitium. C. de lib. præterit.

Hinc etiam infertur cõcubitum non causa reddendi debitum nec prolis procreandæ esse peccatum mortale, si ipse hac deliberatione cognoscit tanquam si accederet ad alienam, non tamen si ficut ad propriam, nam hoc in casu non peccaret. secundum Ricard. in. 4. senten. dist. 31. art. 3. q. 3. post Magist. ibi cap. 5. D. Thom. q. 2. arti. 2. Durand. q. 4. Palud. q. 2. artic. 2. Maior quæst. vnica. versicu. Quinta cõclusio. Bonau. q. 2. arti. 2. Scot. q. vnica. Iaco. Almain in. 4. sent. in materia de cibi temperantia. Sylvest. verb. debitum quæstio. 11. Angel. verb. Debitum. §. 23. Et sic sit conclusio prima.

¶ Cognoscens vxorem causa satiandæ libidinis, tantùm peccat venialiter, non tamen mortaliter, ex communi Theologorum in loco præcitato. Ex qua patet lapsum fuisse supplemẽtum Gabriel. in. 4. senten. dist. 31. q. 1. art. 2. colum. 4. versi. Conclusio septima. dum tenet peccare mortaliter. Sed potest intelligi eius opinio in conclusione sequenti. 2. Et pro hac conclusione est text. in cap. sicut non omnis. §. fin. ibi, Quod enim præter intentionem generandi fit, non est nuptiarum malum, sed est veniale propter nuptiarum bonum, quod est tripertitum, fides videlicet, proles, & sacramentum. 32. quæst. 2. & capi. seq. incip. Quicquid. ibi, nec illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur.

Comprobatur ex Augusti. in lib. de bono coniugali. cap. 6. & 7. Coniugalis, inquit, concubitus generandi gratia, non habet culpam, concupiscentiæ verò satiandæ, sed tamen cum coniuge, propter tori fidem, venialem habet culpam. Idem tenet Magist. sententiarum loco iam citato. Et quando coitus carnalis inter coniuges inducat mortale, est videndus frater Minorita in Specul. conscien. lib. 2. cap. 33. Et istam conclusionem, q̃ cognoscere vxorem modo designato in conclusione nõ sit mortale, sed veniale, tenet Diuus Anto. 3. part. tit. 1. cap. 19. §. 8. &. §. 10.

Secunda conclusio. Cognoscẽs propriam vxorem tantum propter libidinem, tanquam alienã, id est, quòd eo animo est, quòd idem esset facturus cum aliena, si non habuisset propriam, induceret mortale. Et ista conclusio colligitur ex mente communi doctorum in locis præscriptis. Quo loco intelligo Gabrielis supplementum, vt dixi suprà in prima conclusione. quanuis ipsum reprobet Sylvest. Prieras in loco iam suprà proximè allegato. Sed meum non est reprobare tantum doctorem. argumen. cap. cùm expediat iura iuribus concordare. de electio. lib. 6.

Et sic intelligo cap. Origo. 32. quæst. 4. vbi habetur, quòd adulter est amator ardentior propriæ vxoris. Cùm ergo adulterium sit peccatum mortale, de quo per Magistr. in. 4. sententia. distinct. 41. cap. fina. & sic cognoscens vxorem non causa boni prolis, vel fidei, sit eius amator ardentior, tales mortaliter peccat, cùm æquiparatorum eadẽ sit ratio, ac per consequens iuris dispositio. Nam habet locum eo in casu, quo tanquam adulter cãu sa satiandæ libidinis ipsam vxorem cognoscit modo dicto in hac secunda conclusione.

Vel text. in dict. c. Origo. dicit adulterium ad exaggerationem criminis, non tamen inducit veritatem adulterij. Sed debent abstinere, ne peccẽt etiam venialiter. Et sic per similitudinem dicitur adulter, vt tibi insinuat glos. in verb. Adulterium. in dict. c. Origo. 32. quæst. 4. & glos. pulchra, quæ plures solutiones in hoc ponit in capit. quicquid. 32. quæstio. 2. Et ibi citat alia iura, quæ tu inducere potes in oppositum primæ conclusionis, vt peccet mortaliter. Tamen intellige secundum istam conclusionem.

Ardentior in suam est aliqualiter magis adulter, quam cum aliena, secundum Sylvest. verbo. Adulterium. in princi. vbi refert S. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 8. & ita dicit intelligendum fore text. in dict. capit. Origo. 32. quæst. 4.

Dicimus tertium bonum matrimonij esse sacramentum. est text. in capit. sicut non omnes. §. fina. 32. quæst. 2. & latè diximus matrimoniũ esse sacramentum suprà in quæstione, qua explicaui, an matrimonium esset sacramentum, ibique diserui, quid de contracto per procuratorem. Et dicimus sacramentum, quia debet esse perpetuum, & indiuiduum matrimonium, vt iam diximus in definitione matrimonij. Ex quo infertur, quòd si quis promoueatur ad sacros ordines post consummatum matrimonium, vxore etiam consentiente, quòd matrimonij vinculum non dissolui tur, ac per hoc subinfertur, quòd ei tenetur de necessarijs ad subsidium vitæ prouidere.

Similiter quòd habet priuilegia mariti clerici, quæ sunt plura, vt dixi. l. prima. titul. 3. lib. primo suprà. Cùm verè eius vxor existat, & sola morte vinculum dirimatur, meritò ei competere debẽt priuilegia debita vxoribus, ratione mariti, & longè maiori ratione cùm seruet castimoniam, & vitam præclariorem obtineat. l. 6. titul. 2. libr. 4. suprà. vbi dixi de vxoribus seruantibus vitam vidualem, quòd debent habere priuilegia maritorum

rum prædefunctorum, in quorum matrimonio censent perdurare. l. mulieres. C. de incolis. lib. 10.

In tantum est indiuiduũ & validum sacramentum, quòd etiam si maritus esset effectus summus Pontifex, teneretur reddere debitum vxori, prouidereque ei d necessarijs. glo. in cap. si quis pecuniã. 79. dist. Quã glosse sententiã reddit singu. Panor. in c. cõstitutus. nu. 10. de conuers. coniuga. & in ca. licet. col. 2. de electio. & in c. vxoratus. col. fi. nu. 8. de conuers. cõiuga. Deci. in ca. licet. col. 3. nu. 9. de electio. Albert. Trotius in lib. De vero & perfecto clerico. 2. capit. 8. nu. 3. Ratio enim est, quia matrimonij sacramentũ sola morte soluitur. glo. in. c. licitè. 32. q. 7. naturali, & non ficta. Panor. c. cùm sis. de conuers. coniuga.

manda la madre santa Iglesia: y los que casarẽ sean tales que puedan casar sin pecado: y todo casamiẽto se faga concejeramente y no a hurto[d]: de guisa que si fuere necessario q̃ se pueda ꝑuar cõ muchos.

Infertur etiam, q̃ si resuscitaret quis, eum debere redire ad priorem vxorẽ, & habiturũ omnia sicut ante mortẽ. Quod intelligendũ de morte miraculosa, non tñ de naturali. glos. est nota. in. d. c. licitè. 32. quæst. 7. glos. est etiam, quæ ponit quæstionem in. l. ex ijs. ff. de legib. De qua quæstiõe vtrùm resuscitatus sit restituendus tractat Panor. & alij in cap. fraternitatem. de frigi. & malefi. nu. 4. vbi Præpositus. colũ. 5. nu. 14. Bartho. Brixien. in q. Domi. 54. Alex. in. l. si marito. nu. 4. ff. soluto matrim. Guiliel. Benedict. in repe. c. Rainuntius. verb. mortuo. in. 1. nu. 224. de testam. supra. Tiraquel. in repe. l. si vnquam. verb. suscepерit liberos. nu. 142. C. de reuoc. dona. vbi aliqua in hoc adducit, q̃ sit restituendus Barb. in clem. Gratiæ. col. 5. de resc. Alex. Ias. post alios in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Sylues. in verb. restitutus. in princi. Angel. verb. mors. §. Tertiò.

Est ergo sacramentum, vt coniugium non separetur, ob aliquã causam. secundũ Magist. in. 4. sent. dist. 31. & Richar. ibi arti. 1. q. 2. q̃ huiusmodi sacramentũ est principalius bono fidei, & prolis.

Quòd sit inseparabile, tenet glos. 2. in. c. omne itaque. 27. quæst. 2. & citat text. in. c. solet. 32. q. 2. vbi matrimonium ad tempus non potest contrahi. Facit casus in capit. 1. isto titulo. & ibi dicetur. Est text. in dicta. l. 3. titul. 2. part. 4. glos. in. l. 7. eodem titul. & partita.

Lex. 1. titul. 1. libr. 5. ordi.

d ¶ *Concejeramente, y no a furto.* Concord. l. 5. titu. 3. part. 4. quæ insinuat damna, quæ solent euenire ex matrimonijs clandestinè contractis. & l. 10. ad fin. titu. 1. part. 4. ibi, *Y esto se entiende, si despues de-sto se casare ella con otro contra voluntad de su padre.* & l. 49. in constitutio. Taur. Quæ leges regiæ cum similibus prohibentes matrimonium clandestinè contrahi sub diuersis pœnis, videntur in vtroque foro locum habere, cùm adiuuent dispositionẽ iuris Canonici, adijciendo pœnã contrarium facientibus. Quæ autem dicantur matrimonia clãdestina attento hodie Triden. concilio cõferte ad ea, quę sum dicturus infrà istamet l. colum. 42. §. aduertendum est quod stante. vbi agimus quãdo dicantur proprie & improprie matrimonia clandestina, neque leges istius regni declandestinis loquẽtes, aduersari videntur iuri Canonico, & sic in subsidium ius regium erit etiã in foro eccleſiæ seruandũ. c. leges. dist. 10. vbi ait Nicolaus Papa, lege Imperatorum non in omnibus cõtrouersijs vtendum est, præsertim cùm inuenia tur euãgelicæ, ac canonicæ sanctioni obuiare. Ergo si non obuiat, sed fortificat, ius regiũ in adiutorium erit admittendũ. c. si in adiutoriũ. 10. dist. & per ea, quæ ibi in lectione ordinaria, & suprà in Proœmialibus quæstionibus. quæst. 3. à nobis explicata sunt. Quam sn̄iam confirmat gl. in clem. Ne Romani. verb. tolli. de electio. dicens legẽ superioris per pœnæ adiectionẽ posse iuuari ab inferiore. Quã ibi cõiter omnes sequũtur secũdum Rochum Curti. in rep. c. fin. sectio. 3. nu. 22. versi. Octauus casus. fol. paruo. 43. de consuet. Barba. in additio. ad Bald. in. l. pro grãma. C. commina. vel epistol. Io. Baptist. in rep. l. oẽs populi. nu. 87. ff. de iusti. & iure. Ludo. Gomes. in. c. vt animarũ. §. statuto. vbi est tex. pro hac sentẽtia. de cõsti. li. 6. nu. 55. Couar. in epito. 4. Decretal. 2. part. c. 6. nu. 17. Dueñas in tract. regul. cũ fallẽtijs, regul. 251. in cip. Eps statuẽdo. Fel. in. c. quod super his. de maior. & obedi. & per istã sn̄iam fuit cõclusum inter cõsiliarios Regis, qui. l. 49. Taur. condiderũt, eam posse defendi, secundũ Io. Lup. col. 1. Et est de mẽte aliorũ. ibi. ¶ Secũdò defendi põt ista lex cum similibus ex eo fundamento. Quia q̃ lex ciuilis nõ disponit circa substantiã, & valorẽ mr̃imonij, sed circa qualitatẽ, ne malũ inde proueniat, valet, & tenet, sicut dicit valere statutũ adijciens pœnã, ne malis moribus ciuitas informet. l. 1. de secund. nupt. & per alia, quæ tradit Fernand. Gomez Arias in. d. l. 49. nu. 37. & Ant. Gomez nu. 2. qui dicit validã, ac seruandã fore. ¶ Tertiò. Leges ciuiles continentes honestatẽ, ac publicam & cõem vtilita-

vtilitatẽ tam à clericis, quàm à laicis sunt seruandæ. c. cõstitutus. de in integ. rest. c. cùm venissent. de eo qui mit. in possess. & in. c. cùm causam. de re iudi. Barba. in. c. cæterùm. nu. 5. de donat. & quæ tradit Io. Lup. in l. 70. Tauri. nu. 14. loquendo in lege retractus. & Deci. cons. 282. nu. 7. & quæ diximus post Plateã in statuto laicorũ de armis nõ deferendis, ligare etiã clericos. in l. 2. verb. *queninguno*s. q. fin. tit. 14. lib. 2. suprà. & per ea, quæ dicit in materia ista Roma. in singul. 442. incip. Capitulum ecclesiæ. & ibi additio. & Georgius Nathan in repet. c. quãuis pactum. col. 56. nu. 171. de pact. libr. 6. Sed ista lex cum similibus prohibentibus matrimonia cõtrahi à subditis clandestinè, & sine parentũ consensu, sunt hmõi, vt infra apparebit, explicando causas prohibitionis clandestini matrimonij, quæ sunt plures. Igitur firma erit dispositio huius & similiũ legum, cùm se accomodẽtur pœnam adijciendo ad statutum iuris Canonici in ca. cùm inhibitio. de clandest. desponsa. Istud sanctum, honestũ & sanctũ esse, ac rõnabile, eleganter, ac latè citando legem Hispaniæ ostendit Bartho. Chassanę. in catalogo gloriæ mundi. 12. part. consider. 49. & Ioan. Corasi. in lib. 1. miscellanearum iuris. c. 17. & ex Cateliano Cotta in memorialibus iuris. verb. Nuptiarum. pag. 374. versi. Tamen in contrariũ fortiter vrgere videtur. Francis. Curt. Senior. consil. 27. nu. 6. qui posteriores duo citant Bald. in l. omnem. ad fi. C. ad Tertul. dicentem, q̃ quãuis non valeat laicorũ statutũ puniens contrahentẽ matrimoniũ, cùm filiafamiliàs sine consensu patris, vt per Ioan. Andr. in. c. statutum. de hær. lib. 6. tamen quia tale statutum concernit bonos mores omnium, & maximè prudentiũ, tenet, non quia vetet substantiam matrimonij, hoc enim non põt facere nisi Papa, sed quia punit malos mores, & in republica facinora seminantes. Sed quanuis Curti. & Catelia. ex multis singulare dictũ retulerunt ipsum cõiter reprobatũ esse firmarunt. Et sic pariformiter cessat fundamentum ex eodem Bald. adductum ab Anto. Gomez in l. 49. Taur. nu. 2. cùm cõiter sit reprobatum in omnibus, vt patet ex Francisc. Curtio senio. in loco præcitato, dicens opinionẽ Bald. erroneã, & damnatam esse. ¶ Quartò ex eo probatur, cùm videmus, quòd leges passim imponunt pœnas contra blasphemos, periuros, vsurarios, & alios delinquẽtes, prohibentq́; iuramenta interponi in contractibus, quod licitum, ac iustum esse propter Reipubli. tranquillitatem nullus sanæ mentis existimat fieri posse, præsertim à principe, qui nullum in temporalibus recognoscit superiorem. Et sic Princeps Hispaniæ non intendit inualidare matrimonium, quod fieri ab eo minimè posset, cùm sit circa spiritualia, prout tenet Laurentius Calca. consil. 13. nume. 8. & additio. Panormitani in. c. 2. super parte, Genere personarum. de his quæ vi metusve causa fiunt. & Vital. à Gambanis in tractatu clausularum. pag. 473. Additionator Alberici in dictionario. verb. Leges. Et faciunt notata à Præposito, Alexandri in capi. sic omnes. notabili vltimo. 19. distinctione. Et Rodericus Suarez in repeti. l. secundæ. titu. *De los casamientos*. libr. 3. fori. fol. 65. colum. 2. Et est opinio recepta secundum Felinum in cap. 1. nu. 13. de sponsali. & Additionator Decij in. l. nuptias. post Decium ibi. nu. 9. ff. de regulis iuris. & Felinus in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. nume. 63. Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. part. ca. 3. §. 8. nume. 6. vbi plura citat. Ergo cùm Princeps circa substantiam matrimonij nihil disposuerit, debet meritò valere, per ea, quæ tradit Couar. in defensionem dictæ. l. 49. Tauri in epitome. 4. Decreta. 2. part. capi. 6. num. 17. Ex quibus defendi poterit nostra constitutio præsentis. l. quanuis plura in contrarium, adduci possent, quæ in præsentiarum adduci non debẽt, cùm sit. l. Regia, loquens circa accidentalia matrimonij. vt in simili docet Præpositus Alexandri. in cap. tanta. qui filij sunt legi. col. 13. nu. 18. qui est videndus, & sic sacrilegum esset de potestate legis Christianissimi Principis tractare contra. l. 2. C. de crimine sacrilegij. quicquid Alexander consil. 209. nu. 16. lib. 6. & Ioan. Crott. in. l. omnes populi. nu. 69. ff. de iust. & iur. dixerint in contrarium. Et sic procedunt ea, quæ dici solent, statutum inualidans matrimonium absque parentum licentia, esse inualidum ex communi relat. à Iasone in l. 1. §. huius studij. nu. 12. ff. de iusti. & iur. & Deci. in. l. nuptias. ff. de regul. iur. Quia causa matrimonialis est Ecclesiastica, & spiritualis, & spectat ad ecclesiam. cap. 1. de consang. & affinita. Sortiturq́; suam naturã à iure diuino Matth. 19. Quos Deus coniungit (inquit) homo non separet. Et sic Principes seculares nihil in matrimonio statuere possunt, ex capi. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & in capit. fina. de reb. eccles. non alie. & Paluda. in. 4. sententia. distinct. 26. quæst. 3. articu. 3. conclusi. prima. & Ioan. Bernard. in tract. regularum cum fallen. regul. 698. incipien. Statutum quo fit filiam exhæredari non posse ex eo, quòd validè matrimonium contraxerit de iure Canonico etiã sine patris licentia requisita ab statuto secundum Panormi. in cap. Tua fraternitas. nu. 5. de desponsatione impuberum. & in ca. fi. de secundis nupt. & de eius in regul. Nuptias. de regul. iur. ff. nu. 10. Præposi. in. c. quod nobis. col. 3. nu. 5. de clandestina desponsa. Couar. in epito. 4. Decretal. 2. par. c. 3. §. 8. nu. 1. & §. 9. Ex quo plura inferri possent ad ornatum & dotem prædictæ conclusionis. Et facit text. in capit. 1. de sponsali. vbi matrimonium

prætextu

prætextu consuetudinis patriæ, quæ versabat tpe cõtract⁹, minimè inualidari potuit, vt ibi latè aperuimus. ¶ Ea autẽ quæ dicuntur, q̃ requirat licentia patris quo ad contrahendũ de honestate & cõgruentia, non tñ ad necessitatem deferenda sunt, cùm matrimoniũ liberum esse debeat, nec ex alieno consensu pẽdere debeat absq; aliqua pœna, & coactione. ex. c. cùm locum. &. c. requisiuit. &. c. Gemma. de sponsal. &. l. libera. C. de inutilib. stipulatio. Nam verbũ, debet, positũ in. c. 1. de despõsatio. impube. inducit honestatẽ, & congruentiã, non necessitatẽ. Quanuis verbum, debet, inducat necessitatem. ex gl. in clem. attendentes. de statu monacho. verb. debeãt. Quam notabilẽ dixit Panor. in. c. cùm locũ. nu. 6. de sponsal. & in. c. si vir. nu. 3. de adulte. Fortun. in repeti. l. Gallus. in princi. col. 16. nu. 45. de liber. & posthu. ff. & glo. in ca. proposuit. verb. non debet. de appellat. & text. in c. non debet. & in. c. debent. 11. q. 3. & in. c. intelleximus. de iudic. Tiraquel. in prædicto tex. c. 1. de desponsatio. impube. denotat honestatẽ, ex glos. ibi, & Panor. in. d. c. si vir. nu. 3. de adulter. Ioã. Baptist. in allegatione sua posita in volu. singulariũ diuersorum doctorũ. fol. paruæ impressionis. 136. col. 1. versi. Non obstat. & quæ notat gl. in. c. cùm virum. vers. Paternæ. de regulari. glo. 1. in fina. verbis in. c. sufficiat. 27. q. 2. & glo. in. c. hoc sanctum. 32. q. 2. Si ergo eis licet matrimoniũ validè contrahere, nõ debent aliqua pœna puniri, nec legis authoritate decipi conuenit. argum. l. 1. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. Nã leges, quæ contrarium disponunt, sunt persuasiuæ, & honestatẽ inducentes, quæ vim legũ non habent, cum id statuere quo ad coniugalẽ contractum pertineat ad Romanos Põtifices, non autẽ ad iudices seculares temporaliiurisdictioni assistentes, ex Io. Andr. in c. statutum. in. 1. de hereticis. in. 6. cõiter receptus in hac sñia secundũ Felin. & Decium in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutio. & Couar. in epito. 4. Decretal. 2. part. c. 3. §. 8. nu. 6. vbi alios refert. & Gregor. Lopez in. l. 5. in glo. 3. tit. 3. part. 4. qui est videndus, qui dicit validam esse. l. Regiam Tauri circa punitionẽ clandestini matrimonij, & seruari in Regnis Hispaniæ, ac secundũ eam iudicari. Nec dici potest, quòd sit defectus potestatis, cùm in quolibet actu sit necessarius concursus potestatis & voluntatis ad sui valorem. vt in. l. multùm interest. C. si quis alteri vel sibi. & in. l. cùm in te. vbi Bal. C. de donat. ante nuptias. & in. l. nolle. ff. de acqui. hæredi. vbi notat Bal. & in. c. cùm super. de officio. delega. & ex eo, quia leges nõ sunt seruandæ in causis concernẽtibus ad matrimonium, sed ius Canonicũ. glo. in. §. hactenus. Insti. de gradi. & in. c. cùm ad verũ. verb. Temporalium 96. distin. Imol. in rub. ff. solu. matr. col. 2. & in ca. accedens. col. 2. nu. 8. de procurato. Glo. etiam in. c. quoniã. verb. pro cursu. distin. 10. & in. c. ad sedem. 35. q. 5. Quam sñiam tenet Palud. in. 4. sententia. distin. 26. q. 2. art. 5. concluſ. 4. Nam vt ipse Greg. Lopez dicit, Videmus leges ciuiles punire hæreticos pœna mortis: & non est dubium eas tenere, licèt disponant in materia hæresis, quæ spectabat ad ecclesiam. vt in. c. vt inquisitiõis. §. prohibemus. de hæreticis. lib. 6. & in materia matrimoniali, recurrendum est ad leges Canonibus non cõtrarias. vt in, c. 2. & quæ ibi notat Panor. de despõsa. impub.

In tantum. l. nostra cum similibus prohibens matrimonia clandestina censetur iusta, quòd potiùs sit extendenda, & amplianda tanquam fauorabilis, & impediens innumera mala, quæ ex matrimonijs clandestinè contractis euenire solent. ex Panor. in. c. fin. de clande. desponsat. & in. c. ex tenore. col. 1. nu. 5. qui filij sunt legiti. Nam vbi agitur de fauore animarum, constitutio quantumuis pœnalis, est extendenda, ex gl. in. c. sciant cuncti. verb. alios. de electione. lib. 6. Quam notabilem dixit Ias. in authent. Sacramenta puberũ. nu. 16. C. si aduersus venditionẽ. Est glos. similis in. c. fina. de electione. & in consil. 114. col. fin. num. 5. lib. 2. & Curtius in tract. iuris patronatus. verb. honorificũ. q. 38. nu. 64. vbi dicit oppositũ prædictarum glos. à doctoribus esse approbatũ, quo fit, q̃ vbi agitur de obseruantia iuramenti, materia censetur fauorabilis, ac proinde extendenda est secũdum Anto. in. c. fina. 1. fallentia. de consue. Domi nicus in. c. 1. col. 3. de temporibus ordin. lib. 6. Anchar. in. c. quanuis. de præben. & sic tex. in authẽ. Sacramenta puberũ. loquens in contractu, debet interpretari locum habere in quasi contractu, ex Dominico in dict. c. 1. & Bart. in dicta authen. Sacramenta puberum. nu. 19. vbi Andreas de Pomæ plura citat in additione ad ipsam post gl. ibi. ver. contractibus. de quo plura per Segurã in repetitione. l. quemadmodum, nu. 76. ff. de acquirenda possess. vbi in additionibus plura adduximus. Ergo in specie nostræ legis, quæ continet maximũ bonum. Et vtinam id quod in sacro Concilio Tridentino nostra ætate cõstitutione speciali de clãdestinis matrimonijs prohibitũ est prohiberenẽ etiã mr̃imonia clandestina, annullãdo ea, quæ cõtracta fuissent sine sciẽtia & cõsensu parẽtũ, vt euitarenẽ multa mala, quæ ĩ republ. Chr̃iana sæpenumerò cõtingere solent in vtroq; foro, & experiẽtia rerum magistra oĩbus in comperto est. Ideoq; optimo iure in constitutione. c. cùm inhibitio. de clandest. despõsa. prohibitæ sunt nuptiæ clãdestinæ, & per ius nostrũ regiũ, vt cõstat ex legibus regijs in capite huius glo. citatis, & in constitutione Neapolitana lib. 3. titu. 22. De matrimonijs contrahendis. statutum habetur à Rege Rogerio, in

his verbis. Sancimus lege præsenti volẽtibus omnibus contrahere matrimoniũ necessitatẽ imponi vniuersis hominibus regni nostri, & nobilibus, maximè post spõsalia celebrata solennitate debita, & sacerdotali benedictione præmissis mrimonium solenniter, & publicè celebrari. Alioquin nouerint amodò morientes cõtra nrm regale edictum nec ex testamẽto, nec ab intestato se habituros hæredes legitimos ex clãdestino mrimonio, & illicitè contra nram sanctionẽ procreatos, mulieres etiã dotes alijs nubentibus legitimè debitas nõ habere, rigorẽ cuius sanctiõis oibus illis remittimus, qui promulgatiõis huius tempore iam matrimoniũ cõtraxerũt. Viduis etiã volentibus ducere virũ, huius necessitatis vinculum relaxamus. Et lib. 9. fororũ Aragoniæ. tit. De raptu mulierũ, & mrimonijs clãdestinis. const. incip. *De voluntad de la cort statuymos y ordenamos*. ibi, *la qual pena queremos que aya lugar contra qualesquier personas que con qualquier muller virgen, viuda, o otra qualquiere, sposa llas, o matrimonio occulto faran, sin presencia de parientes, y otras buenas personas que sean seys, &c.* vbi vide const. fin. Nec existimandũ est has cõstitutiões cõtra libertatẽ ecclesiæ esse, per præmissa, præsertim, quia q desiderat cõtrahere mrimoniũ, de facili põt adhibere solennitatẽ, quæ ab ecclesia desideratur, & etiã parentum: nec pœna posita in nra lege reuocat libertatẽ contrahẽdi matrimoniũ, sed vult, q absq; peccato publicè contrahatur, qnod rex præcipere põt in suo regno, adijciendo pœnã inobediẽtibus, & intimidatio, quæ oritur ex pœna, est de per accidens, & non de per se, quæ optimè potest fieri: nã mali detestari solent lucem. c. consuluit. de offi. delegat. Statutũ enim, q non liceat cõtrahere matrimoniũ cum certo genere personarũ sub pœna, licèt non possit anullare matrimoniũ, tamen quantũ ad pœnã, validum est, ex Bart. & Ange. in. l. edicimus. C. de murilegul. li. 11. Angel. & Ias. in. l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iu. Feli. in. c. 1. col. 11. versi. Sextò fallit. nu. 20. de spõsa. vbi dubitat de prædicta Bart. sententia, licèt solennem reputet. & Matthæ. de Afflict. in const. Neapoli. lib. 3. rub. 19. nu. 13. qui in terminis huius constitutionis loquitur, & tandẽ se subijcit determinationi sanctæ matris Ecclesiæ, quæ errare nõ põt, & certè idẽ ipse existimo faciendũ in præsenti qõne, cùm Bart. opinio. in. d. l. adijcimus. cõiter reprobatã firmet Deci. in. l. nuptias. nu. 14. ff. de regu. iur. Sed tñ satis iusta & rõnabilis est dispositio nræ legis cum. l. 49. in cõstitutio. Tauri. circa quarũ expositiõe aliqua dubia subijcere statui. Et primũ, vtrùm eo casu, quo contrahẽtes clandestinum matrimoniũ validè contrahant, vt in specie conci. Trident. sessi. 24. c. 1. de reforma. matrimonij versi. Qui aliter. vbi dr valide contrahi mrimonium præsentibus ad minimum duobus testibus & parocho, an nõ seruatis alijs de quibus in dict. concilio, peccent ne mortaliter? Et dicendum est peccare. gl. in. c. nostrates. verb. non interueniãt. ad fin. 30. q. 5. quã sequitur Matthæ. de Afflict. in loco præmemorato. rub. 19. nu. 3. versi. Tertia quæstio est. Præpositus in rub. de clande. desponsa. col. 1. ad fin. nu. 2. Panor. in. c. fi. eo. tit. nu. 5. Sanct. Thomas in. 4. sent. dist. 28. q. 1. arti. 3. & Palud. ibi. q. 2. art. 4. cõclus. 2. Archie. Flor. 3. part. tit. 1. c. 16. Syluest. in sum. verb. Matrimoniũ. 2. q. 17. & Angel. verb. Clandestinũ matrimoniũ. §. 1. Constat: nam materia est præceptiua ab vtroq; principe ecclesiastico & seculari, & ponderosa, & sic sub culpa mortali est seruanda. c. qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. 11. q. 3. c. 2. de maio. & obedi. c. quis nesciat. distin. 11. vbi hebetur, q statuta à Romana ecclesia sunt ab oĩbus custodienda: sed ita est constitutio. c. cùm inhibitio. de clandesti. desponsa. Et id quod habetur in. d. concil. Tridẽ. igitur transgressorẽ obligat ad mortale. Tum etiam per præceptum legum Regiarũ, quæ per nros Reges & Rectores Deus distribuit in suis regnis. ca. quo iure. 8. dist. quæ cùm sint iustæ, obligant in conscientia, ex S. Thom. 12. q. 96. arti. 4. Palud. in 4. sent. dist. 25. q. 4. arti. 1. concluſ. 1. Couar. in cap. cùm esses. nu. 9. de testamen. Et Marti. Nauar. vir moribus, ingenio, genere, & eruditione præstantissimus præter alios optimè de hoc articulo agit in manuali confessõ. c. 23. c. 39. & diximus suprà in quæstionibus Proœmialib. 1. tomi. q. 10. Et quantò maiori qualitate quis polleat, tantò maiori crimine transgrediendo has constitutiones annotabitur. c. aut facta. de pœnitentia. dist. 1. c. qualitas. de pœnitentia. distin. 5. l. aut facta. ff. de pœnis. c. nulli fas. vbi gl. verb. maioris. 19. dist. c. homo christianus. 40. dist. vbi gl. ait, in foro pœnitentiæ nõ esse deferendũ nobilitati, seu dignitati. iuxta cap. qui contra. 24. q. 1. &. c. cùm quidã. de iure iur. Nã ista prælatio accipiẽda est quo ad hoĩes, non quo ad Deum in foro animæ, in quo grauiùs constitutus in nobilitate, scientia, seu dignitate delinquit. Quã gl. ad hoc insignẽ dixit Andr. Barb. in tract. de præstantia Cardi. 1. part. q. 10. nu. 3. & Philipp. Franc. in. c. accusatus. §. fi. nu. 2. de hæret. li. 6. tex. in. c. præcipuè. 11. q. 3. ibi. Deteriùs quippe in populis prælati delinquunt, ac per hoc ipsi crudeliùs quàm cæteri puniuntur. c. nulli fas est. 25. q. 1. l. nemo. C. de summa Trini. l. moris. §. iste fere. ff. de pœn. Dixi in notabilissima quæstione in. l. prima. gloss. 1. col. 114. versic. Præterea etiam in hoc est clericus priuilegiatus. titu. 3. lib. 1. ordinam.

Præmissa tamen doctrina locum habet, quãdo quis in legis Canonicæ & ciuilis contemptũ contrahat matrimoniũ clandestinè, si tñ ex aliqua legitima

gitima causa ipsum à peccato excusandũ esse arbitramur. Vt si virgo sub curatoris iniqui cura contraheret matrimoniũ clandestinè, ne peruenire ad notitiã ipsius curatoris, qui illam impediret à cõtrahendo cum viro digno, vt ipsam nuptui traderet indigno, fortè cõsanguineo, vel amico propter aliquod lucrũ, vt sæpe contingere solet, inde sibi euenturũ. Ex tali enim circũstantia actus clãdestinus redditur licitus, & sine culpa, cùm cesset ratio Legislatoris, prohibentis matrimoniũ cõtra hi clandestinè, & puella suo cõsulat honori, ac indemnitati, ex mente diui Thomæ in. 4. sent. dist. 28. q. 1. art. 3. in corpore, cuius verba hæc sunt. Respondeo dicendũ, q̃ sicut in alijs sacramentis quædam sunt de essentia sacramenti, quibus omissis, non est sacramentũ. Quædam autẽ ad solennitatem sacramenti pertinent, quibus omissis, perficitur sacramentum, quanuis peccet, qui omittit, ita etiam consensus expressus per verba de præsenti inter personas legitimas ad contrahendum matrimonium facit, quia hæc duo de essentia sacramenti sunt: alia autẽ omnia sunt de solennitate sacramenti, quia ad hoc adhibentur, vt matrimonium conuenientius fiat, vnde si omittantur, verum matrimonium est, quanuis peccent sic cõtrahentes, nisi per aliquam legitimam causam excusentẽ. Hactenus Thomas. Ergo iusta causa existente, liberatur, quis à culpa. Idem probat Caieta. in opere, De vsu matrimonij. q. 2. Henric. in. c. fin. de clandest. desponsa. Couar. in epito. 4. Decreta. 2. part. c. 6. nu. 8. Tum etiam, quia quanuis præsumatur contemptus ex contrauentione legũ, & sic peccatum. vt in glo. c. metropolitanũ. 2. q. 7. Archid. in c. 1. col. fi. nu. 7. de appella. lib. 6. est intelligẽdum procedere in foro exteriori, non autem conscientiæ, in quo veritas inspicitur. c. tua. de sponsal. ca. humanæ. 22. q. 5. Et sic si verè nõ adsit contẽptus, etiã si sciẽter sine causa iusta trãsgrediatur legem, quãuis ex libidine vel ira nõ peccaret mortaliter vel ex cõsuetudine. Caieta. 2. 2. q. 186. arti. 9. Card. in clem. eos. col. 2. vers. Tertiò nota. nu. 1. de sepultur. Archidia. in. c. quicunq;. 1. col. 81. dist. Domi. in. c. nullus. 55. dist. Nauar. in manua. ca. 23. nu. 41. tunc enim secundùm prædictos trãsgreditur quis ex contemptu, qñ voluntas eius renuit subijci ordinationi legis, & procedit ad faciendũ contra legem: nam aliud est nõ parere, aliud contemnere. glo. singu. vbi dixi in. c. quis autem leges. dist. 10. Si ergo ex iusta causa, vel sine, non tamen cũ contemptu legislatoris id faciat, nõ erit peccatũ mortale in foro animæ. ac proinde contrahentes, nec assistentes non ligabũtur pœnis impositis à iure, vel ab homine per constitutiones Synodales eo in foro, quanuis sentẽtia pastoris iusta, vel iniusta sit timenda. c. sententia pastoris. 11. q. 3. Quem intellige, nisi talis sententia contineret iniustitiã notorie. Hippoly. alios referens in repe. rubri. C. de probat. nu. 170. versi. Adduci etiã potest. Et in publico, secùs in secreto, si sententia esset iniusta. ex Caieta. 2. 2. q. 70. art. 4. Ex quo inferebam iniustè excõicatum, si appareret de iniquitate sententiæ non esse priuãdum ab ingressu ecclesiæ, nec à fructibus ecclesiastici sacerdotij, quãquã ab ingressu propter obedientiã bonum erit abstinere, quantumcunq; à sapientibus iudicetur iniusta excõicatio, nam bonarũ mentium est hoc facere. Idem dicendũ est in quibuscunq; præceptis iniustitiã cõtinẽtibus, nam in foro exteriori præsumitur pro iudice, & prælato, antequam ab ipso, eiusve superiore contrariũ sit declaratũ. Et prout in sacris habetur, melior est obedientia, quàm victima. Vbi autem quis esset excõicatione ligatus ob aliquã constitutionem Synodalem, vel præceptũ sibi incognitum, quanuis fuisset in culpa, ignorãdo præceptum propter quod sententia talis procederet, quia ratione õfficij tenebatur si celebraret ignoranter, & sinè contemptu, per prædicta non peccaret mortaliter quo ad Deum, nec apud homines, si non esset dolus, non efficeretur irregularis: quia ad incursum irregularitatis est necessarium, q̃ dolus interueniat. c. is qui. §. fin. in verb. scienter. vbi glo. de sentẽ. excõica. lib. 6. vbi ait Domi. in. 1. notabi. Nota, q̃ ex celebratione in loco interdicto non incurritur irregularitas, nisi per sciẽtem locum interdictũ esse, & si irregularitas non contrahitur sine dolo. Martin. Nauar. in repet. c. cùm contingat. pag. 161. versi. Secunda decisio. de resc. & in. c. accepta. oppos. 8. illatio. 9. num. 34. de resti. spoliat. Quod est aureum verbum, & pro timoratis cõscientijs satis notatu dignum. Ex quo infertur, q̃ si quis incidit in excõicationem latã à constitutione Salmantini studij 26. ob omissam taxam domus ex negligentia illi non nota, q̃ nõ peccauit, nec fuit irregularis, quanuis durãte ignorantia celebrasset missam, sed ad cautelam petat relaxationẽ à cancellario Salmãtino, qui irregularitates prouenientes ex delictis cõstitutionum Salmanticensis studij potest dispensare, & relaxare, vt ex concessione Martini Papæ in eisdẽ constitutionibus constat Constitu. 33. versic. Et insuper pro incremento dictæ vniuersitatis.

Quæri etiam potest, quæ sit causa prohibitionis, ne matrimoniũ clandestinè contrahatur, cùm contractum valebat ante prohibitionem concil. Trid. sessi. 24. ca. 1. de reforma. matr. Rationes plures assignari possent. Prima, quia contrahentes clandestinè sæpe contrahebant sine præuia deliberatiõe, quã præcedere necesse est in actu tã graui, ne postea doleant, cùm amore forsan ducti, id secretè promittunt, & pœnitẽtia statim ducti,

exillo

ex illo inconuenienti plura euenire solent, contra tranquillitatem, & pacificam vitam necessariã in matrimonio, & quod quis non diligit, facilè cõtẽnit. c. præsens. 20. q. 3. c. 1. 31. q. 2. ca. præterea. 1. & c. requisiuit. de sponsali. Si tamẽ fit cum deliberatione, & seruatis seruandis. Iuxta ea quæ salubriter habentur in dict. concil. Trid. se adinuicem diligunt, ac omnia cooperantur in bonum, & paruę res crescunt, & diligũt Deum, iuxta illud Psal. 9. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorũ audiuit auris tua. Et cùm sunt in dilectione, & Dei obsequio, onera matrimonij vilipendere solent, & se adinuicem mutuo amore prosequuntur, etiam si paupertate sint oppressi, dicendo. Melius enim est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio. Prouerb. 15. Nam si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam, vt habetur apud Salomonem in Cantici. c. 8. Ex contrario verò innumera damna sequuntur, vt experientia quotidiè docet.

Secunda ratio est: quia matrimonia sic contracta quanuis valebant ante concil. Trid. suprâ citatum, quo ad Deum, ex defectu tamen probatiõis quo ad ecclesiam militantem, quæ non iudicat de incognitis, solebant deficere, quia negabãt se matrimonium contraxisse, & contrahebant secũdas nuptias in facie ecclesiæ, quæ potiùs viuente prima adulteria erãt dicenda, quod erat graue peccatum in Dei ecclesia, & ideo vitandum. Quòd autẽ contractus matrimonij quantũuis clandestinus à personis aptis ad contrahendũ valebat tametsi sit à iure prohibitus, tenet Magist. sent. in. 4. dist. 28. art. 2. & ibi D. Thom. q. 1. ar. 3. Ricard. art. 2. q. 3. Palud. q. 2. ar. 4. cõclus. 1. Gabri. q. 1. art. 2. col. 3. & Durand. in princ. Nicol. Ploui. in tract. sacerdota. de cautelis matrimonij pagel. 237. Sum. cõfesso. libr. 4. tit. 2. q. 58. Deci. consi. 163. nu. 1. & consi. 231. nu. 6. Couar. in epito. 4. decret. 2. part. c. 6. nu. 7. l. 1. & l. 2. tit. 3. part. 4. Comprobatur ex ca. iudicantem. ad fi. 30. q. 5. vbi habetur, q matrimoniũ secũdum contrahentes viuente altero cõiuge cum quo primum matrimoniũ clandestinum fuit, incidant in reatũ adulterij. Hoc autẽ non esset, nisi primũ matrimoniũ clandestinè contractũ fuisset validũ: ergo clandestinus consensus verũ matrimoniũ efficiebat ante concil. Trid. Secundò probatur ex. c. 1. de cland. despon. quatenus vult, q alleganti matrimoniũ clandestinũ, incumbit onus probadi: si autẽ per interdictũ ecclesiæ esset nullius firmitatis, frustra desideraretur probatio etiã quo ad ecclesiã. Ad idem & tertiò est text. in. c. 2. eo. tit. vbi matrimonia clandestina contracta, postmodũ tamen publicata, valent, tanquã si à principio in facie ecclesiæ fuissent contracta. Et in. c. fina. §. vlti. eiusdem titul. habetur, q contrahentes contra interdictum illius Canonis, etiã in gradu permisso, puniuntur de contemptu, vt ibi gl. verb. pœnitentia. ait. Et sic actus gestus in cõtrarium, præsupponitur firmus. & in. c. 1. de consangui. & affini. tractatur de matrimonio clandestinè contracto probando. Ergo non obstante prohibitiõe, validum erat, sed ratione incertitudinis habetur pro non facto, quia ecclesia non iudicat de occultis, nam nõ agitur de valore, sed de probatione, cùm antè firmum erat. ca. capellanus. de fer. ibi, vt quocunq; tempore matrimonium contrahatur consensu in terueniente legitimo de præsenti &c. vbi glos. inquit, mutuo, quia solus consensus facit matrimonium. c. sufficiat. 27. q. 2. c. si inter virum. de sponsali. l. nuptias. ff. de regu. iur. l. 1. §. huius studij, vbi gl. ff. de iust. & iur. Præterea & q̃rtò suffragat tex. in ca. aliter. 30. q. 5. ibi, nisi voluntas propria, & vota succurrerint legitima. Et in hoc casu est intelligendus ex Hostien. in sum. de clande. desponsat. §. vtrùm clandestina. col. 1. Ratio est: quia hæc solennitas non est de substãtia matrimonij, sed consensus. glo. in sum. 30. q. 5. Ideo non obstante tempore impedimentum proueniens ex litis pendentia, seu iudicis præcepto non impedit valorẽ matrimonij, vbi adest legitimus consensus. cap. 1. & capi. 2. & capi. 3. & vbiq; Panormi. de matrimo. contract. contra interdict. eccles. Facit glo. in cap. fin. de sponsa duo. quanuis sic contrahentes peccent. Caiet. in sum. verb. matrimonium. pag. 425. Item &. 5. ex Ricard. in. 4. dist. 28. arti. 2. quæst. 3. si contrahens clandestinè, transiret ad regiones longinquas, vbi monitiones, & solennitates. ca. cùm inhibitio. de clande. desponsat. non essent in vsu, licitum esset eo sibi carnaliter copulari, sed si matrimonium ibi non fuisset verum, copula semper esset illicita, ergo à principio fuit matrimonium. Idem approbat Præpositus in rubr. de clandest. desponsa. Vt igitur hoc inconueniens cesset, meritò prohibentur matrimonia clandestina, vt in hac lege habetur, ibi, *que si fuere necessario se pueda prouar por muchos.*

Tertia causa est, discordiæ, quæ solent oriri inter agnatos, & cognatos contrahentis matrimonium absque eorum scientia, præsertim si pater, vel mater sint, vt habetur in. l. 49. Tauri. vel fratres. vt in. l. 4. infrà. eod. titu. & in. l. vni. tit. 5. libr. 5. infrà. Qui ex hac causa ipsos contrahentes prosequuntur odio capitali. vt habetur in. l. fina. tit. 3. part. 4. Igitur vt euitentur hæc & similia, & longè maiora inconuenientia optimè in præsenti, prohibentur nuptiæ, ne clandestinè celebrentur. sed publicè. Hodie tamen seruanda est forma concil. Tridenti. suprâ relati. de cuius materia dicam latius in. l. seq. ad fin. vers. Aduertendum est.

¶ *Encubier-*

Lex. 1. titul. 1. libr. 5.

c ¶ *Encubiertamente.* Nota pœnam contrahẽtis clandestinè matrimoniũ, ante concil. Trid. scilicet, q̃ soluat centum quadratos cameræ regis. Item peccat mortaliter, vt in gl. *Concejeramente.* dictum est. Tertia pœna est, q̃ nõ erat p̃sumendũ pro matrimonio clandestino, nisi apertis probationibus ab alleganti contractum esse apparuisset. c. 1. de clande. despon. c. quod nobis. cũ sua gl. eo. tit. gl. in summa. 30. quæst. 5. text. in l. 1. ad fin. tit. 3. par tit. 4. Et hoc erat regulare, quòd dicenti incũbebat onus probãdi. l. 2. ff. de probat. l. actor. C. eod. titu. Hinc dicebatur, q̃ erat præferendũ matrimonium contractũ in facie ecclesiæ, de quo apparebat ita fuisse celebratũ per duos testes, clãdestinè contractũ, de quo cõstabat per confessionẽ, famã, atq; vnum testẽ, secundùm Vincẽ. Panor. & Præpoli. in c. 2. de cland. despõ. Et erat speciale in hoc casu vnũ testem cũ fama nõ probare matrimoniũ clandestinũ in præiudiciũ secundi cõtractus in facie ecclesiæ, ex decisi. Vincẽ. quã cõiter sequũtur Canonistæ, teste Soci. in consil. 270. Consideratis his quæ in contingẽtia facti. col. 2. nu. 3. lib. 2. & in cõsi. 119. Circa primũ cõsultationis articulũ. col. 1. nu. 1. lib. 3. & Franc. Aret. cõsil. 13. Viso diligenter themate. nu. 6. quãuis ipse dubitet de dicto Vincẽtij in nu. 8. Et ipsum sequit cõiter approbatũ dicẽdo Lud. Gozad. in cõsi. 77. Prima facie videt dicẽdum. col. 3. nu. 12. & Couar. in epito. 4. Decreta. 2. part. c. 6. nu. 11. vbi ipsum dictũ declarat. Quæ tñ supradicta vera erãt de iure antiquo, secus attento concil. Trid. de quo infra dicemus latiùs versi. Aduertendũ est. Sed videtur, q̃ nullũ speciale erat, quanuis ipsius fauore multa priuilegia inueniant, vt per Feli. in rub. de sponsal. nu. 4. vbi 24. ponit. Et adde Iaſ. cõsil. 15. lib. 3. Cùm in mrimonio clandestinè contracto erat probatio p̃sumpta per famã, in contracto verò in facie ecclesiæ fuerat vera per duos testes, nã vnus testis adiũctus cũ altero, prævalere debebat ꝓbationi, quæ fit per vnũ testem & famã, cùm in ore duorũ vel triũ stet omne verbũ Deut. 17. & c. cùm esses. de testam. & ibi gl. verb. scriptũ. Fit præterea alia pœna, nẽpe prolẽ ex clãdestino mrimonio habitã etiam bona fide vtriusq; parẽti susceptam illegitimã esse, eo casu, quo tale mrimoniũ propter cãm cõsanguinitatis, vel affinitatis irritũ fuisse declaret. c. cũ inhibitio. §. 1. de clãd. despon. qui tex. assignat rõnẽ, dicẽdo, vel saltẽ affectatores ignorãtiæ videant. Quẽ optimũ dixit Prepositi. in. c. cũ itaq;. nu. 3. d. 38. & gl. idẽtenet i. l. 4. tit. 6. li. 3. foro legũ. & est. l. 3. tit. 3. parti. 4. & l. 2. titu. 15. eadẽ. 4. part. Quẽ text. intelligas, pcedere in quocũq; impedimẽto alio, secundũ Inno. & Cardi. in d. §. 1. & Hosti. Io. Andr. Ant. Anchar. Pan. & Præposi. in c. ex tenore. qui filij sunt legiti. post glo. in c. sciant. verb. alios. de electio. lib. 6. Barto. & Iaſ. in authen. sacramenta. nu. 72. C. si aduer. vend. Ioan. Andr. in c. 1. de homici. libr. 6. Barba. de præstantia Cardi. 1. part. q. 7. col. fina. Catellia. Cota in memoriali. iur. verb. Anima. Ex qua sententia infertur, nõ bene tunc docuisse affirmantes dispositionem. d. c. cũ inhibitio. §. 1. locum non habere nisi in casu in eo textu expresso, vt fuerunt Vincen. & Goffred. in citato. c. ex tenore. Dominic. consil. 66. col. 3. versi. Nam cùm constitutio illa loquatur de impedimẽtis. & Ioan. Lup. Decanus Segouien. de matrimonio & legitimatio. fol. 6. col. 4. Quam tamen sententiam restringe in constituto in periculo mortis, vbi non potest commodè differri matrimoniũ cum ea, ex qua prolem ipse ægrotus susceperat, licitus emẽ est talis contractus, nec tali tẽpore vacat publicè & solẽniter contrahere. Et cũ periculũ sit in mora, non põt culpa imputari secundũ Domi. cõs. 66. col. 4. pro quo est text. in. c. cõstitutionẽ. in fi. de sent. excõ. in. 6. & c. non dubiũ. eod. tit. facit. l. 1. ibi celeritatẽ desiderat. ff. de dam. infect. & ibi Doct. quod intelligendũ est verũ de iure antiquo, quo cũ clandestinitas non vitiabat matrimonium vt supra probauimus, & habetur per totum titul. de cland. despõ. nouissimè tamen per conci. Triden. matrimonia clãdestina non valent, & periculum in mora tñ excusabit à solennitate quæ nõ est nec respicit substantiã matrimonij, & alia de quibus infrà dicemus. nõ tñ releuabit periculũ hmõi in mora, vt nõ teneant seruare ea quæ sunt de substantia mrimonij, seu de eius qualitate, scilicet, vt adsit parochus & duo ad minimũ testes.

Y el q̃ encubiertamẽ te fiziere casamiento: peche ciẽt mrs al Rey. Y si no los ouiere seã del Rey todos sus bienes, y por lo q̃ fincare sea el cuerpo a merced del Rey.

ADDICION.

¶ *Vease la ley. 1. tit. 1. libr. 5. de la Recopilacion, que es la ley. 49 en las leyes de Toro que pone la pena de los que contrahen matrimonios clandestinos, y de los que en ello interuinieren, y los que de tales matrimonios fueren testigos, y que es justa causa de exheredacion.*

ex Tri-

ex Triden. sessio. 24. ca. 1. vt latiùs dicemus infrà.

Item solent pœna pecuniaria ac excommunicationis puniri sic clandestinè cõtrahentes per ordinarios? Et cõstat posse, quia ex illicito infertur pœna, sicut est contrahere contra prohibitionem canonis: nam omnis homo faciens contra legem, cui subiectus est, peccat. Palud. in. 4. sentẽ. dist. 25. q. 4. col. 1. & supra habitum est peccare contrahentem clandestinè igitur bene poterit vltra pœnã à iure sancitam per aliam, ipsam non detrahendo, sed augendo à prælato inferiori castigari, & puniri, ex. c. vt animarum. de consti. lib. 6. & glo. in clemen. Ne Romani. verbo. Tolli. de electio. de qua in proxima glos. annotatum fuit. Et sic vt melius seruetur statutum superioris, valideq; potest pœna infligi per constitutiones Synodales, vt habetur in Synodali Salmantino, Consti. 42. ibi, *Firme mente defendemos a todas y qualesquier personas hombres y mugeres que azora son, o seran de aqui adelante en la dicha ciudad, y en todo nuestro Obispado, que no fagan desposorios, ni matrimonios clandestinos, y occultos so las penas en los derechos contenidas en tal caso, y assi mismo, que por el mismo fecho sin otra monicion, incurran y cayan en sentencia de descomunion mayor, Lo contrario haziendo, en la qual sentencia de excommunion queremos que incurran todos aquellos, que fueren presentes a los tales desposorios clandestinos, y occultos, assi Clerigos, como legos. Y mandamos a los Clerigos, y Beneficiados en las yglesias do fueren los sobredichos Parrochianos, que sin auer mas denunciacion los euiten por publicos descomulgados, y demas dello cada vno de los delinquentes caya en pena de dozientos marauedis para la Fabrica de nuestra yglesia, y no puedan ser absueltos sin pagar aquellos &c.* Ita enim constitutio defendi pot per præmissa, quia nihil disponit contra constitutionem superioris, sed auget pœnam excõicando, & pœnam pecuniariam inferendo, & etiã quatenus declarat absq; aliqua denuntiatione vitandos esse non est contra ius. extrauag. Ad vitandum scandala. de excõi. non vitand. in pragm. sanctio. Gallica. imò est secundùm ipsam, quatenus non requirit denuntiationẽ, quando factum, propter quod incurritur excõicatio, est notoriũ tali modo, quod nullo pacto celari valeat. Sed quãdo quis contrahit clandestinè, omnes sciunt talẽ contractum, nec eis constat de publicitate, quæ cùm sit facienda sub certo modo & solennitate extrinseca, nisi de ea constet, non est præsumenda, & sic omnibus constat particulariter illos contrahẽtes & assistentes tali matrimonio incidisse in excõicationem per certam & infallibilem relationẽ ad ipsos per talem contractum, ergo censetur specifica excõicatio, ac erunt vitandi, præsertim q̃ constitutio, vt dixi, non tollit pœnam, sed auget, se referendo ad. c. cùm inhibitio. de cland. despõsat. quanuis de eius valore dubius existat Couar. in Epito. 4. Decretal. 2. part. c. 6. nu. 9. Ista tamen pœna licet ꝓcederet de iure antiquo hodie vero clandestinum matrimoniũ est nullum ex Trid. vbi suprà. & infrà latius dicã, hæc tamen pœna habebit locum hodie stante Tridentino contra cõtrahentes sine monitionibus, sed tantum clandestinũ dicetur quando coram parocho & testibus contrahitur, ad effectũ pœnæ de qua hic, & etiam. l. 49. Tau. & non aliàs. ¶ Est etiam alia pœna iniuncta presbytero parocho, qui negligit impedire clandestina matrimonia, seu coniugia, scilicet, suspensionis per triẽnium ab officio, eademq; pœna est puniendus quilibet alius presbyter nõ parochus, qui clandestino coniugio interfuerit, & grauius erit puniendus, si culpa postulauerit. Casus formalis in. c. cùm inhibitio. §. fin. de cland. despon. Archie. Floren. notat. 3. part. tit. 1. c. 16. Ioan. Bernar. in praxi cano. crimi. c. 67. Couar. in Epito. 4. Decretal. c. 6. l. 4. tit. 3. part. 4. Sed circa præmissa est dubium, vtrùm suspensus ab officio cẽseatur pariformiter à beneficio suspensus? Et videtur dicẽdum, q̃ ab officio & beneficio sit priuatus, cùm propter officium detur beneficium. c. fin. de resc. lib. 6. vbi glo. in verb. datur, ait priuatum officio, & beneficio similiter priuatum esse. Ad idem gl. in. c. Latores. de cleric. excom. minist. vbi suspensus ab officio, censetur similiter à beneficio. vbi Panormi. & alij notant. Est text. in cap. eos. 81. distinct. ibi, sicut se iustissimè ab officio alienos faciunt, ita beneficio ecclesiarum priuatos esse iudicamus. & in cap. si quis sacerdotum. ead. 81. distin. Est etiam glo. insignis ac magistra in clemen. Cupientes. verb. Suspensi. de pœn. in vers. Et quia suprà posui. vbi videtur in nuere suspensum ab officio ex iuris dispositione censeri priuatum & suspensum à beneficio. Sententiam cuius ibi sequitur Panor. & iterum in. c. Apostolicæ. col. 3. nu. 9. de except. & in. c. per tuas. 2. nu. 5. col. 2. de simoni. & in. c. vestra. col. 4. num. 8. de cohabi. cleri. & mulier. Cardina. in clem. Cupientes. §. quòd si. q. 3. nu. 8. de pœn. & in clem. Religiosi. §. cęterum. q. 8. nu. 6. de priuileg. Ioan. Anan. in. c. præsentium. col. 2. nu. 2. de cleric. percussore. Philip. Franc. in c. 1. §. caueant. col. 2. de senten. excõica. libr. 6. Panor. in. c. at si clerici. de iudi. col. 2. & in. cùm dilectus. & ibi. Additiona. col. pen. de consuet. Felin. in. c. apostolicæ. de exceptio. & in. c. si quem. de sententia excõmu. Domini. in. c. præter hoc. col. 3. & ibi Præposit. colũ. 2. nu. 10. distin. 32. Domi. in cap. fin. nu. 6. col. 2. de resc. lib. 6. & in. c. præsenti. col. 1. nu. 2. de offi. ord. eod. lib. 6. Et Francisc. Pauinus in tract. de officio, & potest. sede vacãt. præludio. 3. nu. 14. Sylvest. in sum. verb. Suspensio. q. 5. ergo & in casu nostræ quæstionis, cùm cessante

sante causa propter quam dantur fructus, seu beneficium debeat cessare ipsum beneficium, secundum regulas iuris vulgares. cap. magnæ. de vot. c. non debet. de consangui. & affinita. cap. cùm cessante. de appellat. l. adigere. §. quanuis. ff. de iure patrona. Item in terminis, quòd priuatus officio, censeatur & beneficio tenet Præpositus in dict. ca. cùm inhibitio. col. 6. nu. 11. de clandest. desponsa. Ioan. Berhard. in praxi cano. crimina. cap. 67. Couar. in Epitome. 4. Decreta. 2. part. ca. 6. nu. 13.

In oppositum, imò quòd suspensus ab officio non censeatur suspensus à beneficio, cōstat, nam lege cautum nō est, & cùm sit pœnalis, potiùs est restringēda, quàm amplianda. cap. pœnæ. de pœnitentia dist. 1. l. penul. ff. de pœn. l. cùm quidam. ff. de liberis & posth. c. odia. de regul. iur. in. 6. Secundò, quia lex suspendens aliquem ad certum tempus, vt ad triēnium, noluit à beneficio ipsum priuare, sed contenta fuit eum priuando ab alijs commoditatibus, quæ ratione officij euenire solent, non autem ad beneficium debuit extendi, præsertim cùm non fuerit priuatio perpetua, & cessante tempore suspensionis, habeat accessum ad officium, & etiam ad beneficium, à quo non fuit à iure priuatus, nec debet censeri priuatus. ca. is qui. de senten. excommunic. lib. 6. vbi habetur, irregularitatem locum non habere nisi in casibus à iure expressis. Tertiò suadetur. Nam quanuis quis sit propter aliquod delictum homicidij, vel grauioris effectus irregularis, & inhabilis ad officium sacerdotij, nihilominus non est priuatus beneficio ante iudicis sententiam, secundùm Innocen. in cap. cùm nostris. de concess. præbend. vbi Imol. dicit communem sententiam esse. Cardi. in Clemen. constitutionem. §. cæterùm. num. 10. de electio. Philipp. Deci. in cap. dilecti. nu. 2. de exc. Stephanus Aufreri. post Capel. Tholosanam decisio. 207. Ioan. Igneus in repe. l. necessarios. §. nō alias. num. 17. ff. ad Syllania. Quartò confirmatur ex eod. Innocen. in cap. inter dilectos. col. 2. de excess. prælat. vbi dicit, nullum clericum priuatum esse ipso iure suo beneficio quantumcunq; graue commiserit delictum. Igitur cùm in dict. cap. cùm inhibitio. §. fin. non fuerit expressa beneficij suspensio, non debet vltra suos terminos extēdi ex interpretatione doctorum. ca. consuluisti. 2. q. 5. Quintò in fauorem huius partis facit: nam pœna depositionis nunquam habet locum, nisi in casibus à iure expressis, cùm sit priuatio, & pœna. gl. in. c. apostolus. verb. & damnatione. 81. dist. gl. in sum. 15. q. 8. & Corset. in sing. 20. verb. & additio. & singulari. in verb. Fornicatio. & Anania in. c. 1. nu. 2. ad fin. de maledic. Quia pœna priuationis iuris, vel priuilegij non vendicat sibi locum, nisi sit expressè cauta in iure. gl. in. c. fin. de iur. patrona. quam non alibi dixit esse in proprio loco Panor. & Ias. in. l. illam. nu. 12. col. 3. C. de collatio. Felin. in. c. querelam. nu. 2. de iure iur. Ioan. Lecerier in tract. de primogenitura. lib. 3. q. 6. nu. 12. Ioan. Bernard. in praxi canoni. crimi. c. 123. verb. Beneficijs priuari. cum multis à me congestis in annotationibus meis ad Didac. Segur. in tracta. de bonis lucratis constante matrimo. num. 166. Cùm ergo in specie proposita pœna suspēsionis ab officio tantùm sit expressa, nescio quo pacto sit extendenda ad beneficium per præmissa, cùm satis effectū maximum habeat in officij suspensione, vt dixi; & intra suam latitudinem sat est ipsam legem intelligere, cùm si aliud voluisset conditor, expressisset. c. ad audientiam. de decim. Nec satisfacit dicentium censura extendendam dispositionem. c. cùm inhibitio. §. fin. de clandest. desponsa. ex eo, quia continet crimen graue, eo quòd quis potest interesse clandestinis nuptijs absque culpa & dolo, & sic non puniendus pœna tam graui. argu. notatorū à Syluest. in sum. verb. Pœna. q. 16. & cùm sit pœna iuris, est mitiùs explicanda. l. Celsus. ff. de arbit. vt intelligatur in officio, nō autem in beneficio. Et sic concludendum est suspensum simpliciter ab officio ad certum vel incertū tempus, siue à iure, vel ab homine. minimè suspensum censeri à beneficio. Quam resolutionem colliges ex Bonifacio in Clem. cupientes. num. 35. de pœn. & ex Nauar. in manua. confess. c. 27. nu. 161. versi. *Ni aun el que esta suspenso simplemente*. Ergo & in casu dict. §. fin. Fateor tamen si grauitas delicti suaderet prælato ex eadem iuris dispositione procedere posset ad priuationem beneficij. Ad idem facit ca. tanta. ibi, vbi magis excreditur, ibi est seueriùs vindicandum. de excessib. prælat. Nam, vt ibi gl. ait, vbi est maior culpa, maior debet exerceri vindicta. c. cum bonæ. de ætat. & qualita. c. excōmunicamus. §. credentes. de hæreti. ca. felicis. §. cæterum. de pœn. lib. 6. Et sic cùm in dict. §. fin. fuerit vindicatio relicta ad arbitrium prælati, poterit ipsam extendere etiam vsque ad vltimum supplicium. ex sententia glo. in. §. in summa. Insti. de iniur. quā citat Prepolit. in. c. 2. nu. 3. de sponsa duo. Felin. in in. c. inquisitionis. col. fin. de accusat. Ioā. Bernard. in tract. regula. cum fallentijs. regul. 379. Iudex cuius. Fortè hoc contingere posset, quādo esset in contemptum prælati, qui prædictas nuptias ex aliqua causa præuia prohibuit, & presbyter parochus interfuit, vilipendens authoritatem & mandatum ipsius: vel quia si ex tali contractu verisimiliter intelligebat turbationes, scandala, & homicidia inter consanguineos euenire posse, vt postea fortè matrimonio clādestino successerūt: nam qui est occasio damni, ad ipsum damnum tenetur. ca. fina. de iniur.

Circa

Circa præmissa sæpius dubitari vidi, Vtrùm quis ipso actu incidat in suspensionem officij, vel requiratur sententia declaratoria, & sic, vtrùm dispositio dicti. §. fina. sit canon latæ vel ferendæ sententiæ? Secundò, vtrùm inferior à Papa ante triennium illam suspensionem relaxare possit, vel sacerdos inferior per Bullam cruciatæ, in qua cautum existit posse ab omni suspensione lata à iure, vel ab homine absolui quenquam ipsam habentem à quoquam sacerdote?

Ad primum respondetur, quòd requiritur sententia declaratoria propter delictum præcedens, declarans ipsum esse suspensum, & anteà non erit ipso iure priuatus, sed priuandus. Cõstat ex dict. §. fina. quatenus dicit, suspendatur. ergo per sententiam, cùm verbum, suspendatur, actum iudicis in futurum desideret, & sic sit canon ferendæ, & non latæ sententiæ. ex gl. in. l. in criminali. verb. habeatur. C. de iurisd. omni. iudi. Hierony. Gigas de pensioni. quæst. 78. & Felin. in. c. Rodolphus. nume. 24. de resc. Roma. in singul. 2. & Mathesilan. singul. 112. & 115. Sylvester in sum. verbo. Excõmunicatio. 1. quæst. 9. Tum etiam &. 2. ex text. singul. in cap. cùm secundum leges. §. fin. de hæreti. lib. 6. vbi habetur, quòd quando etiam ipso iure propter quid præexistẽs deuenitur ad certum actum. semper requiritur sententia declaratoria super præexistenti actu. Roma. consil. 211. col. penul. versi. Secundò moueor. Alexand. consi. 124. lib. Sed in præsenti casu requiritur, quòd præcedat causa, ex qua subsequi debet pœna, ergo non ipso iure, sed per sententiam iudicis, per præmissa. Tertiò ex doctrina celebri Innocen. in capi. cum nostris. de concessio. præbend. vbi ait, clericum homicidam non esse priuatum ipso iure, sed priuandum per sententiam. Quem dictum referunt ibi, & sequuntur communiter docto. secundum Anto. Corset. in singul. sententia. 18. Ioan. Anani. in cap. inquisitionis. col. 2. nume. 3. & Felin. nu. 2. de accusatio, Cardina. in Clemen. constitutionẽ. §. cæterùm. nume. 10. de electio. Felin. in capi. scisscitatus. colum. 2. versic. Adde etiam Baldum. nu. 2. de rescript. Barbat. in cap. si diligenti. nu. 108. de for. compet. Philipp. Deci. in cap. ex parte. col. 2. nume. 3. de resc. & in capi. dilecti. nu. 2. de except. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. 3. part. quæst. 2. Decis. capellæ Tholosanæ 207. vbi per Stepha. Aufreri. latè Ioan. Igne. in repeti. l. necessarios. §. non alias. num. 17. ff. ad. S. C. Syllania. Ludo. Gomess. in cap. 1. nu. 7. de rescript. lib. 6. & in capit. 2. num, 41. de consti. lib. 6. Philip. Deci. consil. 166. colum. 1. lib. 1. Hippoly. in pract. causa. criminali. §. postquam. num. 41. & in consil. 52. col. 5. nu. 19. lib. 1. Thomas Ferrari. cautel. 44. Stephanus Costa in tracta. de ludo. §. 1. num. 33. Nicolaus Ploui. in tracta. de irregularita. regul. 44. num. 30. Ioan. Bernar. in praxi Cano. criminali. cap. 74. & capi. 88. & in suis doctrinis magistralibus, doctri. 120. incip. Homicida. Petrus à Biaxio in directorio electio. 2. part. ca. 30. vbi assignat cautelam pro homicida, vt non amittat beneficia, quæ tunc habebat, vt ea renũtiet amico fideli antequam per sententiam priuetur. Eandem cautelam ponit Thomas Ferra. cautel. 44. Et istud dictum Innocent. sequitur etiam Ludoui. Montaltus in libr. de reprobatione sententiæ Pilati. arti. 2. nu. 3. Ludoui. Gomess. in regul. Cancellariæ apostolicæ de annali possessore quæst. 42. Confirmatur ex regula Innocentij. 8. incipit. S. in Christo &c. intellecto quòd accusati de criminibus. Et est tex. in cap. ex literis. §. Nos igitur. de dolo & contuma. & in ca. ex literis. versi. Qui respondit. de excess. præla. Et istud dictum procedit etiam in rebelli, vt nõ censeatur beneficijs priuatus, antequàm priuetur per sententiam, & sic posit illa renuntiare ante sentẽtiam. vt est text. in cap. cùm inter. de re iudic. ponderatus ab Alexandri. in ca. ius Quiritum. dist. 1. & Ludo. Gomes. in regul. Cancellariæ Apostolicæ de annali possessore. q. 42. ad fi. dicens benefacere. Notatur à Iaso. consil. 86. lib. 3. Ex qua cõclusione & dicto singulari infertur, quòd beneficij fructus sunt clerici delinquentis post cõmissum crimen homicidij antequam priuetur, & sine læsione conscientię poterit eos consumere. De quo per Felin. in cap. de quarta. col. 10. nu. 32. cum pluribus seq. de præscriptio. & per Ioannem Igneum in repet. dict. §. non alias. nu. 14. qui optimè ac latè in hoc articulo agere videntur Hippolyt. sing. 268. Boeri. decisio. 98. nume. 4. declarat Couar. in Epitome. 4. decretali. 2. part. ca. 6. §. 8. nu. 7. Tum etiam &. 4. quia pœna priuationis beneficij locũ non debet habere, cùm in dict. §. fin. non comperiatur expressa. cap. is qui. de sentẽ. excom. lib. 6. Tiraquell. in repet. l. si vnquam. verb. reuertatur. nu. 280. C. de reuoc. donat. ergo pro cõfirmatiõe.

Ad secundum dubium, vtrum suspensio possit relaxari ab inferiore à Papa? Videtur dicendũ posse, præsertim si bullam Cruciatæ habeat. ex text. in cap. cùm inhibitio. §. fina. de clandesti. desponsat. dum dicit, grauius puniendus &c. Ergo videtur eam pœnam reliquis se arbitrio prælati, seu Diœcesani, & cum ministerio hominis assignetur à Canone talis suspensio in dict. §. fina. poterit augeri, seu minui ab eo. Tum etiam ex regula text. in capit. nuper. de senten. excom. nisi per constitutionem legati in prouincia de consensu Synodis fuerit reseruata absolutio, quo in casu etiam Episcopus non posset eam relaxare. ex Hostien. & Cardina. Alexan. in dict. cap. cùm inhibitio. §. fina. colum. pen. nu. 11.

Contra-

Contrariam sentẽtiam, imò quòd Episcopus, nec parochus possint hanc triennalem suspensionem remouere, probat Ioan. Bernar. in praxi Canonica crimina. c. 67. quem refert & sequitur Couar. in epito. 4. decreta. 2. part. c. 6. nu. 14. Confirmatur primò, nam suspensio ista est sentẽtia superioris iniuncta ad certum tempus, quæ ante non potest tolli ab inferiore proferentis. clem. Ne Romani. de elect. probat glo. & ibi Imol. in clemẽ. 1. §. verum. de hæret. Sequitur Cardin. Alexand. in sum. col. 2. distinct. 50. Felin. in cap. nuper. de sentẽn. excom. Panor. in. c. quàm sit graue. de excessib. prælat. & in ca. tam literis. col. 2. vbi ait communiter approbatam, etsi ab ea ipse discedat. de testi. Sed in dict. §. fina. suspensioni certum fuit præfixum tempus: igitur per præmissa, Episcopus non poterit ab ea absoluere. Secundò suaderi potest: quia suspensio â Canone inducta propter delictum, & in eius pœnam, non potest tolli ab Episcopo. glo. in capi. cupientes. §. cæterùm. verbo, Suspensus. de electio. libr. 6. Sed in casu prædicti. cap. cùm inhibitio. §. fina. negari non potest, quin suspensio fuerit inflicta in pœnam delicti, non tamen contumaciæ, ac proinde ab inferiore tolli non posse erit affirmandum. Tum etiã, quia statuta Concilij ab Episcopo non possunt tolli ex communi sententia docto. in cap. at si clerici. §. fina. de iudi. glo. verb. indulgentiam. in. c. quod dilectio. de consangui. & affinit. Ex qua constat, quòd solus Papa potest dispensare in casibus à iure prohibitis, ne quis contrahat matrimonium. Vbi omnes tenent, quòd nec delegatus à Papa poterit dispensare in consanguinitate, seu affinitate. Et tradit Speculator titul. de legato. §. nunc ostendendum. versicul. Decimotertio. Sed huiusmodi est constitutio dict. capitul. cùm inhibitio. §. finali. nam fuit sub Innocentio Tertio. in concilio generali edita. Igitur, &c. Cæterùm si bullam Cruciatæ haberet contraueniens iuxta eius formam à quocunque Antistite, seu sacerdote absolutionem, ac relaxationem suspensionis consequi posset, ex quo authoritate Papæ id indultum esse constat, dicendo, quòd possit absolui à quacunque sententia excommunicationis & suspensionis lata à iure, vel ab homine. Nec requiritur pœnæ satisfactio, quæ habetur imposita in constitutionibus Synodalibus: quia cùm sit mera pœna delicti, non præexigitur in foro animæ. ex glossa in capitul. fraternitas. 12. quæstione secunda. De qua latiùs per Seguram & in nostris annotationibus dictum est in repetitione. l. filius. numero. 15. ff. de verborum obligationibus. Ludouicus Gomez. in. §. ex maleficijs. numero. 14. Instit. de actionib. vbi dicit communem Antonius Gomez in tractatu. de delictis. capitul. de homicidio. numer. quinto. & alibi sæpè.

Est tamen notandum, quòd excommunicatio inflicta per Synodalem constitutionem eo ipso quòd quis interfuit clandestinis nuptijs, non dissoluitur sine expressa absolutione, secus tamen in suspensionis pœna inducta ad certum tempus determinatum, vt in specie proposita ad triennium, nam eo transacto, sine alia relaxatione cessabit. Glossæ singula. in clementi. prima. verb. donec. de decim. quæ habet, quòd suspensio ad tempus, tollitur absque aliqua absolutione, elapso illo termino in ea designato. Secùs tamen est in excommunicatione ad tempus lata. Quam notabilem censuit Præpositus in capit. non est. colum. secunda. numer. sexto. de sponsalibus. vbi latè dixi conclusio. 8. Felinus in cap. ad aures. colum. secunda. num. secundo. de simoni. cum qua est communis opinio secundùm Ripam in ca. primo. notabil. 6. de iudi. Carol. Molinæus in constit. Parisien. 1. par. tit. 1. §. 27. quæst. 3. num. 5. fol. 224. Quæ sententia probatur ex glo. in capi. in primis. verb. Sex mensibus. 2. quæst. prima. & glos. in capitu. si quis deinceps. 16. quæstione. 7. & Decius consil. 61. colum. tertia. nume. 4. & Segur. vbi latè dixi in pulchra quæstione, de qua ibi in repeti. l. si ex legati causa. numer. 53. ff. de verborum obligationib. Cremens. singula. 48. incip. Consuluimus heri. Quomodo autem possit fieri absolutio à suspẽsione, declarat Archiep. Florenti. 3. part. titul. 27. capitul. 4. post medi. versic. Item nota quòd absolutio. Est tamen notandum circa intellectum dicti capit. cùm inhibitio. §. fina. dum dicit, ab officio suspendatur, quòd est differentia inter presbyterũ parochialẽ, & non curatũ, seu parochialẽ: nã presbyter parochialis punit, si sciens nõ prohibeat clandestinas nuptias, quanuis non interfit. Cæteri autem clerici si præsentiam & interessentiam præsumptuosam adhibeant matrimonio clandestino secundum communem in dicto. §. finali. & ex lege quarta. titul. tertio. partit. quarta. vbi habetur, quòd malitiosè obijciens impedimentum ne contrahatur matrimonium, erit puniendus iudicis arbitrio, & tenebitur ad interesse, si laicus sit, intellige: si verò clericus, pœna dicti. §. final. erit puniendus ex glossa ibi. verbo, Malitiosè. Quòd autem ad interesse teneatur læso, tenent Vincentius, & Ioannes Andreas in dicto. §. finali. Gregorius Lopius in dicta. l. quarta. in glossa finali. Facit textus in capitul. sacro. de sententia excommunicationis. capitu. pastoralis. §. verùm. de iure patronatus. & quæ not. glos. in teste falsum deponente. in capitul. primo. de crimin. falsi. vbi scripsi in lectione ordinaria illius tituli. in conclusi. penulti. plura, quæ hic non sunt transcribenda, ne idem repetere videar.

Circa iſtum textum ac capi. cùm in hibitio. de clandeſti. deſponſat. impuberum. in dubium venit, quando dicatur matrimoniũ clandeſtinè contractum? Reſpond. & hic quòd ante Concil. Tridenti. multis modis. Nam aliquando matrimonium clandeſtinum dicitur, quando abſque teſtium præſentia fuit contractum. gloſ. in ſum. 30. quæſt. 5. verb. quod autem. facit cap. ſolennitates. de conſecra. diſtinct. 1. vbi text. ait, quoniam non monſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur eſſe factum, vbi glo. colligit argumentum contra clandeſtina coniugia, quòd taliter contrahentes poſſunt cum alijs contrahere, cùm talia coniugia ſint incerta. citat capit. presbyteri. 78. diſtinctio. vbi propter dubium conſecratio, & baptiſmi ſacramentum reiterantur: paria enim ſunt non eſſe vel non apparere. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamẽt. tutel. l. in lege. ff. de contrahenda emptione. l. ſi fuerit. ff. de rebus dub. l. nona. titul. nono. part. 4. capit. ſecundo. vbi Anchar. de clandeſt. deſponſa. deficit enim probatio, ſed non ius, cùm coniugia clandeſtina contrahentium conſenſu valeant, tamen ex eo quia probari non poſſunt, eccleſia quæ non iudicat de occultis, ea non admittit interim quo non probantur. capitul. ſi quis diuinis. 30. quęſtione quinta. dum ait, coniugia, quæ clam contrahuntur, non negantur eſſe coniugia, nec iubentur diſſolui, ſi vtriuſque confeſsione probari poterunt, veruntamen prohibentur, quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confeſsioni iudici fieri non poteſt, vnde publicè cùm alterius vota in alteram partem ſe tranſtulerint, pro priori coniugio, quod iudici incertum eſt, ſententia ferri non poterit. incerta enim (vt Sixtus Papa ſcribit Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis) nemo Pontificum iudicare præſumat: & quanuis vera, non tamen credenda, niſi qui incertis indicijs comprobantur, niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine cõprobantur. Ad idem eſt text. in cap. nullum ante veram. & capit. iudicantem. 30. quæſtione quinta. ca. primũ. de clandeſt. deſponſat. quæ enim clam fiunt, habere videntur delicti præſumptionem. ca. conſuluit. ibi, Qui malè agit, odit lucem. de offic. delegat. capit. pernicioſam. 18. quæſtio. ſecunda. gloſ. in extrauagan. Sedes. verb. lucem amans. ſub titulo. de cõceſſ. præbend. Ioan. 22. Et Horatius dicit.

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

Et qui in tenebris ambulat, neſcit quò vadat. Matthæi. 15. textus in. l. prima. tit. tertio. part. 4. dum inquit, *maguer el caſamiento fueſſe verdadero ſegun que es ſobredicho, non podria la yglesia apremiar a aquel que ſe quiſieſſe departir del otro. Y eſto es, porque el matrimonio non ſe podria probar. Ca la yglesia non puede juzgar las coſas encubiertas, mas ſegun razon aren las partes, y fuere probado.* Eccleſia non iudicat de occultis, vt habetur in dict. l. prima. & capit. erubeſcant. 32. diſtin. c. conſuluiſti. 2. quæſtione. 5. capit. Chriſtiana. 32. quæſtione. 5. cap. vt noſtrum. vt eccleſ. benef. cap. à nobis. el. 2. de ſenten. excom. Ex quo eſt notandum, quòd vbi deficit omnis probatio matrimonij, non eſt exigendum iuramẽtum à reo, ſed potiùs eſt abſoluendus. text. in capit. 2. ibi, aliquatenus cõpellendi (quaſi dicat nullo modo compellendi) de clandeſt. deſponſa. Ad idem regula text. in cap. fina. §. fina. de iure iurand. vbi actore deficiente in probatiõe, reus etſi nihil præſtiterit, eſt abſoluendus. Socinus in tracta. regularum cum fallent. reg. 204. verb. Iuramentum. Fallit tamen in cap. continebatur. & capi. atteſtationes. de deſponſa. impuberum. vbi ſi actor deficiat in probatione, reus debet iurare, eo in caſu, quo verſatur aliqua ſuſpicio pro matrimonio: ſi tamẽ nulla pro eo appareret, ſecùs eſſet. glo. fin. in dict. cap. atteſtationes. & in citato. capi. continebatur. Panormi. nume. 2. in cap. ſecundo. de clandeſ. deſponſat. In contrarium tamen, imo quòd iuramẽtum poſsit exigi ab eo quanuis actor nihil probauerit, practicabatur, & iureverior ac receptior opinio erat, quippe cùm vbicunque verſatur periculum animæ, poteſt peti iuramentum à reo, licèt actor nihil probauerit, quia multùm in hoc iudicis officium exuberat. capitu. ſicut. in fin. de ſponſalib. l. vbicunque. ff. de interroga. actio. capit. iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere. 30. quæſt. quinta. glo. in capi. ſic enim. verb. diligentiùs. 28. quæſtione. 1. & glo. in capit. quoniam contra. verb. interrogationes. de probatio. Et prædicta ſententia poſt Tancre. placet Panormi. in dict. cap. continebatur. nume. octauo. & in dict. capi. atteſtationes. nu. 11. dicenti quod eſt communis ſententia Hoſtien. & aliorum, quòd vbi agitur de ſacramento matrimonij, debet exigi ſemper iuramentum à reo, licèt actor nihil probet, & veritas tanti ſacramenti meliùs eluceſcat. Quod eſt notandum ſecundum eundem, & Præpoſit. in dict. capit. continebatur. nu. 8. col. vlti. & in dict. c. atteſtationes. nu. 6. Hinc etiam venit, quòd iudex ex officio ſuo abſque petitione litigantium poteſt alteram partem compellere, vt cum iuramento declaret ſi recepit ipſe, vel alius pro eo pecuniam, vel aliquam partem, quanuis ſint elapſi duo anni, cum quibus excluditur exceptio non numeratæ pecuniæ. l. 184. Styli, & quæ diximus in. l. 1. in verb. *Iuramento decalumnia.* titul. 4. libr. 3. ſupra. colum. 906. verſicu. Ex prædictis iuribus affirmandũ videtur: In cauſa tñ matrimoniali vtrùm ſit deferẽdũ iuramẽtum in ſupplementũ probatiõis ab actore reo, vel à reo actori? In quo dubio. glo. in. c. mulieri. verb.

abſolu-

absoluto. de iureiurando. determinat quòd non propter grauitatem negotij, quia agitur de statu hominis, quantumcunque honestissimæ personæ sint. De quo articulo est videndus Couar. in epitome. 4. Decretali. 1. part. §. primo. num. 5. capitis. 4. Ergo clandestina matrimonia dicenda sunt ob defectum probationis. Ne ergo negari possint, in præsentia testium celebrãda sunt: quia multoties non solum Deo non verentur illudere negando promissa, sed decipere conantur populũ, vt ait text. in capit. de homine. ad finem. de celebra. missa.

Secundo modo dicebantur clandestina, cùm non seruantur solennitates institutæ in contrahendis matrimonijs ab ecclesia. glo. in capit. tertio. verb. Clandestina. de clandest. desponsa. citat text. in capit. aliter. 30. quæst. 5.

Tertiò modo ait prædicta glo. Clandestina. capit. 3. de clandesti. desponsa. clandestinum esse iudicandum matrimonium contractum non præmissis denuntiationibus, quæ fieri debent in ecclesijs iuxta formam. dict. cap. 3. incip. Cùm inhibitio. Sed dicendum est, matrimonium contractum sine denuntiationibus & bannis, tamen publicè in conspectu ecclesiæ vicinis scientibus, nõ dicetur clandestinũ, ex quo in facie ecclesiæ fuit contractum, vt concludit Oldrald. consil. 256. incipi. Clemens Episcopus. colum. 2. nume. 3. Ioan. Andre. in additio. ad Specul. de clandest. despõs. Panormi. in cap. cùm inhibitio. nume. 9. de clandest. desponsa. Paluda. in quarto senten. distin. 28. quæst. 2. arti. 3. conclus. 3. Ioan. Lup. Decanus Segouiẽn. in tracta. de matrimo. & legitima. 2. part. nume. 13. Syluest. in summa. verb. matrimonium. 2. quæst. 17. particul. 4. Glos. in. l. quarta. tit. 3. par. 4. Et est de mente Panormi. in cap. ex tenore. nume. quarto. qui filij sunt legiti. Comprobari etiã potest ex his, quæ notat Hispanus Lupus in repetitio. capit. per vestras. 3. notabili. §. 21. numer. 14. fol. 95. colum. prima. de donationib. inter virum & vxorem. Alphonsus à Vera cruce in Speculo coniugiorum. 1. part. articu. 10. pag. 66. versi. Considerandum tamen est. Couarru. in epitome. 4. Decreta. 2. parte. capit. 6. num. 10. Constat primò probatio istius declarationis, quia publicatio nõ erat quid essentiale, seu integrale ipsius matrimonij, sed consensus per signa, vel verba explicitus. cap. tuæ. cum glo. de sponsa. tenet Alexandri. in cap. 2. colum. 1. num. 1. de clandest. desponsa. citat. capit. detrahe. 1. quæst. 1. Et tenent Canonistæ & Theologi secundum Ioannẽ Lupum Decanum Segouiensem in dict. tract. de matri. & legi. 2. parte. nume. 14. Si ergo non erat de essentia, quòd publicetur, si fieret absque publicatiõe, validũ erat, ex mente dict. capi. cùm inhibitio. Secundo suadetur nobili fundamento. Nam id dicitur publicè factum, quod est contractum in præsentia fidelium secundum Ioan. Andre. Alexand. & alios in dict. cap. cùm inhibitio. & in dict. cap. ex tenore. Ecclesia aũt congregationẽ fidelium significat secundum glo. notabi. in capi. querelam. in verbo, Ecclesiam. ne prælat. vices suas. quam citaui in. l. 1. in glo. 1. titu. 1. lib. 1. suprà. text. in ca. in ecclesia. id est, catholicorum collectio. de consecra. dist. 1. Et diuus Hieronymus in. 2. procœmio Prouerb. declarat ecclesiam, id est, cœtum. Et Apostol. 1. ad Timotheum. 3. ait, Scias quomodo in domo Dei oporteat te conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, id est, congregatio fidelium, columna & firmamentum veritatis. Hæc designata est parabolicè Matthæi. 13. cùm dicitur. Simile est regnum cælorum. id est, præsens ecclesia, sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti. Mare, præsens seculum. Pisces, homines. Sagena, doctrina immissa euãgelica, quæ ex authoritatibus connexis constat. Idem explicat Archiep. Florenti. 3. parte. titu. 12. capit. 1. col. 1. Conrad. de contracti. quæst. 2. Tostatus Matthæi. 18. quæst. 77. Et videtur text. in cap. 3. de clandesti. desponsa. quatenus de ecclesijs loquitur, & ecclesia dicitur collectio fidelium. Igitur pro nostra declaratione. Nec obstabit dictio sequens, nã erit intelligenda per presbyteros in ecclesijs, hoc est, talis publicatio fieri oportet in collectione fidelium, vel eo ipso quòd facta fuerunt sponsalia publicè, ęquipollet ac subrogatur loco bannorum, quæ solent fieri in ecclesijs. Nec huic sententiæ obstaculum faciet Barto. assertum in. l. fina. ff. de ritu nuptiarum. dicentis, illud fieri clam, quod fit omissis his, quæ in actu eius à lege, seu canone necessaria sunt. Textus est iuncta gloss. in verb. occultè. in. l. secunda. C. de his qui. ex public. ratio. libr. 10. vbi Barto. numer. primo. & Angel. expressè notant. & glos. verbo. *Concejeramente*. in. l. prima. tit. 1. libr. 3. for. legum. id enim simpliciter locum habet, secùs autem, si aliquid æquipollens in actu interpositum & subrogatum fuit, ex quo effectus prætensus à lege deducatur, vt in matrimonio publicè contracto dici debet. Et sic quo ad pœnam. capit. cùm inhibitio. de clandest. desponsa. & constitu. Synod. 42. matrimonium cõtractum absque denuntiationibus & bannis, publicè tamen, clandestinum non fore dicendum. Ex quo idem dicendum esset quo ad pœnam. l. 49. Taur. cùm agat de ista clandestinitate, dicendo, *El matrimonio que la yglesia tuuiere por clandestino*. Sed matrimoniũ præmisso modo contractũ, non dicitur clãdestinũ, & sic pœna locum non habebit. Tamen in casu legis Tauri clandestinitas causatur ex defectu consensus parentis, qui licèt de essentia sacramenti non sit necessarius,

nec eius scientia ad ipsius valorem, tamen de honestate requiritur, & videtur præceptum quodammodo capit. aliter. ibi, & à parentibus & propinquioribus sponsetur. 30. quæstione. 5. & glo. sum. eiusdem causæ. 30. quæstione. 5.

Clandestinum matrimonium ex prædictis cõstat esse, ante concil. Trid. quando puella contrahit absq; scientia parentum, vel eorum, sub cuius tutela, vel cura est. dict. capi. aliter. 30. quæst. 5. l. 5. titu. 3. part. 4. l. 2. & l. 2. & l. final. titu. 1. libr. 3. for. leg. & l. 4. infrà eo. tit. & l. vni. titu. 6. infrà eodẽ. lib. 5. & in. l. 49. in ordi. Tau. vbi contrahenti matrimonium clandestinũ imposita est pœna amissionis omnium bonorum Cameræ regis applicãdorum, tam ipsius contrahentis, quàm ipsorũ interessentium, vnà cum pœna exilij à regno, quod exilium inuiolabiliter obseruandum censet sub pœna mortis. Puella verò sic contrahens, ex tali causa exhæredari à patre, vel à matre, & non ab alijs poterit. ibi, *Y que esta sea justa causa para que el padre y la madre puedan desheredar si quisieren a sus fijas, que el tal matrimonio contraxeren. Lo qual otro ninguno no pueda accusar, sino el padre y la madre muerto el padre.* Ex qua lege constat solùm locum habere prædictã pœnã legis Tauri in filia contrahente matrimonium clandestinum sine parentum scientia, non autem respectũ habuit ad consensum fratrum, vt in ea apparet. Ex quo cessat. l. vni. titu. 6. cum simili. infrà eo. libr. 5. ¶ Deducitur etiam habere locum in parentibus filiæ, non autem masculi contrahentis sine consensu patris, ibi, *Fijas.* Ergo non poterit filios exhæredare, cùm inclusio filiarum excludat filios, qui non comprehenduntur sub nomine filiarum, præsertim in materia odiosa, & pœnali, qualis est in qua loquitur lex Tauri. Quod verum est de iure antiquo, secus de nouo, vt infrà dicemus. nec in curatoribus, sub cuius cura est mulier, ex mente eiusdem legis, præsertim quia id petitum fuit, & tamen non cõcessum in curijs Pincianis anni 1548. peti. 128. cuius verba sunt. *Otrosi dezimos, que por leyes destos Reynos se pone pena a los que contrahen matrimonios que la yglesia tiene por clandestinos, lo qual pueden accusar el padre, o la madre muerto el padre, Supplicamos a V. M. mãde que lo mismo puedan accusar los hermanos muertos los padres, y si no tuuieren hermanos, que los curadores lo puedan accusar: porque como quedan algunos hijos, o hijas, moços y con hazienda, procurã los engañar, y acaescen casamientos desastrados, y con que Dios nuestro Señor es deseruido, y los parientes de los tales muy injuriados, de que se siguen enemistades, y otros daños.* Dicit Imperator ac Rex noster, *A esto Vos respondemos, que ya esta prouey do por leyes destos Reynos lo que en esto se deua hazer.* scilicet, per. l. 49. Tau. ab eadem Maiestate edita, in qua tamen hoc non inuenitur nisi in patre, vel matre eo mortuo. Ergo in cæteris voluit denegare, ac corrigere alias leges pœnales loquentes in hac materia. Et pœna ipsius legis. 49. Tau. locũ habet in matre vera, & non ficta, prout est vxor patris. l. 41. in curijs Toleti anni 1537. quæ extendit pœnam legis Tauri ad filiam maiorem viginti quinque annorum absque patris consensu matrimonium contrahentem & l. 6. titul. 1. lib. 3. for. legum. dum ait, *si el padre o la madre, o otros parientes tuuieren en su poder manceba en cabello, y no la casaren fasta treynta años, y ella despues casare sin su mandado, no aya la pena casando ella con home cõueniente.* Ex quibus cessat dispositio authen. sed si post viginti quinque. C. de inoffic. testa. vbi filia, quæ post vigintiquinque annos stuprum commisit, vel in virum aliquem recipiat sine patris licentia, exhæredem fieri negatur. & in. l. 5. titul. 7. part. 6. & per præmissas leges, scilicet. 41. & l. 6. cessat dubium positum in. d. l. 5. à Gregor. Lopio in verb. *que ella passasse de edad.*

Et sic legem Tauri limitabis locum non habere contra filium, De iure antiquo quando valebat matrimonium clandestinum, qui contraxit matrimonium clandestinè, sed in filia, vt ex ea cõstat. Et est de mente Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. part. capit. 6. num. 21. Dida. del Castill. ante eum eandem declarationem posuit in dict. l. 49. verb. *a sus fijas.* Quod est notandum, nam de iure communi filius inhonestam ducens vxorem, à patre poterat exhæredari. l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono. possess. contra tab. singul. secundum Guilielmum de Ludo in sing. antepen. Bartolus in. l. si cùm dotem. §. transgrediamur. nume. 6. ff. solu. matrimo. Ioan. Lup. in repeti. capit. de donat. inter virum & vxor. §. 23. nume. 3. & dispositio. dict. §. si emancipatus. est approbata per. l. 11. tit. 1. part. 4. vbi Gregor. Lopius nouus Commentator in verb. *Los fijos.* Sed est tenendum filium, qui contraxit matrimonium cum vxore ignominiosa, vt contingere solet in iuuenibus amore captis alicuius mulieris, non posse puniri pœna exhæredationis. Tum, quia actus est approbatus apud Deum & ecclesiam, circa quos non est acceptio personarum, vt ait Apostolus. & capit. eam te. de reseri. & capit. penult. de præbend. imò est meritorius. capit. inter opera. de sponsalibus. & sic Canonis authoritate (quæ in hac materia prævalet secũdum glo. in. §. hactenus. Insti. de gradib. & glos. in. cap. cum ad verum. 96. distinctione. in verbo, Temporalium. Imola in rubrica. ff. soluto matrimonio. & in capitu. accedens. numer. octauo. de procuratorib. & Paluda. in quarto sententiarum. distinctione. 28. quæstione secunda. articu. quinto. conclusi. quarta.) non debet decipi. l. prima. C. de his qui veni. æta. impetraue. Tum etiam, quia lex

Tauri

Tauri hoc non dicit, ergo nec nos. Tum etiam, quia ita tenet Bartolus in dict. l. tertia. §. si emancipatus. Alexand. in l. prima. colum. nona. numero. 32. ff. soluto matri. Iaſ. in authē. non licet col. 3. nu. 8. C. de liber. præteri. Rodericus Suarez in repetitio. l. ſecundæ. titul. *De los matrimonios.* fol. 72. verſicul. Supereſt. Imola in dict. capit. accedens. numer. octauo. & nono. Quibus eſt addendum. capitu. veniens. & ibi Panormita. numer. tertio. verſicu. Secundo nota. de ſponſalibus. Idem Panormita. & eius Additio. in capitu. primo. de deſponſatione impuberum. Baldus in. l. omnem. numero. 12. vbi Alexand. & Barba. in additionibus ad eum. C. ad Tertullianum. Præpoſit. in capit. cum apud. nume. ſecundo. de ſponſa. Philippus Decius in. l. nuptias. ff. de regulis iuris. Cùm igitur filius, imò filia vt ex prædictis authoribus licitè iure Canonico contrahere poſsit matrimonium abſque pœna etiam cum vili & ignominioſo coniuge, non erit dubitandum pœnam ad filium extendendam minimè fore per præmiſſa: nec fuit conceſſum quanuis petitum in curijs Pincian. Anno 1555. l. 72. & incurijs Toleti Anno 1560. l. 75. Sed iam hodie pœna. l. 49. Tauri extenditur ad filium. l. 58. Madritij Anno 1563. quā nota. quæ hodie eſt, ſub titul. primo. libr. quinto. Recopilationis. l. prima.

Secundò limitandam cenſeo in filia maiori vigintiquinque annorum, quæ non habet patrem, nec matrem, licèt habeat nouercam. ex. l. 43. Anni 1537. in curijs Toleti.

Tertiò limita non procedere, etiam ſi fratres, aut Curatorem habeat, quia lex Tauri id corrigere voluit, dum tantùm parentes admiſit ad hanc accuſationem, vt iam ſuprà notaui, & diſpoſitio non extenditur ad non expreſſa. capi. ad audientiam. de decim. Nec contrarium voluit ſtatuere Carolus olim Hiſpaniæ Rex, quanuis petitum ei fuit in curijs Pincianis anni 1548. petitio. 128.

Quartò limitatur non habere locum in puella, quæ ſponſalia de futuro contraxit. Nam lex Tauri eſt intelligenda in matrimonio de præſenti, nō de futuro, dum dicit, *que el que contraxere matrimonio.* nam ſponſalia non ſunt partes integrales, nec ſubſtantiales matrimonij, ſed quædam præparatio, vt honeſtiùs, & cautiùs contrahatur matrimonium promiſſum. vt in prima gl. dixi. & An char. conſil. 21. colum. tertia. nume. nono, Iuan. Lup. in l. 49. Taur. numer. ſecundo. Et probatur expreſſiùs. Secundò, quòd pœna adiecta in matrimonijs, non habet locum in ſponſalibus, ex ſententia Decij in capitul. cùm in cunctis. §. clerici. notabil. tertio. de electio. Fernandus Loazes in repetitione. l. filius familias. §. diui. numero. 396. ff. de legatis primo. Tertiò ex gloſſa in Clementi. vnica. verbo, Contrahere. de conſanguinitate & affinitate. quæ ait pœnas deſignatas in illa conſtitutione locū non habere in contrahentibus ſponſalia, ſed matrimonium de præſenti. Cuius ſententiam dixit ſingula. Alexand. in capitul. cùm inhibitio. de clandeſti. deſponſat. Iaſo. in. l. ſi ſtipuler. quarto notabi. numer. quinto. ff. de verborum obligationibus. & in. l. ſecunda. numero. 25. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Felinus in rubrica. de ſponſa. vbi Præpoſitus colum. quarta. numer. octauo. Dicit communiter approbatam Felinus in capitul. Tertio loco. numer. ſecundo. de præſumptionib. Iaſo. in. l. quominus. numer. 18. ff. de fluminib. Nicolaus Milis in reperto. verbo, Lex. quæſtione ſexta. Decius in capit. ad hæc in beato. colum. octaua. verſi. in gloſſ. fina. de poſtul. prælat. Boerius deciſio. 173. numer. 30. Martinus Nauar. in capitul. ſi quando. except. ſexta. pag. 20. de reſcriptis. Et tenet Collectar. in capit. non debet. numer. quinto. de conſanguinitate & affinitate. & Angelus in ſumma. verbo, Pœna. §. quinto. Montalui gloſſa in. l. ſecunda. titul. primo. parti. quarta. & in. l. final. titul. 18. parti. ſeptima. Didacus Couarru. in epitome quarti Decretal. 2. part. capitu. ſexto. numer. 22. hanc ſententiā dicit communem. quanuis doctores in dict. capitul. cùm inhibitio. teneant ſolennitatem dicti capit. ſeruandam eſſe in ſponſalibus de futuro contrahendis. Tamen intelligo non eſſe verum quo ad pœnas. Et ſic quanuis dicantur ſponſalia, clandeſtina erunt quo ad prohibitionem ex identitate rationis. l. oratio. ff. de ſponſalibus. non tamen quo ad pœnas ſtatutas in iure communi & Regio. Et ſic ſi aliquis deſponſaret aliquam mulierem clandeſtinè, non haberet locum pœna. l. 49. Tauri. contra Panormita. in dict. capit. cùm inhibitio. & Caſtell. in dict. l. Tauri. 49. nec pœna excommunicationis. contra ſupplemen. Gabriel. in quarto diſtinctione. 28. quæſtione ſecunda. artic. tertio. Quod in ſpecie reprobat Alphonſus à Vera cruce in Specul. coniugio. 1. part. arti. 10. pagin. 62. verſicu. Eſt etiam ſecundo conſiderandum. Et præmiſſa limitatio eſt vera, & ex pluribus (vltra præmiſſa) locis iuris comprobari poſſet, præſertim ex Specul. de tutore. §. nunc dicendum. nume. tertio. dicente, matrem non amittere tutelam ob ſponſalia de futuro, quam iam decretam habebat, ſecus de acceptanda. Quam ſententiam reputat ſingularem Ludo. Roma. ſingul. 219. Ludoui. Gozadi. cōſi. 18. nu. 4. & Grego. Lopez in. l. 5. tit. 16. parti. 6. in glo. 1. quibus accedit. l. ſoler. §. 1. ff. de his qui not. infam. ibi, quæ virum eluget ſponſam fuiſſe intra id tempus nō nocet. l. vxores. §. ſpōſi. ff. eodem titulo. vbi habetur, vxores, viri lugere non compelluntur, ſponſi nullus luctus eſt. vbi

glossa vnica. textus cum glossa in capitul. omne. §. finali. verbo, Lugere. 27. quæstione secunda. & cùm de sponsis non fuerit facta mentio, præsertim in materia pœnali, & de eis non fuerit cogitatum, non erit constitutio. l. 49. Tauri. extendenda. argumento textus in capitul. Raynuntius. ibi, non videtur aliquatenus cogitasse. de testam. & casus omissus habetur pro omisso. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. capitu. secundo. de translatio. prælat. capitul. dilectus. de temporib. ordinatio. capitul. is qui. de sententia excommunicationis. libro sexto. Tiraquellus in tractatu. de primogenitura. quæstione. 40. numer. 190. Quo fit sponsam de futuro de adulterio accusari non posse ab sponso, secùs si esset de præsenti, quia est verè vxor, cùm consensus faciat matrimonium. l. nuptias. de regulis iuris. ff. capitul. tua. de sponsalibus. l. cùm fuerit. ff. de conditio. & demonstrationibus. capitul. ex publico. de conuers. coniugat. & est Regia. l. 81. Tauri, quæ comprobatur ex notatis à Petro Paludano in quarto Sententiarum. distinctione. 42. quæstione tertia. articu. tertio. conclus. Septima.

Est tamen dubium, Contrahēs matrimonium clandestinum, tamen nullum propter consanguinitatem, affinitatem, aliumve impedimentum, vtrùm probata nullitate eximatur à pœna. l. 49. Tauri, & istius nostræ legis? Videtur dicendum quòd non, nam affectus licèt non sequatur effectus, in specie proposita consideratur, & obedientia, quæ debetur ecclesiæ, & parentibus, seruando statuta Canonica, Sed in matrimonio nullo interfuisse constat, nec stetit per contrahentes, ergo &c. capitu. nuper. de bigamis. l. 81. Tauri. Tamen propter decisiones inde collectas, passus est difficilis, vtrùm sit intelligenda in matrimonio valido de iure, non tamen in contracto de facto inualido tamen de iure. Sed videtur, quòd etiam si fuisset de facto ex pluribus citatis à Iaso. omnino videndo in. l. vbi pactum. numero. 22. C. de transactionibus. capit. dispendia. de rescriptis. lib. sexto. & clementi. prima. eodem titulo. probant impetrantem rescriptum nullum puniendum fore. Et textus in capitul. olim. de rescriptis. secundum Antonium, & Panormita. probat falsificantem literas apostolicas, quæ tamen aliàs sunt nullæ, vel iniustæ, incidere in pœnam falsi. & in crimen periurij ex inualido iuramento. capitul. tua nos. de iure iurand. secundum Baldum ibi, & contrahens matrimonium nullum de iure, cùm sit in sacris, nihilominus priuatur beneficijs ecclesiasticis. Probat Iaso. vbi suprà. numero. 22. Secùs si effectus & non affectus considerandus esset, vt in violāte sequestrum nullum, qui non tenetur pœna violantis sequestrum legitimè factum. Hieronymus Grat. consil. 28. numer. tertio. libr. primo. dixi in. l. vnica. in glossa prima. titulo. 10. libr. tertio. suprà. *Encubiertamente.* Intellige de clandestinitate canonis iuris nouioris, prout inferiùs subijciam, & non legis. ex. l. 49. Tauri. & quæ scripsit Philippus Decius in capitul. causamque. colum. tertia. numer. sexto. de rescriptis. Et vide quæ notat Ioannes Lup. in. l. 81. Taur. numer. quinto. vbi citat. l. 49. Tauri.

Aduertendum est stante dispositione concilij Tridentini. capit. primo. de reformatione matrimonij sessio. 24. Vbi statutum est matrimonium contractum inter ipsos contrahentes sine testibus & parocho nullum esse ipso iure, & inhabiles reddi ad sic contrahendum. vt habetur dict. capit. primo. §. insuper.

Plura tamen sese offerunt necessaria in praxi circa intellectum dicti concilij ex iure tam canonico quàm Regio. ¶ Primum dubium erit quærere quot modis matrimonium dicatur clandestinum, resolutiuè omissis alijs modis dicendum est duobus. Primum quoties matrimonium contrahitur absque testibus. Secundum quoties testibus præsentibus prætermissis tamen denuntiationibus ab ecclesia requisitis. vt tradit glossa. in capitul. cum inhibitio. verb, Clandestina. de clandestina desponsatione. & l. Regia. 1. titul. tertio. partit. quarta. Bartolus in. l. secunda. C. de his qui ex public. ratiocina. lib. decimo. Soto in quarto sententiarum. distinctione. 28. quæstione prima. articul. primo. Gratus inter consilia Ioannis Baptistæ consilio 75. nume. 33. Decius in. l. quo tutela. §. clam. ff. de regulis iur. & hoc vltimum etiam appellatur clādestinum propriè. vt sentit Nauar. in manual. confesso. capit. 22. nume. septimo. Speculum coniugiorum. prima part. articul. decimo. in principio. etsi Sotus vbi suprà, non tam clandestinum dicat. Ex quo infertur, quòd in eo habebit locum pœna legis Tauri cum similibus supra citatis & legis primæ. titul. primo. *De los casamientos.* libr. quinto. nouæ Recopilationis. Nec obstat si aliquis dixerit. ll. pœnales restringendas fore ad matrimonium tantum clandestinum propriè absque vllis testibus & non ad omnia matrimonia clandestina attenta dispositione. textus in regul. odia. de regulis iuris. libr. sexto. & l. si de interpretatione. ff. de pœnis. cum similibus. Nam dicendum est. l. Tauri & legem primam. titulo. *De los casamientos.* in sua prohibitione vtilem & fauorabilem esse Reipublicæ Christianæ, cum plura inconuenientia sequantur ex matrimonijs clā destinis prout constat in dict. concil. capitu. de reformatione. in principio. & l. fina. titu. tertio. parti. quarta. cum adductis à Soto libr. quarto Sententiarum distinctione. 28. quæst. 1. artic. 1. Couar.

in quarto

in quarto decretalium.2.parte.capitul.sexto. nume.septimo. Et experientia, quæ rerum magistra est hoc docet, sed sic est quòd. l. quantumcunque pœnalis sit cum respiciat publicam vtilitatem potius extendenda quàm restringēda sit, ex doctrina singulari Bartoli in.l. quemadmodum. C.de agricolis & censitis.libro.11.numer.quarto. Ias.in.l.prima.C. de sacrosanctis ecclesijs. nume. tertio.& in.l.si certis annis.C.de pactis.nume.tertio.& in.l.si filius familias. colum. tertia. numer. septimo.ff.si certum petatur. & in. l. cætera. §. si quis ad opus.nume.20.ff.de legat. primo. Hippolytus consilio.85. nume.16.&.17. & 94. & in practica criminali.§. diligenter. numer.130. Corsetus singulari.99.in versicul. extensio. & quantūcunque pœnalis & odiosa comprehendit omne id, quod sub significatione vocabuli (etiam lata) potest comprehendi. vt in.l. cum.l. ff. de testamentis.& in.l.is qui.l.eodem titul.gloss. in clementi. auditor verbo.beneficio.de rescript. & sunt aliæ glossæ similes quas refert additio ad Panormitanum in capitu.postulasti.sub litera.g. de rescript. ac proinde verba illarum legum. ibi, *que la Iglesia tuuiere por clandestino*, debēt comprehendere cum sint generalia matrimonium clandestinum cum parocho & testibus prætermissis tamen denuntiationibus. Secundò circa prædicta dubitat an stante dict. concilio annullentur sponsalia de futuro? In quo dubio prima facie videtur dicendum quòd sic: cum prohibito matrimonio censentur, etiam prohibita sponsalia de futuro. l. oratio. ff. de spons. per quam.l. dicunt Doctores omnes. in capit.cum inhibitio.de clandestina. desponsatione.quòd prohibitio illius.capit. locum. habet in sponsalibus de futuro Gregorius Lupus in.l. prima.titul.tertio.parti.4. in gloss. verbo, *Que los desposen*.ergo videtur, quòd idem dicatur, in hac specie maximè cum dictum decretum concilij se quat disposita in dict.cap. cum inhibitio.

Contrarium tamen est tenendum ex verbis dicti concilij quatenus innuit illa verba (matrimonium contrahere attentabunt) nam cum matrimonium annullet non videtur sponsalia annullasse cum sponsalia sint quid diuersum â matrimonio. vt constat ex rubr. de sponsa.& matrimonijs. Et sic ex hoc decreto non fiet rectè illatio de matrimonio ad sponsalia, cum sint separata. & expositio correctoria non debet vltra casum expressum extendi.l.præcipimus.de appellationibus.l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. & non obstat regula dict.l.oratio.ff.de sponsa.nam procedit & habet locum quoties in vtroque casu vertitur eadem ratio. Secus autem si diuersa. vt in.l.si quis officium.ff.de ritu nuptiarum.& in.l.prima. C.si rector prouinciæ. Decius in capit. iurauit. numer.quarto. de probationibus.& in capitu. nam concupiscentiam. in secunda lectura.nume. quarto.de constitutionibus. Iacobus, Philippus Portius libr.quinto.regularis in conclusione 35.limitatione prima. Vbi sic intelligit & limitat prædictam legem allegando plures Doctores. Sed ratio quare prædictum concilium mouetur est ob euitanda peccata perpetua quæ multoties ex clādestinis coniugijs oriuntur, quæ ratio in sponsalibus de futuro non militat quoniam sponsus de futuro contrahens cum aliqua per verba de præsenti & si mortaliter peccet sic contrahendo non tamen manet in peccato perpetuo: igitur in eis non habebit locum concilium Tridentinum. Et in pluribus casis ità per iudices ordinarios iudicatur, prout pluries vidi.

Constat etiam ex prædicto concilio Tridentino, vt eius verba clariùs appareant, ac sint manifesta, aliqua verba dubia declarare, & in primis quatenus concilium ait matrimonia contracta à filijs familias sine consensu parētum valida esse etiam ante concilium ab ecclesia erat determinatum. Vt in capit.veniens.primo.extrà de sponsalibus. Vbi omnes & docet gloss.in capitu. sufficiant.27 quæstione secunda. Couarru. in quarto.2. parte. capitul.tertio.§.octauo.numero primo. Soto in quarto sententiarum.distinctione.29. quæstione prima.articul. quarto. Vnde patet lapsos fuisse Docto.contrarium asserentes, de quibus per Cassaneum in cathalogo gloriæ mundi part.12. consideratione.33.Corras.libr.primo.miscellan. capit. 16.Molinæum ad Decium in capitul.Ecclesia sanctæ Mariæ super numerum. 36. de constitutionibus.& super consil.231.

Præterea necessarium est explicare vtrum verba posita in concilio, Ego vos in matrimonium coniungo, sint de essentia sacramenti? Videtur quòd sic, ex alijs sacramentis, in quibus non solum materia & forma, sed & persona ministri requiritur ideoq; minister necessarius est, quia per applicationem materiæ & formæ concurrit cum Deo in collatione gratiæ sacramentalis. vt tradit Soto post alios in quarto Sententiarum. distinctione prima. quæstione. quinta. articul. primo. Ergo quemadmodum, in alijs sacramentis verba ministri sunt forma sacramenti, vt in Baptismo illa verba, Ego te Baptizo, ità in matrimonio erūt de forma prædicta verba, Ego vos in matrimonium &c. quòd confirmatur, ex eo, nam minister, qui applicat materiam & formam in alijs sacramentis debet esse diuersus ab eo, qui confert sacramentum. vt in capitul. de Baptismo. ità & in matrimonio alius debet esse minister diuersus à contrahentibus, qui verba formæ exprimat, id est porochus. Comprobatur etiam ex dicto con-

cilio Tridentino, in versiculo. Qui aliter quàm præsente parocho, &c. vbi videtur, quòd præsentia parochi est necessaria ad hoc, vt materiam & formam applicet & ità illa verba, Ego vos coniungo, esse necessaria. Sed contrarium est tenendum. Imo talia verba, Ego vos coniungo, à sacerdote prolata non esse formam huius sacramenti ac per consequens parochum, vel alium sacerdotem non esse ministrum huius sacramenti. vt refert Sanct. Thom. in quarto. distinct. 1. quæstione. 1. artic. 3. idem Thom. & Soto in quarto. distinctione. 26. quæstione. 2. artic. 3. Hugo. lib. 2. de sacramentis. parte. 11. capitul. 5. & tandem omnes Docto. qui de sacramentis loquuntur asserunt in hoc sacramẽto matrimonij mutuum consensum esse sufficientem ipsius, vt tradit Soto vbi supra distinct. 26. quæst. 2. articul. 3. ¶ Rursus quatenus olim ecclesia nondum prohibuerat matrimonia clandestina in substantia, sed tantum in modo hodie tamen attento dict. concilio Trident. in dict. sesio. 24. non solùm prohibetur, in modo verùm etiam in substantia, & sic nullum est matrimoniũ absque parocho, & duobus, vel tribus testibus. vt ex dict. versicul. Qui aliter, &c. constat.

Præterea amplius quàm semel ante editionem sacri Concilij Tridẽtini, & post dubitari vidimus, an lex Canonica possit contrahentes matrimonium cum consensu inhabiles reddere, cum solo consensu matrimonia contrahantur. Et primo videtur dicendum, quòd non, quia est contractus ciuilis, ex eo nempe nam matrimonium solo consensu contrahentium perficitur. cap. sufficiat. 27. quæst. 2. & cap. primum. de sponsalib. & solus eorum consensus attento fine matrimonij sufficit & sic necessarius. vt tradit Speculum coniugiorum. 1. part. arti. 2. ex consensu autem oritur naturalis obligatio. l. cum amplius. §. is natura. ff. de reg. iur. at vero. l. positiua ius naturale tollere non potest attenta dispositione. text. in. §. sed naturalia instituta. de iure naturali. Et sic hoc decretum cum sit l. positiua non potest tollere vinculum naturale, quod ex consensu causatur. argumen. text. in clemen. ne Romani. de electione. Sed prædicta ratio non obstat dict. concilio. nam respondẽdum est, quòd. l. positiua non potest tollere obligationem naturalem iam ortam, potest tamen resistere à princi. contractui ne valeat propter aliquam iustam causam, & bonum commune. vt in. l. non dubium. C. de legibus. & tali casu si contractus generatur lege resistente nulla oritur obligatio naturalis. vt in. l. cum lex. & ibi Barto. nu. 3. ff. de fideiussor. l. si non sortem. in princi. ff. de condi. indebiti. Fortun. in. l. veluti. numer. 11. ff. de iusti. & iure. ratio est, quia lex ciuilis semper habet potestatem ab ipso Deo contra ea, quæ spectant ad gubernationem totius reipubli. l. inter claras. C. de sum. Trini. Prouerb. c. 8. Nauar. in capit. nouit. de iudic. 3. notabili. corollario. 20. Et sic nimirum si legibus obedire sit de iure naturali. l. veluti. de iusti. & iur. text. in cap. 2. de maiori. & obed. Et cum hoc casu consideremus matrimonium contractũ ciuilem esse ob consensum rectè poterit Concilium annullare matrimoniũ resistendo ei ab initio si absque parocho & testibus contrahatur, ob damna quæ ex tali matrimonio clandestino sequuntur: & principes semper habeant potestatẽ condendi leges contra matrimonia impedienda & irritanda. argumen. text. in cap. 2. de sponsatione impuberum. versi. ad ætatem legibus &c. & totius tituli. ff. de ritu nuptia. & l. tutor. ff. de sponsalib. & l. 1. C. de interdicto matrimonio. Ex qua ratione concludendum est prædictum Concilium Tridẽtinum, iuridicè processisse ad irritanda matrimonia clandestina contracta non præsente parocho & testibus.

Iuxta prædicta suboritur dubium quatenus matrimonium est sacramentum potuit ne contractum, tale sacramentum irritare si parochus & testes non interueniant. In quo dubio videtur, dicẽdum non posse, nam ea quæ sunt de essentia sacramenti non possunt ab ecclesia, sed à Christo instituti, qui author est omnium sacramentorum. Sanctus Thom. in. 3. par. quæst. 64. artic. 2. Soto in. 4. distin. 1. quæst. 5. artic. 2. Nauar. in princ. de pœnitentia. distin. 5. nume. 31. concil. Trident. sesio. 21. cap. 2. de reformatio. contra Lutherum, & alios. Ergo ecclesia nullo modo potest instituere ea, quæ de essentia sacramenti sunt cum ad solũ Christum pertineãt, facit quia ecclesia non potest mutare ea, quæ iuris diuini sunt. cap. sunt quidam 25. quæst. 1. & licet ecclesia prohibeat ne clericus celebret, nihilominus si talis clericus prohibitus vtatur debita materia, & forma, cum intentione conficiet sacramentum. glo. in cap. 2. de cler. excommunicato ministrante. & glo. in summa. 9. quæst. 1. dicit communem Panormi. in dict. cap. 2. nu. 6. Ferdinandus Loazes in tracta. de matrimonio Regum Angliæ dubitat. 7. nume. 36. Nauar. in capit. quando. de consecrat. dist. 1. contra gloss. finalem in cap. degradatio. de pœnis. lib. 6. ergo. Idem videtur dicendum in matrimonio, quòd licet ecclesia prohibeat nè contrahatur nisi præsente parocho & duobus testibus valeat nihilominus si legitimus contrahentium consensus interueniat. argumen. text. in capi. 2. de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui. Tamen attento concil. Trident. dicendum videtur tale matrimonium contrahi non posse, nec valere nisi præmissis solennitatibus, de quibus per eum & non obstant fundamenta

menta ſuperius adducta, nam licet eccleſia non poſsit ſacramenta, nec partes ſubſtantiales eorum inſtituere, vt dictum eſt, poteſt perſonas inhabilitare ad ſic contrahendum, vt eſt exemplum in capit. non debet. & ferè per totum titul. de conſanguin. & affinita. & in cap. 1. & ferè per totum de cognatione legali. & titul. de cognatione ſpirituali. reſoluit Speculum coniugiorum. 1. par. art. 44. colum. 5. & ita fit in dict. concil. ſolum enim inhabilitat perſonas ad ſic contrahendum. vt conſtat ex verbis eius ibi. Eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum inhabiles reddit. Ex qua diſpoſitione plura ceſſant hodie diſpoſita à iure. In primis enim ceſſat diſpoſitio text. in capit. is qui fidem. de ſponſalibus, quo cauebatur ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium de præſenti per copulam carnalem ſubſecutam. cap. veniens. el. 2. c. cõſultationi. eod. titul. cap. à nobis. de deſponſatione impuberum. de quo Couarru. in quarto. prima parte. capit, quarto. §. primo.

Secundò corrigitur text. in ca. per tuas. de conditionib. appoſitis. vbi ſponſus de futuro ſub aliqua conditione, ſi ſponſam carnaliter cognoſcat viſus erat recedere à cõditione & matrimonium manebat purum, & validum de præſenti. idem in cap. de illis, & cap. ſuper eo. eod. titulo.

Tertiò non habebit locum opinio Hoſtienſis, Panormi. nu. 7. & communis in capi. ex literis. 2. de ſponſal. qua cauebatur, quòd ſi quis iuraſſet ſe ducturum vnam ex tribus filiabus Petri deindeq; vnam earum cognoſceret, quòd per talem copulam incipiebant iuſtificari ſponſalia, quæ anteà erant incerta & tranſibant in matrimoniũ de præſenti attenta diſpoſitione. dict. capit. per tuas. de conditionibus appoſitis.

Quartò ceſſauit etiam illud quòd notauit Antonius nume. 31. per text. ibi in capi. ex parte. M. de reſtitu. ſpoli. ſpolia de futuro tranſire in matrimonium de præſenti per traductionem ad domũ ſpõſi. quam opinionem tenebat etiam Ioan. Andre. in cap. fina. de ſponſalibus. Angel. in authenti. quibus modis naturales efficiantur ſui. §. quoniam. numero. 31.

Quintò ceſſauit text. in capitul. ad id, quod. de ſponſalibus. vbi matrimonium de præſenti metu contractum conualeſcebat per mutuã ac ſpontaneam cohabitationem.

Sextò per dictum decretum correctus eſt. textus in capitu. primo. §. primo. de deſponſatione impuberum in ſexto. vbi matrimonium per verba de præſenti contractum inter inhabiles ætate ſi poſteà legitima ætate ſuperueniente ſequeretur inter eos copula, vel alius actus, nempe oſcula, munera, amplexus & ſimilia ſtatim efficiebatur matrimonium de præſenti validum hoc tamen operabuntur ſupradicta, vt ſint ſponſalia de futuro prout anteà erant, vt in dict. text. in quo caſu non eſt correctus, prout in caſu ſuperiori.

Septimò non habebũt locũ diſpoſita per gloſſam. verbo, de cætero. in fine. in capit. non debet. de conſanguinitate & affinitate. dicentem, quòd contrahentes in gradu prohibito ſi poſteà ſublato impedimento per ſuperiorem ſimul cohabitent, ſcientes impedimentum ſublatum conualeſcebat matrimonium anteà nullum, quàm gloſſæ opinionem dicebat communem Panormita. ibi columna fina. Couarru. in quarto. 2. parte. capitul. quarto. in principio. numero quinto. licet enim in tali ſpecie, poſt impetratam diſpenſationem neceſſarius erat nouus conſenſus. vt per Innocentium, Cardinalem, Panormitanum & omnes in capitu. ſuper eo. de conditionibus appoſitis. Soto in quarto. diſtinctione. 29. quæſtione ſecunda. articu. primo. Couarr. dicentem commu nem opinionem in quarto. 2. parte. capit. tertio. in principio. numer. ſeptimo. qui quidem nouus conſenſus ſufficiebat, quòd induceretur ex mutua cohabitatione habita ſcienter poſt diſpenſationem ſecundum communẽ de qua ſupra, quod tamen hodie non procedit cum ſolus conſenſus niſi coram parocho & teſtibus ad matrimonium non ſufficiat: opus enim erit in ea ſpecie poſt dictam diſpenſationem, vt nouus conſenſus adhibeatur coram parocho & teſtibus.

Octauò etiam ceſſat illa controuerſia inter Canoniſtas & Theologos in artic. illo quando matrimonium contrarium erat ſub conditione honeſta præſente parocho & teſtibus. An exiſtente conditione ſtatim maneret matrimonium validum abſque nouo conſenſu tacito, vel expreſſo. Theologi enim prout Thom. & alij in quarto diſtinctio. 29. quæſtione. 3. exiſtimabant neceſſariũ eſſe nouum conſenſum de præſenti nec aliter eſſe matrimonium in quã opinionẽ inclinat Couar. in quarto. 2. part. capit. 3. in princip. numer. 5. Canoniſtæ tamen: prout Innocen. & alij in capit. ſuper eo de conditionibus appoſit. contradicunt, vt in tali ſpecie ſtatim exiſtente conditione matrimonium validum maneat abſq; nouo conſenſu quemadmodum valent alij contractus ſub conditione geſti, vt in. l. hæc venditio. ff. de contrahẽda emptione. & in. l. ſi poſt diem. §. ſi ſub conditione. ff. quando dies legati cedat, quam opinionem tenet etiam Panormita. in capitu. de illis. nume. ſeptimo. de conditionibus appoſitis. Nauar. in manuali capit. 22. numer. 63. dicit communem Couarru. vbi ſuprà. Hodie tamen ſeruanda erit Theologorum opinio, vt poſt exiſtentem conditionem ſit neceſſarius nouus conſenſus coram parocho & teſtibus ſecundum formam dict. conci-

lij Tridentini: nam primus consensus præstitus sub conditione, etiam coram parocho & testibus habet effectum quousque impleatur conditio, à cuius implemento pendet. capit. vnico. §. fina. de sponsalibus. libr. sexto. l. cedere diem. ff. de verborum significatione. & in dict. l. hæc venditio. ff. de contrahenda emptione. vnde consensus est necessarius tempore, quo conditio extat coram parocho & testibus, cum de substantia in dict. concilio requiratur.

Vlteriùs dubitatur an contrahentes nulliter, matrimonium cum non fuerint seruatæ solennitates, de quibus in dict. concilio, & ex eo fuerunt inhabiles pronuntiati ad sic contrahendum, an intelligatur inhabilitas de matrimonio contracto sine parocho & testibus, an vero sit perpetua inhabilitas ad contrahẽdum inter ipsos de nouo seruata forma dict. concil? Dicendum censeo tantũ habere locum prohibitionem & nullitatem ex vi consensus præstiti sine parocho & testibus, cæterum si velint de nouo contrahere seruatis seruãdis non habebit locum prohibitio: sed habiles reputantur & hoc vult dicere prædictum concilium. Inhabilitas priuatio iuris alicuius non habet locum nisi in casu à iure expresso, vt est sententia glossæ memorabilis & ibi communis in capit. fina. de iure patrona. Ias. in. l. illam. numer. 12. C. de collationibus. cum pluribus alijs concordantijs per me adductis in tractatu de bonis lucratis constante matrimonio ad Seguram. nume. 166. Ergo ad casum in quo loquitur, concilium debet intelligi, cum in eo tantum contrahentes deliquerũt. Tum etiam quia concilium Tridentinum talem inhabilitatem non posuit, sed solummodo reddit eos inhabiles ad sic contrahendum, nempe nõ præsente parocho & testibus. Quare si posteà velint ipsi iterum contrahere coram parocho & testibus eis non prohibetur.

Dubitatur vlteriùs an pœna. l. 49. Tauri cum similibus locum habeat eo casu, quo quis contraxit matrimonium clandestinè absque parocho & testibus, cum sit irritum & nullum ex dispositione sacri concilij Triden. loco præallegato? videtur quòd non, quia quòd nullũ est nullũ operatur effectum & sic non entis nullæ sunt qualitates. cap. ad dissoluendum. de desponsatione impuberum. vbi notat Præpositus numer. 1. quòd matrimonium nullum accusari non potest prædicta ratione ad idem. l. eius qui in prouincia. §. quòd si stipulatus. vbi notant Paulus & Ias. ff. si certũ petatur. & donatio inter coniuges est nulla neque confirmatur morte quando matrimonium fuit nullum. l. & ideò. ff. de donatio. inter vir. & vxo. Et appellatio non habet locum à sententia nulla. l. nominationes. C. de appellationibus cum similibus & ex contractu nullo non debetur gabella Bald. in. l. 2. C. de eunuchis Segura in repetitione. l. primæ. §. si vir, vbi dixi in additione. nume. 157. ff. de acquirenda possess. & Carolus Molineus in consuetudinibus Parisien. 1. parte. titul. 1. §. 22. nu. 31. ergo similiter ex nullo matrimonio nõ debet pœna irrogari, tum etiam quia rationes propter quas matrimonium fuit prohibitum lege Regia iuncta concilio Tridentino capitu. 1. de reformatione matrimonij sessio. 24. non competunt matrimonio nullo sicut in specie proposita, nam cui nõ cõpetunt verba legis, neq; cõpetere debet eius dispositio. l. 4. §. toties. & ibi Alex. ff. de dã. infec.

Præterea confirmatur, nam pœna prædictarum legum Tauri 49. & nouæ copilationis legis primæ. titu. 1. libr. 5. ipso iure imponitur, vt constat in eisdem legibus, dum dicunt (*por el mesmo fecho*) at vero, quando pœna ipso iure imponitur non incurritur nisi delictum sit consummatum. capit. perpetuo. de electione libr. 6. & ibi notant Docto. iuncto tex. in cap. cum in cunctis. eodem titu. Panormi. in cap. fina. nume. 2. de sponsalib. Felinus in tractatu de conatu. colum. 2. & sic in tali matrimonio clandestino attentato, & non perpetrato non habebit locum pœna dictarum legum, cum nulla sequantur peccata perpetua, neque alia incommoda, propter quæ ecclesia matrimonia clandestina prohibuit.

Nec huic confirmationi obstat illud iuris principium, quòd quando lex respicit factum nõ est curandum de iuris effectu, sed sufficit, quòd habeat formam facti. capit. nuper de bigamis. l. eum qui duas. C. de adulterijs. clemen. vnica. de cõsanguini. & affinitate. lex si quis legatum. in princi. ff. de falsis. & in. l. 81. Tauri & in. l. 4. titul. 20. libr. 8. nouæ recopilatiõis. Sed prædictæ leges puniũt factum vt ex illis verbis, *por el mesmo fecho*. constat ergo videtur, quòd non erat curandum de iuris effectu: nam respondeo talem regulam procedere quando attento fine disponendi eundem effectũ operaretur factum quem iuris effectus operaretur, vt in casu dictæ legis eum qui duas. C. de adulterijs. & capitul. nuper. de bigamis cum alijs. & sic cum ex matrimonio clandestino inualido non sequantur damna, vt dictum est, quæ sequuntur in clandestinis validis, nimirum, si in eo non habeat locum pœna dictarum legum.

Existimarem tamen, quòd si ex tali matrimonio in specie propositæ quæstionis infamia, aut damnum irrogaretur parentibus sponsæ propter iactantiam sponsi dicentis filiam Petri sponsam suam esse, constaretque per confessionem asserti sponsi arbitrio boni iudicis sponsum puniẽdum cum hoc in iure expressum nõ sit per. l. 1. ff. de iure deliberã. cap. de causis. §. fin. de officio delega-

¶ *Se despo-*

¶ *Lex. 11.*

¶ *Ley. 11. Que ninguno que viuiere con señor, se despose ni case con su hija sin su mandado.*

QValquier hõbre q̃ viue cõ algun Señor y biuiendo con el se desposare [a]: o casare con la hija, o cõ la parienta que tenga en su casa sin mandado del señor. Aquel que tal yerro fiziere, sea echado dl reyno por siempre. Y si tornare a nuestros reynos sin nuestra licencia y mandado que incurra en pena de muerte: y ella sea desheredada: y sus bienes ayã sus pariẽtes mas propinquos: y el padre, o la madre la puedã acusar y aquel o aquellos con quien biuieren. Y si ellos no la acusarẽ que lo pueda accusar qualquier de los pariẽtes mas propinquos fasta el tercero grado: pero si el padre, o la madre [b], o el señor con quien viuiere la perdonare q̃ otro algũo no la pueda accusar.

ADDICION.

¶ *Concuerda con esta ley, la ley 2. tit. 1. lib. 5. de la Recopilaciõ.*

a ¶ *Se desposare.* Scilicet, per verba de præsenti, non de futuro tantùm, quo ad pœnã huius legis, quan uis quo ad prohibitionem, sponsalia veniant. ex textu in. l. oratio. ff. de sponsalibus, vt diximus. in. l. 1. suprà eod. titul. & adde similẽ. l. 1. versi. *Y si qualquiera destos.* tit. quinto. libr. octauo. infrà.

b ¶ *Pero si el padre, o la madre.* Considerat ergò in iuria illata parentibus, seu dominis, sub cuius ditione versant. Ad idem. l. 1. tit. 15. libr. 8. infra. &. l. 49. in decisi. Tauri. ibi, *Lo qual otro ningũo no pueda accusar, sino el padre, y la madre muerto el padre.* Ideo quebona iure propinquitatis, ad patrẽ seu matrem applicãda sunt, cùm nullus ex cõ sanguinitate sit propinquior, quàm sint parentes, cùm reputentur vna & eadem persona pater & filius natura, & carne. l. ne cum filiofamilias. ibi, non iuris cõstitutio, sed natura rei impedimento est. ff. de furtis. capitul. contradicimus. 35. quæstione. tertia. gloss. in capitul. pœnitentia. de pœnitentia. distinctione tertia. l. finali. C. de impuber. & alijs §. ei verò. Institu. de inutilib. stipulationib. Et filius est pars viscerum patris, secundùm Aristotelem, quinto Ethicorum. Et deficientibus descendentibus, eis debetur successio, si filius decesserit. libr. sexto. Tauri. &. l. nona. in eisdem decisio. Ergo cùm defuerint descendentes, quibus necessariò debeatur legitima in bonis filiæ, pater erit proximior seu propinquior, eique deferenda erunt bona. per istam legem. ibi, *y ella sea desheredada, y sus bienes ayan sus parientes mas propinquos.* Et sic parentibus, quibus est illata iniuria, & dominis datur ius accusandi, ac proinde bona confiscata erunt patri, cui est facta iniuria. capitul. Episcoporum. §. finali. ibi, ad arbitrium eius, cuius sententiam contemperunt, satisfecerint competenter. de priuilegijs. libro sexto. l. post legatũ. §. amittere. ff. de his quibus vt indignis. l. penultima. C. de legat. l. defunctus. C. de suis & legitimis. Romanus singulari. 692. Iason in. l. seruo legato. §. si testator. numero quarto. ff. de legatis primo. Ripa in l. si vnquam. quæstio. 44. C. de reuocand. donatio. Gomesl. in. §. superest. numero 21. Instit. de actio. & quæ traduntur à Iaso. in. l. quidam cùm filium. versicu. Quartò nota. nu. 8. ff. de verb. obligat. & in. l. 1. nume. 2. C. de his, quæ pœnæ nomi. relinq. Purpurat. in. l. 1. nume. 444. ff. de offi. eius, cui mand. est iur. vbi adducunt text. egregium in. l. vxorem. §. hæres. ff. de legat. tertio. quem miro modo elucidauit Doctor Arius Pinelus, cùm habuit in punctis Salmanticæ pro obtinenda cathedra Primaria iuris Cæsarei per decessum clarissimi Iurisconsulti & præceptoris cõmunis Doctoris domini Petri à Peralta, qui vltimum diem clausit isto Anno 1561. ¶ Ergo parentibus si supersunt, & non alijs erunt bona filiæ sic contrahentis matrimonium applicanda, cùm de eorum iniuria in præsenti lege agatur.

¶ *Que son*

AYUNTAMIENTO de VALLADOLID BIBLIOTECA

¶ *Lex. III.*

a ¶ *Que son casados.* Contrahens matrimonium viuente primo coniuge, præter alias pœnas à iure sancitas, punitur hisce regnis, candenti ferro in fronte impresso ad instar literæ. q. Quæ tamen dispositio hodie situata est sub tit. 1. libr. 5. Recopilatio. & est. l. 1. 1 ordine. Cõcor. antiqua. l. 6. titulo. 15. lib. 8. ordina. infrà. & l. 14. Ioann. primi Regis in Comitijs habitis Birbiescæ anni 1387. vbi litera talis est. *Que le fierren en la frente con vn hierro caliente que sea fecho a señal de ferradura.* Et hoc videtur annotare & significare secundũ communem intellectum verbum, *Fierren.* Litera enim. q. nullam continet delicti significationem, quanuis in his regnis in practica sit recepta litera. q. & non. B. quæ fortè potiùs debuit stare, quia continet significationem criminis, denotando ipsum bis contraxisse. Et in memoriam criminis fuit. B. quanuis vitio impressionis sit. q. Alij verò dicunt esse signum ad instar Crucis, vt annotaretur contrahenti bis viuente primo coniuge iniquè, & malè de fide sentire, cum tale matrimoniũ sit omni lege prohibitum. Alij verò imposuerunt huic legi duas iotas, quasi per istas duas literas. ij. & signa numeralia perciperetur delictum ipsius, nempe bis contraxisse, etiam si sint post primum tres vel quatuor, vt iam visum est nostra ætate, nõ ex eo amittit significationẽ dualem, quippe cùm nuptiæ post primas dicantur secundæ. vt in titulo. C. de secund. nupt. etiam si contraxisset tot vices, quot referuntur ex Diuo Hierony. in. 3. part. epistola. tra. 7. epistola. 26. litera. F. à Boerio decisio. 186. nume. 4. de quadam muliere, quæ viginti & duos sepelierat viros, & nupsit alij, qui vincens, ipsam sepeliuit post viginti alias vxores, quas iam antè habuisse, & sepelijsse fertur. Quicquid sit, litera. q. est illa, quam vsus recepit. vt Couar. in epitome. 4. Decreta. 2. parte. capit. 7. §. 3. nume. 7. & Anto. Gomez in. l. 80. Tauri. num. 27. ad finem. verè testantur. Et sic, sæpe vidi in practica receptam esse. Punitur etiam pœna infamiæ à iure. l. eum, qui duas. C. de adult. vbi ait litera. Eum, qui duas simul habuit vxores, sine dubitatione comitatur infamia. In ea nanque re non iuris effectus, quo ciues nostri matrimonia cõtrahere plura prohibentur, sed animi destinatio cogitatur. conc. ca. nuper cum glo. de bigam. l. 1. ff. de his, qui notan. infa. Panor. in capit. 2. de sponsa duor. Io. Lopius in repe. rubr. de don. §. 60. numer. 6. Punitur præterea & tertio pœna stupri. vt cautũ est in dict. l. eũ, qui duas. versic. Veruntamẽ. Pœna autem stupri est in honestis personis, amissio dimidiæ partis bonorum: in vilibus verberatio, cum quinquennij relegatione. text. in. §. Item lex Iulia. vers. Sed eadem lege. Institu. de publi. iudi. Quem text. pauci sciunt secundùm Matthæum Matthesil. singul. 100. incip. Nota textum, quem pauci sciunt. Hostien. in sum. de stupro. §. & qualiter. Alexan. consi. 165. col. 1. libr. 7. l. 2. & ibi Gregor. Lopez in verbo. *Deue perder.* titu. 19. part. 7. Boeri. decisio. 91. col. final. Ex quo deducitur malè dixisse Roma. in singul. 531. quem sequitur Zacharias ad Panormi. in capi. cùm haberet. sub nu. 4. de eo, qui cogno. consang. vxor. suæ. Pœnam mortis imponendam fore contrahentibus binas nuptias per. d. l. eum qui duas. Ex quibus intelligendum est, quod notat Theophilus in. §. affinitatis. Institit. de nupt. quatenus inquit, contrahentes secundas nuptias, primis non solutis, pœna capitali plectendos esse. Si tamen mulier ipsa esset nupta priori viro, & scienter cum secundo contraxerit. adulterij pœna damnatur, simul & cum ipso secundo marito, qui eam vxorem scienter accepe rat. ex dict. l. eum, qui duas. Punitur præterea à secundas nuptias contrahens, primis non solutis, per iudicem ecclesiasticum publica ignominia. argumen. tex. in cap. de Benedicto. 32. quæst. 1. mitrando ipsum, vel aliam ignominiam inferendo secundum Panormi. in. c. cùm haberet. de eo qui dux. in matr. quam pollu. per adulte. col. 2. nu. 3. & in. c. 1. num. 2. de sortilegijs. Potest etiam inquiri contra talem contrahentem binas nuptias per Inquisitores hæreticæ prauitatis, quasi non bene sentiat de sacramentis, secundùm Domi. nume. 6. & Phi-

¶ *Ley. III. De los que se casan otra vez seyendo sus mugeres viuas, dela pena que merescen.*

¶ El Rey don Iuan. I. en Biruiesca. Año de 1387.

MVchas vezes acaesce que algunos que son casados[a], o despo sados por palabras de presente seyendo sus mugeres o esposas viuas, no temiendo a Dios, ni a nuestras justicias se casan y desposan otra vez. Y porq̃ es cosa de gran peccado y mal exemplo. Ordenamos y mandamos que qual

& Philip. Franc. in cap. accusatus. §. sanè. de hæretic. lib. 6. Gundisal. de Villadiego contra hæreti. prauit. quæst. 9. nu. 5. Ioan. Lup. in repe. c. per vestras. §. 18. nume. 25. fol. 67. col. 3. Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. parte. c. 7. §. 3. num. 6. Est etiam pœna excõmunicatiõis impositaipso iure aduersus cõtrahẽtes binas nuptias, secundũ Paulum Grillãd. in tractat. de pœnis omnifar. coitus. q. 14. Sed ab hac pœna recedit Couar. in Epitome. 4. Decretal. §. 3. nu. 6. ca. 7. Ex eo enim constat, quia ista pœna non reperitur à iure expressa. Tum etiam, quia pœnæ potiùs sunt restringendæ, quàm ampliandæ. l. interpretatione. ff. de pœn. c. Odia. de regu. iur. libr. 6. Tum, quia in capit. an non. 24. quæst. 3. dicitur, q̃ est excommunicandus, ergo non excommunicatus ipso iure. Tum etiam ex gloss. 1. in clem. vnic. de consangui. & affinita. quam ibi Cardi. Imol. & Docto. communiter recipiunt.

quier q̃ fuere casado o desposado por palabras de presente: y se casare o desposare otra vez: q̃ de mas de las penas en el derecho cõtenidas q̃ sea herrado en la frente cõ fierro caliẽte q̃ sea fecho a señal de. q. do los puedan auer.

De iure verò istius regni vltra pœnam positam in præsenti lege, variæ pœnæ erant statutæ. Nam contrahentes matrimonium viuente primo coniuge, efficiebantur serui mariti, & bona ipsorum ei deferebantur, vt de eis disponeret ad beneplacitum suum. vt in. l. 2. vbi Montalu. tit. 7. lib. 4. for. legum. ¶Item punitur contrahens scienter secundas nuptias viuente primo, in exilio quinq; annorum, & bona, quæ habet in loco contractus, applicantur filijs, vel nepotibus, si eos habuerit, aliàs pro parte dimidia læso & ignorãti, & pro reliqua parte Cameræ Regis. l. 16. tit. 17. part. 7. Et huiusmodi quinquennale exilium erit hodie, *paralas Galeras* ex interpretatione Caroli Cæsaris olim Hispaniarum Regis in Comitijs Pincianis Anni 1548. In. l. 105. in Curijs Segouiæ Anni 1532. l. 79. fuit petitum, vt isti contrahẽtes binas nuptias, capitis pœna punirentur, Sed tamen decisum nõ fuit. Nunc tamen puniuntur pœna contenta in præsenti lege, quæ ex pœnis alijs suprà relatis solet aggrauari propter grauitatem criminis, præsertim cùm procedunt Inquisitores hæreticæ prauitatis aduersus hos sic contrahẽtes, vt iam ampliùs quàm semel nostra ætate visum est in practica. Vnum tamen addendum est, quòd nouissimè hodie contrahens binas nuptias prima vxore viuente, trahendus est ignominiosè per vias publicas, & consuetas, & mittendus ad triremes per spaciũ decem annorum. vt probat. l. 8. titu. 20. lib. 8. Recopilatiõis. & ita practicatur indistinctè cum omnibus personis. ¶Punitur etiam pœna. l. 4. tit. 7. libr. 8. infrà. Cui est simi. l. 8. titu. 18. in eod. libr. 8. vbi iudicatur ꝓpter ipsum factum Aleuosus. Io. Lupus in rep. rubri. de donat. inter virũ & vxo. §. 60. nume. 6. versic. Hinc est, q̃ sicut habens duas vxores. Plura per Io. Neuezan. in sylua nupti. lib. 4. num. 43. Angel. & ad eum Augusti. in tracta. maleficio. verb. *Che me hay la mia dona.* nume. 65. versi. Et aduerte, quia vidi multos iudices errare.

ADDICION.

¶ *Concuerda con esta ley. la ley 5. tit. 1. lib. 5. de la Recopilaciõ.*

Punitur etiam à Canone. 2. de sponsa duor. dicẽte, accepisti illam in vxorem tibi, quam alter sibi desponsatam habuerat, dimitte illam, quia nunquam põt tibi fieri legitima, & quadraginta dies in pane & aqua, quod Carena vocãt, cum septem sequentibus annis pœniteas. Quæ pœnitentia in foro exteriori locum habet, in foro verò animæ presbyter, qui audit confessionem, secundũ suum arbitrium poterit eam modificare secundum Præpositum. in. d. c. 2. de sponsa duor. ex glos. visum fuerit in cap. significauit. de pœnitẽ. & remis. Similis est glo. in cap. hoc ipsum. versic. præcepit. 33. quæstio. 2. & in ca. mensuram. verb. in arbitrio. de pœniten. distin. 1. & in capit. sunt plures. verb. mille. de pœnit. distinct. 3. Nauarrus in capi. falsas. col. 1. & colum. 4. nu. 16. de pœnitẽ. distinct. 5. Optimè Anton. Burgensis in cap. 2. col. 2. num. 5. de empt. & vendi. Et sic poterit modificare pœnitentiam in foro animæ, sicut ex causa potest iudex in foro exteriori. l. hodie. ff. de pœn. l. 4. titulo. 22. part. 3. Ioan. Oroscius in. l. omnibus. numer. 12. ff. si quis ius dic. non obtemp. dixi in. l. 3. in glo. 1. vers. Præterea est dubium, vtrùm. titu. 1. lib. 3. ordinam. Et ita est declarandus tex. in dict. ca. 2. de sponsa. duorum. Et has pœnas voluit præmittere nostra Regia lex, dicendo, *que de mas de las penas en el derecho contenidas &c.*

Sed est dubium, vtrùm pœna huius legis, & nouissimè dict. l. octauæ. tit. 20. libr. 8. Recopilatio. locum habeat in muliere, sicut in masculo? Et videtur dicendum quòd non, ex eo, quia tantum loquitur in masculo, vt ex tenore istius legis cõstat, & sic cum sit casus omissus, præsertim inducens pœnam,

pœnam, non debet extendi ad alias personas præ ter enumeratas in ipsa lege. cap. is qui. de sentent. excom. libr. 6. cap. statutum. de elect. libr. 6. glos. in cap. quanquam. verb. secus. eod. tit. & lib. glos. in cap. Apostolus. 81. distin. & glos. in sum. 15. quæ stione. 8. & quæ latè adduxi ad Segur. de bonis lu cra. consta. mat. nume. 166. Hippolyt. in repeti. l. vnic. C. de raptu virgi. num. 81. Si ergo Rex no ster hoc voluisset, ipse dixisset. igitur &c. Et facit quæ notat Gregor. Lopez in l. 10. tirul. 31. part. 7. in glo. fina. declarando legem illam non fore ex tendendam vltra casum, in quo loquitur, scilicet, in relegato à Rege, & non in condemnato à iudi ce. ergo &c. Tum etiam, quia hæc pœna est extra ordinaria, & odiosa. vt cõstat in. l. si quis in metal lum. C. de pœn. vbi constat, q; facies hoïs, cùm sit ad similitudinem pulchritudinis cœlestis figura ta, non sit maculanda. Ex quo text. glo. fin. notat non esse quem in fronte bullandum. l. 6. titul. 31. parti. 7. in versic. *Pero algunas maneras son de penas, que las non deuen dar a ningun home por yerro que aya fecho: assi como a señalar alguno en la cara, quemando le con fuego caliente, o cortando le las narizes, ni sacando le los ojos, ni dando le otra manera de pena, que sin que señalado. Esto es, porque la cara del home fizo Dios a su semejança, y por ende ningun Iuez non deue penar en la cara, ante defendemos que non lo fagan.* Et dice bat Angel. in dict. l. si quis in metallum. inualidũ esse statutum, in quo cautum esset, quod pro cer to delicto aliquis bulletur in frõte, quia facies ho minis non est dehonestanda. Idem notat Feli. in cap. cum non liceat. colum. 1. num. 1. vers. Et dum dicit Abbas. de præscriptio. In manibus autẽ po test quis propter delictum notis & signis bullari cum ferro calido, non autem in facie. ex glos. in. l. cùm patimur. verb. notam. vbi Ioan. de Plate. C. de cursu. pub. & angar. libr. 12. & est addendus An gel. Areti. in tracta. maleficiorum. verbo. in facie. nume. 1. & 2. fol. 182. colum. 3. in odium tamen cri minis potest homo bullari. vt in c. ad audientiam. vbi glo. vlti. de crimi. fal. vt in. l. 1. vbi glos. verbo, *Los ojos*. titul. 2. lib. 1. ordin. & in. l. 1. titul. 13. part. 2. & in. l. 2. titu. 14. ead. 2. part. & not. Grego. Lopez in dict. l. 11. in verb. *que le saquen los ojos*. Ergo huiusmodi pœna non erit dilatãda vltra cãsum, in quo loquitur, & sic ad mulieres, quæ multis specialitatibus tueri solent à legislatoribus, quas vsque ad centum collegit Ioan. Bessani in consuet. Alber niæ. arti. 11. fol. 86. col. 4. versi. Et primò scias mulieres, nam masculi quandoq; grauiùs puniuntur. l. quisquis. C. ad legem Iuli. maie. l. 8. in lib. Prag ma. regum Catholicorum. Traditur etiam à Phi lippo Decio in. l. fœminæ. nume. 70. ff. de regulis juris. igitur &c. ¶ In oppositum, imò quòd mulie res contrahentes binas nuptias viuentibus primis viris sint bullandæ in fronte, constat ex sequenti bus argumentis. Et primò. Nam quando sumus in materia indifferente, & competente tam masculis quàm fœminis, masculinum comprehẽdit fœ mininum etiam in pœnalibus & odiosis, ex Bart. sententia in. l. iura. in fi. ff. de legi. vbi ait, Quæro quid si statutum non facit mentionẽ de certa per sona, sed de certo genere, vt si loquatur in masculi no, quòd nullus de nocte vadat sine lumine, an comprehendat fœminam? Et Dynus tenet quòd non, vt ipse no. infra. de verb. oblig. l. 1. quia esset quædam extensio. Tamen credo statutum prædi cto modo loquens, comprehendere fœminam, si eadem ratiõis identitas fuerit in fœminis. vt not. Iacob. in. l. 1. C. quæ sit long. consuet. & notat etiã Cynus in. l. quicunque. C. de seru. fugiti. quæst. 1. nume. 4. & in dict. l. 1. in antepe. quæst. hactenus verba facit Bart. vbi est additio plura referens. Et sequitur Ioan. Oroscius ibi colum. fin. nu. 8. Hip poly. plures referens in consi. 85. num. 20. Secun dò suadetur ex glo. in. l. vnica. verb. sponsam. C. de raptu virgi. quæ dispositionem illius legis lo quentem in masculo, extendit ad fœminam ra pientem virum, & sic pari pœna erit punienda. Quam dixit singu. Hippolyt. in dict. consi. 85. nu me. 21. & iterum in. l. si quis viduam. num. 6. ff. de quæstio. & in. l. si quis necandi. num. 3. C. de Sicar. & sequitur Cyn. in dict. l. vnica. in nu. 4. Alberic. nume. 11. Bald. num. 23. & Angel. & Hippolyt. nu. 222. versi. Capio modò. gloss. Andr. Tiraquel. de vtroque retract. lib. 1. §. 20. num. 4. versi. Præterea hæc consuetudo. vbi refert plures fœminas, quæ viros rapuerunt. Vnde Angel. in dict. l. vnica. di cit vidisse se Florentiæ comburi fœminam mere tricem, quæ pulchrum puerũ rapuerat. Idem no tat Bald. in. l. raptores. C. de episco. & cleri. & in. l. si ità. ff. de iniusto testam. & in cap. causam matri monij. ad finem. de probat. vbi prædictam glo. di xit singul. & in capit. ex conquestione. colum. 2. versi. Sequitur quarta. de testi. spoliat. Collectar. in cap. peruenit. num. 3. de adulte. Barbat. in. l. scire debemus. colum. 2. & in. l. sciendum. col. 86. ff. de verbo. obliga. Idem Barba. in clemen. 1. fol. 66. paruo. de electio. vbi quoque dicit singula. in nu. 48. versi. Facit glossa singularis secundum Angel. Iterum in additio. ad Bald. in cap. 1. col. 4. quibus mod. feud. amitta. & in consi. 6. colum. 7. versi. Et licèt iura. lib. 1. & consi. 64. colum. pen. versi. Et si opponatur. libr. 4. Iaf. in. l. non hæc. col. 33. versic. Sextò adde. C. vnde legi. Francisc. Curt. Senior consi. 11. colum. 3. num. 9. versic. Quartò multùm facit. Tertiò in præsidiũ istius sententiæ facit tex. & glo. vbi Cardin. quæst. 7. in clemen. 1. de regul. vbi constitutio pœnalis loquens in fratribus men dicantibus, extenditur ad moniales mendicãtes.

Quibus

Quibus quarto loco ſuffragatur. Nam quando à lege aliquid ſtatuitur in vno gratia frequentioris vſus, idem ſtatutum cenſetur, licèt expreſſerit in caſu frequentiori propter frequẽtiorem facti contingentiam. glo. ſing. in Clemen. 1. verb. præſidentes. vbi Imol. de reſcr. & glo. in authenti. Caſſa. in verb. per Italiam. C. de ſacroſan. eccle. & gloſ. 1. in l. prima. C. de his, qui ad eccle. confugi. gloſ. in l. ſecunda. verb. filio præcedente. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtit. glo. in. l. cum hæres. verb. apertas. ff. de libe. lega. glo. in. l. ſecunda. verb. filijs. C. de libe. & eorum lib. & gloſ. in. l. ſi ſeruum Stichum. verb. fecit. ff. de verborum obliga. & in cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. Curti. dict. conſi. 11. col. penulti. Eſt mihi text. pro hac ſententia notandus in. l. per prouincias. dum dicit, vbi magis deſideratur. C. de ædificijs priuat. Sed maſculi ſoliti ſunt, vt in plurimum, cùm ambulant de loco ad locũ, decipere mulieres ſub ſpecie matrimonij, aſſerendo ſe nullo anteacto matrimonio ſubiectos, vt iã contigiſſe experientia docet. Ergo expreſsio maſculi non debet excludere fœminam, cùm tale ſtatutum ſit fauorabile, ne delicta maneant impunita. ex Bart. doctrina memoriæ mãdanda in. l. quẽ admodum. col. 3. nume. 4. C. de agricol. & cenſit. libr. 11. quam comm. Iaſ. in. l. ſi certis annis. nu. 3. C. de pact. & in. l. prima. num. 13. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in. l. ſi filiusfamilias. col. 3. numer. 7. ff. ſi certum peta. & in. l. cætera. §. ſi quis ad opus. num. 20. ff. de lega. 1. & Corſet. in ſingu. verb. extenſio. Hippolyt. in practi. §. diligenter. numer. 130. & in conſi. 85. nume. 16. & conſil. 94. nume. 28. dicente legem quantumcunque pœnalem, tamen fauorabilem reipublicæ, vt delicta puniantur, extendẽdam & ampliandam eſſe. Imò intereſt reipublicæ, ne executio pœnarum differatur. l. ſi quis fortè. ff. de pœn. not. ſecundũ Iaſ. in. l. ſeruus. in prin. nume. 2. ff. de legat. 1. Sed ità eſt in quæſtione propoſita, ergo ad fœminam delinquentem odio criminis in materia indifferenti eſt extendẽda. Quãdo ergo maſculinum concipiat fœmininum, tradit optimè Philipp. Decius in dict. l. fœminæ. ff. de regu. iur. nume. 102. & Barba. in Clementi. 1. de electio. vbi eſt glo. verb. homines. Gandi. in ſum. maleficiorum. rubri. de aliquibus quæſtionibus. Ioan. Lup. in repet. rub. §. 69. num. 24. de dona. inter virum & vxo. & Andr. Tiraquel. in lib. de primogenitura. quæſt. 10. & in lege connubiali. 1. nu. 82. Et iſtam ſententiam probat Anto. Gomez in l. 80. Tauri. nu. 28. & facit. l. fin. titul. 17. part. 7.

Et ſic cum militet eadem ratio in fœmina ſicut in viro adaptanda erit pœna. d. l. 8. titu. 20. libr. 8. Recopila. quæ licèt in ſe vera ſit, in modũ tamen executionis aliter conſiderandum eſt, cum mulieres non ſint capaces pœnarum triremium, & ſic iudices imponentes prædictam pœnam, conſiderare debent qualitatem & ætatem cõdemnatorum etiam virorum. vt docet. l. 9. titu. 11. lib. 8. Recopil. & ſic hoc caſu, licet mulier non excuſetur à pœna vt trahatur ignominioſe per vias publicas, excuſatur tamẽ à pœna triremiũ, in cuius locum ſat erit ſi mittatur in exilium per decennium illud, quo ſi vir fuiſſet, mittendus erat ad triremes, ſi modo dicta mulier ſciens binas nuptias contrahat, vt ſi ſit vaga & ſolita decipere, ex iuribus ſuprà citatis.

Quæritur quando quis viuente prima vxore contraxit cum ſecunda, & habuit copulam carnalem ad eam, ſi mortua prima poterit abſque diſpẽſatione contrahere matrimonium cum ſecunda, cum qua de facto, & non de iure contraxiſſe fertur matrimonium, & ſic ſit impedimentum coniungendi? Quæſtio iſta de facto contigit, & rogatus reſpondi, quòd contrahens matrimonium de facto viuente prima coniuge legitima cum ſecunda, & habuerit copulam carnalem ad ipſam non poterit poſt mortem primæ eam habere, ſi vterq; fuit ſciens primam ſuperſtitem eſſe. glo. in capi. ſignificaſti. verb. fidem dederit. de eo, qui cogn. cõſang. vxo. ſuæ. per text. optimum in cap. cùm haberet. & cap. fina. eod. titu. & glo. verb. cognouit. in dict. cap. vltimo. Conſtat, nam matrimonium contractum cum ſecunda viuente prima vxore legitima, fuit inualidum, & inuicem fidei de contrahendo poſt mortem primæ cum ipſa, in qua fide ambo fuerunt in delictum, & polluerũt primum matrimonium habendo inter ſe commixtionem carnalem ſcientes primum coniugem viuum eſſe, quæ eſt adulterium, & complexus adulterinus. c. Dominus noſter. de ſecũd. nupt. ibi, Quod ſi poſt hoc de prioris coniugis vita conſtiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem coniugem reuertatur. Ergo induxit impedimentum inter eos, vt dictum eſt, & ſic procedit titulus. De eo, qui dux. in matrmoniũ, quam pollu. per adulterium. Nam ſolum adulterium ſine fide, nõ inducit obicem contrahendi cum adultera. Et ſic in caſu huius reſponſionis pœna tenet vtrunque delinquẽtem, vt etiam in caſu. l. 1. & ibi Montalu. verb. *El que lo ſupiere*. titul. 8. libr. 4. for. legum. pœnæ ſuos debent comprehendere authores. l. ſancimus. C. de pœn. capit. diſcretionem. de eo qui cogn. conſang. vxo. ſuæ. dixi ad Segur. in princip. de bonis lucratis conſtante matri, per mari. hæreticum. Et hanc concluſionem tenet Hoſtien. in ſum. de matrimonijs. §. qualiter impediatur. verſic. Quinto crimen. Archiep. Floren. 3. part. titul. 1. capi. 5. col. ſecunda. Sylueſt. in ſum. verb. Matrimonium. in 8. quæſt. 9. verſ. quartum. Secundum crimen eſt, quando viuente coniuge. S. Thom. in. 4. ſentent. diſtin. 35. art. 6. ad fin. Si tamen contrahat de facto

cum

cum alia, viuente prima, non tamen eam carnaliter cognouit vsque ad mortem primæ, poterit illam habere cum qua de facto matrimonium contraxit. Nam ad hoc impedimentum incurrẽdum requiruntur duo, scilicet, de facto contractus matrimonialis, & adulterium. vt constat ex ca. cum haberet. & ca. si quis vxore. de eo qui cogno. consangui. vxo. suæ. Si ergo solùm adsit contractus, & non interueniat prima viuente, copula carnalis, & sic adulterij crimen, non erit impedimentũ. Patet, nam impedimentum istud propter crimen solùm enascitur è iure positiuo, ergo quandiu cõcurrunt illa, quæ expressa sunt in iure, tandiu erit impedimentum, sed vtrunque istorum est expressum, quia de facto contrahere sine adulterio, nullum inducit impedimentum, ex glos. in dict. ca. si quis vxore. verb. cognouit. Pro ea est tex. in capi. relatum. 31. quæst. 1. Colligitur ex Cardina. Turre cremat. in. c. nullus. colum. secunda. ead. causa. & quæst. 1. Cardi. Antoni. & Collectar. in. c. primo. de eo qui dux. in mat. quam poll. per adulte. not. Hosti. Ioan. And. Cardi. Panormi. nu. 4. Anchar. Anto. de Butrio. & Præposit. in dict. c. si quis vxore. Ricard. in. 4. sentent. distin. 35. artic. 3. quæst. 4. Ioan. Maior. distin. 37. quæst. 1. colum. 1. Angel. in sum. in verb. Matrimonium. 3. impedimẽt. 9. §. 1. Illephonsus à Vera cruce in Speculo coniugiorum. 1. part. artic. 36. vbi ponit nouem conclusiones in hoc articulo.

Vlteriùs circa huius legis materiam & intellectum dubitatur, Aliquis cõtraxit matrimonium cum Catharina, & deinde ea viuente scienter contraxit secundum matrimonium cum Anna, accusatur, quia binas nuptias contraxit, ipse se defendit primum matrimonium fuisse nullum & inualidum propter aliquod impedimentum, & illud probat, an sit puniendus pœna huius legis cum similibus? Videtur dicẽdum quod non, ex eo, quia de illicito ad licitum matrimonium se contulit, ideoque potiùs est laudandus, quàm puniendus, præsertim si post secũdum matrimonium primã non cognouit carnaliter, ex Bald. in cõsil. 118. lib. primo. Facit pro opinione Baldi. l. si vxor. §. diuus. versic. sed si ea. ff. ad legem Iuli. de adulte. vbi habetur, quòd si matrimonium inter aliquos non valet, & vxor commisit adulterium, non potest, vt adultera accusari. Sed textus ille non facit pro hac sententia, quia ibi nõ potest accusari iure mariti, quia non verè fuit maritus, sed iure extranei bene potuit accusationem instituere, præsertim quia contrahere plura matrimonia prohibentur à iure, attenta animi destinatione, & non iuris effectus. l. eum qui duas. C. de adulter. capit. nuper. de bigamis. l. qui contra. & authen. incestas. C. de incest. nup. quibus locis punitur contrahens matrimonium de facto, & inualidum. Ergo qui contraxit primum, siue sit validum, siue inualidum, & deinde sine dissolutione facta ab ecclesia propter impedimentum, vt debet, contraxit secundas nuptias licitas, vel illicitas, incurrit in pœnam binas nuptias contrahentium, quia per eum iam non stetit, quominus cum suo toto conatu ad secundas nuptias viuente prima coniuge aduersus iuris dispositionem venerit. Et hæc omnia aduersantur consultationi Bald. loco præcitato. Quanuis eum sequutus fuerit Ioan. Neuizan. libro. 4. Syluæ nupt. nume. 44. vbi ait, quòd dict. l. eum qui duas. inuenit limitatam non procedere, vbi secundum matrimonium esset contractum per errorem, vel facilitatem ætatis, vel nõ fuisset sequuta copula, vel quando primum matrimoniũ fuisset nullum, putà cum affine, nam tunc, vt ipse dicit, potest contrahi secundum absque licentia. citat Bald. in duobus consilijs, sed corruptè. Quibus suffragãtur quæ de actu nullo & inualido notat Hippolyt. in repet. rub. ff. de fideiusso. quæst. 11. nume. 105. & in. l. prima. §. præterea. nu. 14. vbi sententiam Bald. sequitur in nu. 24. versi. Et facit etiam notabile consilium Bald. &c. ff. ad legẽ Corneliam de Sicar. Ripa in rubri. C. de secund. nupt. nume. 14. Quod etiam dictum poterit comprobari, quia eo ipso, quo recessit à primo illicito, & cõtraxit validè cum alia, habuisse videtur causam coloratam, quanuis non bonam, sed quælibet causa excusat à dolo, vt alibi latiùs suprà annotaui. Et tradit Hippolyt. in repeti. l. de vnoquoq;. nu. 193. ff. de re iudica. Sed tamen ex his, quæ suprà annotaui iustificando consilium Bald. quanuis minus fideliter referatur à prædictis, crederem pœnam istius legis cum similibus non euitare, quia peccauit contra regulas iuris apud omnes notas, quod secundùm legem naturalem pariter & diuinam nunquam licuit plures insimul viuentes habere vxores, & contrahendo aduersatur huic iuri, & etiam iuri humano, qui intentionem ex facto iudicat, & non iuris effectum, licèt ex qualitate personarum possit meliùs deprehendi ad infligendã pœnam, cùm in præsenti respectu materiæ prohibitæ potiùs præsumendum erit delictum ex capitu. primo. de præsumpt. & per notata in terminis ab Antonio Gomezio in. l. 80. num. 30. in sanctionibus Taurinis. fortè in casu præmisso propter nullitatẽ prioris matrimonij mulctabit pœna pecuniaria, & pœna. l. 8. titu. 18. libr. 8. infrà. scilicet quòd censeatur aleuosus & infamis, non autem pœna huius legis, quanuis in practica non recederem ipse à pœna istius legis.

Sed iuxta præmissa fuit dubium in practica, q quidam miles contraxit matrimonium pluries viuente vxore prima, scilicet, cum tertia & quarta

in diuer-

in diuersis locis istius regni Hispaniæ, & accusatur ab omnibus, ex eo quia eas decepit sub figura matrimonij, & defloruit, quia virginalem pudorem adhuc retinuisse fertur. Qua sit pœna feriendus? Responsum erit, quòd propter grauitatẽ delicti pœnæ erunt alterandæ, & augendæ iudicis arbitrio, attenta qualitate, & honestate fœminarũ deceptarum, & dãno eis illato ex tali delicto grauissimè erit puniendus, cùm plura delicta hic concurrant respectu diuersarum fœminarum, & iterationis criminis, ex qua iteratione, & ex interuallo acriùs, & iteratis pœnis erit castigandus, saltim omnes reducendo ad duas, scilicet, ad damni illati refusionẽ vnicuiq; vxorum propter primã, cum qua debet permanere, & pœnam corporalẽ, prout iudex secundùm rectitudinem iustitiæ arbitratus fuerit: plures enim sunt qualitates aggrauantes, seu diminuentes delictum. vt per Hippolytum in.l. prima. §. prætereà. numer. 36. ff. ad legem Corneliam de Sicar. quo casu succedit arbitrium iudicis. l. prima. §. expilatores. ff. de effracto. & expila. capit. de causis. §. fina. de offic. delegat. cum pluribus citatis ab Hippoly. in. l. in lege Cornelia. nume. 6. ff. ad legem Corneliam de Sicar. & quæ notat Barba. consil. 21. colum. fina. nu. 23. libr. secundo. Nauar. in manuali confessorum. cap. 24. nume. 6. & sic posset extendi ad mortem vsque ex gl. in. §. in summa. verb. extraordinaria. Instit. de iniur. quam dixit ordina. Deci. in consi. 100. nume. 10. & cõm. Angel. in tracta. maleficiorum. verbo. & caput à spatulis amputetur. nume. 44. & infrà latiùs de ea erit agendum. Tum etiã, quia propter grauitatem delicti licitum est recedere à pœnis in iure sancitis. capit. fœlicis. §. cæterùm. de pœn. libr. sexto. ibi, dignum est, vt nefandi ratione flagitij vltionis seueritas ampliùs extendatur, & propter enormitatem culparum, plagarum modus exuberet, nec pœnis solitis contenetur. Quem dixit optimum Felin. in capit. qualiter & quando. 2. §. ad corrigendos. nume. 37. de accusat. ibique ponit septem causas, ex quibus alterandæ vel mutandæ sint pœnæ: & sic propter enormitatem criminis licet iura transgredi. ex Innocent. in capitu. primo. de constit. quem commendat Felin. in dict. capitu. qualiter & quando. numer. 37. Barbat. in cap. at si clerici. nume. 131. de iudi. dixit dictum Innocen. esse singul. & communiter receptum. de quo per Cæpol. in. l. quòd si nolit. §. qui assidua. nume. 11. ff. de ædili. edicto. latè Iaso in. l. prima. colum. prima. cum sequen. C. de preci. impe. offer. Villalpand. in repeti. l. 22. §. nono. titu. primo. part. 7. Hippolyt. singul. 244. Et delicta iterata acriùs puniendasunt. l. 3. vbi gl. verb. consuetudini. C. de episcop. audientia. capi. primo. de pœn. vbi ex concilio Toletano habetur, Ea quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti sententia condemnentur. gloss. in capi. imitare. 6. quæstione prima. text. in cap. apostoli cæ. versic. de ierauerit secundum Petr. de Anchar. ibi de sententia & re iudic. libr. sexto. Panormita. Areti. & Felin. per text. ibi in capit. sicut. de testi. l. nunquam plura. & ibi Barto. ff. de priuat. delict. l. illud. §. fina. ff. ad legem Aquil. Ex quibus constat delictum reiteratum ex interuallo, non tanquam vnum, sed sicut plura esse puniẽdum Alb. Gandinus in tracta. de pœnis reorum. num. 35. Et confirmatur ex traditis à Couarru. libr. 2. Variarum resolut. capit. 10. nume. 8. & in specie nostræ quæstionis ab Antonio Gomezio in. l. 80. Tauri nume. 29. Quando tamen vno impetu delicta fuerunt iterata, pro vno crimine sunt punienda Hippolytus in. l. si in rixa. nume. 15. ff. ad legem Corneliam de Sicar. infinitas decisiones ad hoc probandum citat. dixi in. l. nona. glos. prima. col. 56. titu. 1. libr. primo. suprà.

Circa huius legis interpretationem dubium supereſt, quãdo mulier bona fide credens priorem virum mortuum esse, siue ex temporis longitudine, siue ex relatione vel fama, contraxit matrimonium secundum, vel vir, si in veritate adhuc in rebus humanis vitam agat, an sit puniendus pœna istius legis, cum similibus? Videtur dicendum, q̃ cum propositum & intentio distinguant maleficia. l. illud. ff. de iniur. & culpa quantumcunque lata non æquiparatur dolo ad pœnæ ordinariæ saltim incursum. vt in. l. lege Cornelia. ff. de Sicarijs. dixi in prima part. in procem. quæstionũ. colum. octaua. quæstione. 2.

Et ista mulier quanuis fuit in culpa, nihilominus fuit absque dolo, quòd non erit punienda huiusmodi pœna, præsertim, quia maritus fuit in culpa propter absentiam, sicut Episcopus, seu Curatus respectu suæ ecclesiæ, cum teneatur vitam cũ vxore agere. Propter hanc relinquet homo patrẽ & matrem, & adhærebit vxori suæ. Genes. 2. Ergo si quid fuit in culpa, potiùs marito quàm vxori est adscribendũ, cùm velit potiùs nubere, quàm viri. ¶ Secundò dictum vnius viri prouidi inducit iustam causam credulitatis, maximè si apud acta id cum iuramento & fama concurrente deponat, nam isto casu impunè matrimonium contrahere potuit. textus in authenti. vt lice. matri & auiæ. §. quod autem à nobis. vbi Barto. & Angel. not. collatio. 8. & in authenti. hodie. vbi gloss. & doctor. C. de repud.

In oppositum, imò quòd mulier non possit secundò nubere nisi sit certa per certum nuntium de morte primi coniugis, & si aliter contrahat, tam ipsa quàm qui ducit eam veluti adulteri puniendi sunt, est textus in dicta authen-

tica. Vt liceat matri & auiæ. §. quia verò ex consensu. versic. quod autem à nobis. collatio. 8. text. in capit. in præsentia. & ibi gloss. fina. de sponsalib. cuius verba sunt. Consultationi tuæ taliter respon. quòd quantocunque annorum numero ita remaneāt, viuentibus virisuis, non possuntad aliorum cōsortium conuolare: nec authoritate ecclesię permittas contrahere, donec certum nūtium recipiant de morte virorum. Concord. l. 7. tit. 15. lib. 8. infrà. cap. Dominus noster. in princi. de secund. nupt. ca. quoniam frequenter. §. porrò. versic. si autem de carnali. vt lite non contesta. & ibi gloss. verb. multi. Et Bald. ait sub. §. si verò. nu. 4. Nota quod mulier debet claudere os vuluæ, donec vir est absens. Ergo interim quòd non est certa de morte viri primi, non debet transire ad secundas nuptias, cum eas insimul habere non possit. cap. fina. 2. quæstione. 1. & ibi notat Domi. & credulitas mulieris eam non excusaret à peccato, quāuis verosimiliter crederet mortuum esse, nec ecclesia permittit. dict. cap. in præsentia. de sponsa. vbi Panormita. colum. fin. expressè notat. pro quo est. l. septima. titu. 15. lib. octauo. infrà. Quanuis aliàs si talis vera & legitima certioratio de morte viri non interueniret, sed tantum fama, vel aliqua credulitas excusaret vxorem, ex his, quæ in principio huius quæstionis annotata fuerunt per viam probationis pro parte contraria. gl. in ca. in præsentia. verb. viris. de sponsalibus. vbi idem sequuntur Hostien. Ioannes Andr. Collectar. Anton. de Butrio, & Præposit. colum. prima. Sylue. in summa. verbo, Matrimonium. 8. quæstione. 13. versicul. Quartum de fama. Martinus Nauar. in manuali Confessorum. capit. 22. nume. 54. Et pro ista sententia est. l. octaua. titul. nono. parti. 4. vbi est videndus nouissimus commentator in verb. *Algunos*. qui agit de intellectu. capit. in præsentia. de sponsa. in illis verbis, dum dicit, Certum nuntium recipiant de morte virorum. Mors autem viri qualiter probanda sit, vt inde possit vxor certa reddi, relinquitur iudicis arbitrio, vt omnibus rectè perpensis & consideratis, iudicet in tali casu. ex Panormita. Antonio, & Præposito in dicto capit. in præsentia. Stephan. Aufreri. in decisio. Capellæ Tholosan. 216. Couarru. in epitome quarti decretal. secunda part. capitul. septimo. §. tertio. num. quarto. & quæ ibi ab eo adducuntur. & l. 14. titul. 14. part. tertia. Est tamen notādum, quòd si quis accuset mulierem ex eo, quòd contraxerit matrimonium secundum viuente primo viro, quòd is tenetur probare verè & realiter eum d̄ præsenti viuere, nec sufficit adducere legis præsumptionem q̄ habet quē viuere posse ad annos centum vsque in l. finali. C. de sacrosanc. ecclesijs. vt in terminis nostræ legis in casu occurrenti adduxit Gregorius Lopius in. l. 14. verbo. *Abonda que prueue*. titul. 14. partita tertia. & in. l. 16. titulo. 17. partita septima. ex Bartol. ad finem. l. si inter. & ibi Socino. ff. de rebus dubijs. Ratio potest esse, quia est præsumendum pro possidente, ideo agens debet ostendere probare fundamētum suæ intentionis, in quo se fundat ad repellendam mulierem à possessione matrimonij, in qua est verè, & non præsumptiuè in præiudicium matrimonij, ad cuius dissolutionem requiruntur testes omni exceptione maiores. capitul. primo. & ibi glossa. verbo. maiores. de consanguinitate & affinitate. Couarruias latè in secunda parte. Epitomes quarti Decretalium. capitul. octauo. §. duodecimo. numero. septimo. versicu. Oportet tamen iudicem cautum esse. Nam quanuis à principio nō debuit contrahi, contracto tamen debet conseruari in suo esse, nec dissoluendum erit, quousque constet verè viuere primum coniugem Collecta. in dicto capitul. in præsentia. numero. secundo. per textum in capitul. Dominus noster. de secundis nuptijs. ibi, Quòd si post hoc de prioris coniugis vita constiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem coniugem reuertatur. Ergo si non constiterit, erit in secundo matrimonio, nisi verè ostensum fuerit de vita præsenti primi coniugis ab accusatore. Quod est menti tenendum in practica.

¶ *Ley. IIII. Que la huerfana que queda en poder delos hermanos si casare sin su licencia pierda la herencia.*

¶ El Rey don Iuan. II. en Ocaña. Año de XXII.

¶ El mismo en Valladolid. Año de XLVII.

ORdenamos[a] que muriendo la madre teniēdo en su poder algūa su hija: y aquella quedo en poder

¶ *Lex. IIII.*

a ¶ *Ordenamos*. Soror, quæ mortua matre sine licentia fratrum contraxit matrimonium, amittit hæreditatem sibi debitam tam ex parte patris, quàm matris. Similem legem habes infrà hoc libr. quinto. titulo sexto. l. vnica. vbi vide de intellectu istius, ac illius, earumque materiam, cum idem continere constet, hanc. l. citat Gregorius Lupusia

pusin.l. octaua.gloss. secunda.ad finem.titul.14. parti.septima. ad optimam quæstionem, ab eo propositam.

¶ *Lex. V.*

¶ Mulieres viduæ liberè sine aliqua labe infamię, seu pœna intra annũ luctus nubere possunt, & sic connolare ad secundas nuptias, nec iudices, hac causa aduersus eas, procedere possunt, nec contra suos viros secundos sub pœna duorũ millium quadratorum cameræ Regis applicandorum: non obstantibus quibusvis legibus cõtrarijs, quæ per istã derogantur, reuocantur, & annihilantur. Hoc dicit hęc lex.

¶ Oppono, mulier, quæ intra annũ luctus nubit viro, iniuriam facit, marito defuncto, & propter repentinas nuptias colligitur præsumptio contra ipsam de incontinentia, & fortè adulterio perpetrato cũ tali viro secũdo in vita prioris mariti. ex.l. si qui adulterij. C. ad legem Iuliam. de adulterijs. l. vndecima. titul. septimo. parti. septima. l. 13. titul. 14. parti. tertia. gloss. in authenti. de restitut. & ea quæ parit in vndecimo mense. §. vnum. in verbo. malignè. collatio. quarta. & quæ notat Andre. Alciat. de præsumpt. regul. prima. præsump. 40. ergo impunè non poterit secundũ matrimonium intra annũ luctus contrahere, imò de adulterio propter suspicionẽ, quæ ex facto resultat, esset punienda. Cuius contrariũ in præsenti lege habetur, derogãdo omnes leges pœnales contrarias, igitur minùs iuridicè. Sed non obstat, quia secundum legem diuinam hoc institutum est, dicẽte Apost. 1. ad Corinth. 7. Mulier mortuo viro suo, ab eius lege sit soluta, & nubẽdi cui vult tãtùm in domino habeat facultatem, ideò non debet legalis infamiæ sustinere iacturã, quę licèt post viri obitũ intra tẽpus luctus (scilicet vni° anni spatium) nubat, concessa tamen ab Apostolo, vtitur potestate, cũ in his præsertim seculares leges nõ dedignent sacros Canones imitari. ex optimo iuris responso Innocent. 3. in capitu. cum secundum Apostolum. de secundis nupti. Ideò nulla præsumptio contra mulierem secundò nubentem est in isto casu. cum id faciat autoritate Apostoli & iuris Canonici, quę iura seruãda sunt in materia spũali, omissa Iurisconsultorũ sanctiõe, à qua recesserũt nr̃i Cæsares Rex Henricus, & Fernandus Catholicus, prout vides in p̃senti lege, quæ correctoria est legũ iuris ciuilis in pluribus, quæ contra mulieres secũdò nubẽtes imponebant plures pœnas. Ideò nunc sileant, stante hac Regia constitutiõe, & præsumptionibus prædictarum legum, quia ex facto illicito,

Lex V.

¶ Mulieres viduæ liberè sine aliqua labe infamię, seu pœna intra annũ luctus nubere possunt, & sic connolare ad secundas nuptias, nec iudices, hac causa aduersus eas, procedere possunt, nec contra suos viros secundos sub pœna duorũ millium quadratorum cameræ Regis applicandorum: non obstantibus quibusvis legibus cõtrarijs, quæ per istã derogantur, reuocantur, & annihilantur. Hoc dicit hęc lex.

de los hermanos para la tener y auer de casar si ella casare sin voluntad y plazer de los hermanos q̃ pierda la herencia que le podra pteneſcer por fin delos dichos su padre y madre: y que acerca desto se guarden las leyes de nuestros Reynos que en ello hablã: no embargante que por luẽgo tiempo no ayan seydo guardadas: pues q̃ por otras nr̃as leyes no fuerõ reuocadas.

ADDICION.

¶ *Concuerda la ley vnica. titul. de los desheredamientos en este libro.*

¶ *Ley. V. Que las mugeres biudas puedan casar en el año que embiudaren.*

¶ Pragmatica del Rey don Enrique Quarto, En Segouia Año de Mil y CCCC.

ESTatuymos, que las mugeres biudas puedan libremẽte casar dentro en el año que sus maridos murieren con quien quisieren sin alguna pena y sin alguna infamia: no obstantes qualesquier leyes de fueros: ordenamientos, y otras qualesquier Leyes que en contrario seã fechas y ordenadas: las quales nos annulamos y reuocamos: y mandamos a los nuestros juezes y Alcaldes de la nuestra casa y corte y chãcilleria: y de

illicito,& nõ ex licito pœna debet irrogari. c. cognoscentes. de constitu. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adult. l. iustè. ff. de acqui. poss. Et sic nõ obstat ratio adducta in contrarium, vbi est casus particularis, in quo iura id statuerunt, maximè cùm contrarium inueniamus expressum in dict. capi. cùm secundùm apostolum. & in capit. super illa quæstione. de secund. nupt. l. 3. in princi. titul. 12. part. 4. & libr. pragma. regum Catholico. l. 98. vbi hæc verba inscribuntur. *Porende yo viendo que cumple à seruicio de Dios y mio, que las gentes de mis Reynos crezcan y multipliquen ayuntãdose por matrimonio de la santa yglesia, doy licencia à todas las mugeres biudas, que quisieren casar y casaren, para que sin embargo de la dicha ley, y sin pena, y sin infamia alguna lo puedan hazer, y que no pierdan por ello cosa alguna de sus bienes de tales, como patrimoniales, y otros qualesquier q̃ en qualquier manera les pertenezcan, y pertenescer deuan de derecho.* Quo fit cessare. l. 13. titul. primo. libr. tertio. for. leg. cum adductis similibus ibi à Montalu. verbo. *Pierda la meytad.* scilicet. l. sed cùm in matrimonijs contrahendis. titul. secundo. libr. tertio. foro juzgo. l. fina. titul. 12. part. quarta. l. quinta. titulo. tertio. part. sexta. quæ ponit pœnam & duas causas prohibitionis, ne intra annum luctus mulier contrahat secundum matrimonium. l. prima. & authenti. eisdem pœnis. & l. secunda. C. de secũd. nuptijs. & in authenti. de non eligend. secundo nubent. in princip. collatio. prima. & in authenti. de restitutio. & ea quæ parit in vndecimo mense. §. vnum siquidem. collatio. quarta. Mulier transiens ad secundas nuptias, nõ retinet priuilegium & immunitatem primi viri, secundùm Ioannem Garronem in repeti. rubr. C. de secund. nupt. l. 6. vbi dixi in verb. *E mantuuieren despues castidad.* titul. secũdo. lib. 4. suprà. Est & alia pœna, quòd cõtrahentes secundas nuptias non sunt benedicẽdi, & sacerdos eos benedicens, puniendus est pœna suspensionis ab officio & beneficio. text. in capit. primo. de secund. nupt. Cuius litera sic se habet, Capellanum (quem benedictione cum secunda constiterit celebrasse) ab officio, beneficio que suspensum, cùm literarum tuarum testimonio ad sedem apostolicam nullatenus destinare postponas. Sed intelligitur text. ille, dum dicit, cum secunda, scilicet viuente prima, nondum priori matrimonio soluto, benedicens scienter incurrit in pœnam huius text. quæ grauissima est. Et hunc intellectum assignauit in proprio loco Ioan. Andre. quem sequuntur Antoni. Panormit. & Præposit. & approbatur in. l. secunda. titul. 12. part. 4. Sed contra hunc intellectum communem doctorum est text. contrarius in cap. vir. de secund. nuptijs. in ratione in eo posita ibi, quia cùm alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet, & sic siue vir siue mulier aliàs in primo matrimonio receperit benedictionem, non debet benedictio iterari, quia communis est vtrique, nec vnus sine altero eam recipere valet. Hostien. de secundis nuptijs. §. an licitum sit. versic. in aliquibus. Ergo in clerico benedicente secundas nuptias matrimonio priori soluto, in quo interfuerunt benedictiones, quo casu secundæ nuptiæ nõ erant benedicẽdæ, loquitur. Et potest dici, quòd tempore. capitul prim. de secundis nuptijs. erat consuetudo, vt prædicta decretalis seruaretur, vt scilicet quando vterque esset benedictus, non benedicerentur: vel quando vir solus erat benedictus, & ducebat secundam non benedictam, vt est consuetudo in aliquibus locis, in alijs verò partibus vtuntur dispensatione Ioannis. 22. incipit. Concertationi antiquæ, vt quando alter solùm est benedictus, siue vir, siue fœmina, vterque de nouo benedicantur. Quæ consuetudo erit seruanda, etiam si constitutio scripta non esset. Quia istæ benedictiones non sunt sacramenta, sed sacramentalia. ex mente glossæ in capitu. tertio. de secundis nuptijs. Benedictiones enim istæ sunt de solennitate sacramenti, non de essentia. Sotus in quarto sententiarum distinctio. 26. quæstione secunda. articul. tertio. pag. 94. colum. prima. Et in hac re est addendus Ioannes Bernard. in praxi Canoni. crimina. capitu. 68. & Gregor. Lopius in. l. secunda. glos. secunda. titulo. 12. partit. quarta. Et benedictiones vnde traxerint originem, ponit Thomas Valdens. de Sacramentis. capit. 133. numer. tertio. Augustinus in libr. quæstio. veteris & nouæ legis. capit. 127. Illefonsus à Vera cruce in Speculo coniugio. prima. part. articul. 13. qui citat Sanctum Thomam in quarto. distinctione. 28. articul. tertio. quæstione quarta. & Sylvest. verbo, Nuptiæ. §. secundo. Tenor autem extrauagantis Ioannis 22. circa correctionem & declarationem. capit. primi. de secundis nupt. quia typis non est excusus, ideo subijciendum fore in præsenti statui.

Concertationi antiquæ finem imponere cupientes, præsenti declaramus edicto, quòd licèt vir, vel mulier ad secundas nuptias transiens benedici non debeat, cùm aliàs sit benedictus, contrahens tamẽ secum benedici debebit: quia si forsan alter eorum, vel ambo ad secũdas nuptias trãseuntes in primis benedicti non fuerint, danda erit benedictio in secundis. Sanè antiquum volens recuperare rigorem statuimus, vt presbyteri, qui secundas nuptias benedixerint scienter, ad sedem apostolicam ex hoc venire minimè teneãtur, sed à pœna suspensionis hoc casu à iure inducta, per suos possint diœcesanos absolui. Si qui autem iuxta opinionem Doctorum ex hoc hactenus se non re-

non repræsentantes ſuſpenſos quoſlibet ordines, ſeu beneficia verè reperiuntur diœceſani eorum à pœnis ſuſpenſionis ſupradictæ Epiſcopos abſoluere, ac ſuper executione, ac receptiõe beneficiorum huiuſmodi cum eis valeant diſpenſare. Datis Romæ &c. ¶ Intelligas quòd ſuſpenſio prædicti.c.1.de ſecund.nupt.non eſt canon latæ ſed ferendæ ſententiæ, & ſic declarat verbum, Suſpenſum, id eſt per ſententiam Epiſcopi, non tamẽ ipſo iure. Henric.in cap.vir.de ſecund.nup. Hoſtiẽ. & Panormi.in.c.1.eodem titu. Palud. in.4. ſentẽ. diſtinct.42.quæſt.3.artic.1.concluſi.4. Item cùm huiuſmodi ſuſpẽſio fuerit hominis reſeruatur Papæ in dict.capit.primo. Hodie verò epiſcopo per prædictam extrauagan. Concertationi. & pœna illius capit. erat arbitraria in benedicente ſecundas nuptias ſoluto matrimonio ſecundùm Panormita.in dict.capit.1.& ſic vſu receptum eſt in orbe Chriſtiano.

Quæri poteſt, Vtrùm ſecundæ nuptiæ ſint licitæ? Ex noſtro text. conſtat reſponſio, cùm intra annum luctus permittantur, ſoluto priori matrimonio abſque aliqua labe infamiæ, alteriuſve iacturæ. Tum etiam, quia Apoſtol.1. ad Timoth.5. in viduarum inſtructione ait, Volo, inquit, iunio res nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario. & ad Roma. 7. Quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Et ſubdit, igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ſi autẽ mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Eademq; verba refert.1.ad Corinth.7. dicens, Mulier alligata eſt legi, quanto tẽpore vir eius viuit: quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt: cui autem vult nubat tantùm in Domino. Et ſic nuptiæ ſunt licitè, contra aliquos hæreticos, nempe Nouatianos & Cataphrygas Montani diſcipulos ſecundas nuptias damnantes, appellantes eas fornicarias. Et Tertullianus huic hæreſi fautor fuit, & audacter conſentit in libello de Monogamia. quos inter hæreticos commemorat. D. Auguſtinus lib. de hæreſi b. cap.26. & capit.86. Alphonſus à Caſtro de hæreſ. verb. Nuptiæ.cap.2. Ioan. Arboreus lib.4. Theoſophiæ.cap.29. Domi. Sotus in.4.ſentent. diſtin. 42.quæſt.3.& ibi.quæſt.3.artic.primo. tenet præſcriptam concluſionem Paludan. Couar. in Epitome.4. Decreta.2.part.cap.3.§.nono.num.4. Igitur liberè poterit mulier ad ſecundas nuptias tranſire abſque aliqua pœna, ſoluto matrimonio, & intra annum luctus ſeu intra aliud ſimile tempus: nec defendendæ ſunt leges contrariæ tanquã contrariantes ſacramento matrimonij. vt per Couar. vbi ſuprà. num. quinto. cõtra Iacobum Curtium libr.tertio. coniecturalium.cap.9. qui nimis audacter leges ciuiles quo ad pœnas nubentium intra annum luctus abſque vllo iure defendit.

Eſt tamen inquirendum, Vtrùm leges inferentes pœnas contrahentibus ſecundas nuptias, omnes ſint inualidæ? Reſpondeo non omnes eſſe inualidas: ſed eæ, quæ in fauorem filiorum ſunt impoſitæ mulieribus valent, niſi illa quæ infert infamiã. Quæ verò impediunt liberũ congreſſum ad contrahendũ ſoluto matrimonio in præſenti lege amouentẽ, & ſecundũ ius Canonicũ. ex mente glo.in.c.fi.in verb. Legalis infamiæ. ibi, Quidam tamen dicunt, quòd propterea. de ſecund.nupt. vbi Innoc. Ioan. Andr. Anto. Henri. & Præpoſit. gl.fi.in.c.vlti.2.q.3. & tenent oẽs Canoniſtæ ſecũdùm Bar.in.l.1.nu.2.C. de ſecũd.nup. Vincẽ. Herculan.q.7.colũ.7. & eſt cõis opinio ſcdm Panor. & Præpoſit.in.c. fi. de ſecund.nupt. quanuis vellent recedere à cõi per aliqua fundamenta, quæ per te ſunt videnda. Sed prædicta opinio eſt tenenda in iudicando, & eſt magis cõis ſecundũ Matth. de Afflict. deciſio.75.nu.5. Ioan. Neuizan. in libr. 2. Syluæ nuptial. nume.78. Feli. nume.57. verſic. Secunda declaratio. in ca. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt. vbi Deci. col.14. verſ. Secunda cõcluſio Abbatis. nu.35. poſt Panor. ibi. nu.20. in rep. Ioã. Coraſ. lib.3. Miſcellan. iuris. c.1. Nicol. Boeri. deciſio.186. nu.2. Rip. in rep. rub. C. de ſecũd. nup. nu. 16. & Ioan. â Garroni. nu.24. Et dixit cõem ac eſſe temerarium ab ea recedere. Idem Garron. in rep. l.1. col.fi. num.137. C. de ſecund. nup. Couar. dicit cõem, nec eſſe tutum à prædicta cõi opinione recedere. in epito.4. Decret.2.part.c.3.§.9.nume.5. Præpoſit. Alex. in.§.fin.2.quæſt.3. qui optimè loquitur ad vtramq; partem in hoc dubio. Et tandẽ fatetur cõem, & q; graue eſſet recedere ab ea in cõſulendo. Paul. Pariſius conſi.29.col.4.nu.33. & nume.42. libr.3. ¶ Ex qua doctrina primò infertur, pœnas omnes poſitas in.l.1.C. de ſecund.nup. atque etiam in.l.fin.tit.12.par.4. aduerſus fœminas intra annũ luctus contrahentes, locum hodie etiã in foro ciuili non habere, per iſtam noſtram legẽ Regiam. cum capi. fina, de ſecund.nupt. Et ſic deducitur, vt fœmina intra annũ luctus ſecundò nubens, non amittat proprietatẽ, nec vſumfructum bonorũ, quæ ſibi prior maritus reliquit, quanuis in dict.l.1. contrarium ſit ſtatutum. & comprobat Ioan. à Garroni. in repeti. l.1. nu.132. verſic. Tertia eſt opinio Innoc. C. de ſecund. nupt. Quæ opinio locum ſibi vendicare fatetur. Panor. in capi. fina. de ſecundis nupt. etiam ſi poſt mortem mariti intra menſem, vidua ſecundò nubat viro. Idem Panormi. in cap. eccleſia. nu.20. & Areti. & Feli. nu. 57. de conſtitutio. Ioannes Garro. vbi ſuprà refert propter periculum quod inſtat ex commixtione

ſanguinis primi & ſecundi ad prolis certitudinem vt Bald. in l. 1. C. de ſecund. nup. & in l. liberorũ. §. 1. ff. de his qui notantur infa. annotauit. & Philipp. Corne. conſil. 21. nu. 20. colum. 3. ad fin. lib. 1. quia non eſt veriſimile, quòd ius Canonicum velit dare filium primi viri. ſecundo. l. prima. §. quãuis. ff. de vent. inſpiciend. ſecundùm Corne. vbi ſupra. colum. 4. in princi. & videtur opinio multum æqua, & rationabilis teſte Gregor. Lopio in dict. l. fina. tit. 12. par. 4. Sed ex generalitate iſtius text. probanda eſt prior opinio, quæ verior eſt de iure ſecundùm eundem Gregor. Lopium in allegat. l. fin. in verb. *Faſta vn año*. Et ſequitur Couar. in epitom. 4. decretal. 2. part. capi. 3. §. 9. nume. 5.

Deducitur etiam pœnam impoſitam mulieri ob non petitum tutorem, & redditam rationem adminiſtrationis, ſi eam habebat antequam ad ſecundas nuptias conuolaret, non ceſſare, imò locũ habere hodie per dictam communem doctrinã, quæ ait, pœnas ſecundò nubẽtium inductas fauore filiorum, adhuc iure canonico ſtante, & ſic iure Regio, cui concordat, vigere. Couarruuias loco præcitato. Quinimò plus videtur iſta puniri, quia nec filijs ſuccedit ex teſtamento iure ſubſtitutionis, vel ab inteſtato, ſi moriantur in pupillari ætate. vt in l. omnem. C. ad Tertul. ex mente Azon. in ſum. de ſecund. nupt. §. quas autem pœnas. Hoſtien. in ſum. eiuſdem titul. col. 5. Præpoſi. in rub. de ſecund. nupt. col. 2. & Ioan. à Garroni. in repe. authen. eiſdem pœnis. 3. not. nu. 5. C. eodem titu. qui alios huius ſententiæ refert,

Idem dicendum erit, ſi mulier accepta tutela liberorum non nubat, ſed luxurioſè viuat, ſecundũ eundem Ioan. Garro. in dict. authen. eiſdem pœnis. nu. 6. verſ. Addo q̃ idem dicẽdum eſt. & in l. generaliter. nu. 20. C. eod. tit. vbi idem dicit habere locum in viro luxurioſo poſt mortẽ vxoris. & in authen. eiſdem pœnis. nu. 18. eod. tit. l. 3. titu. 12. part. 4. dum dicit. *Y la miſma pena deue auer, ſi ante que paſſaſſe el año fizieſſe maldad de ſu cuerpo*. text. in authen. eiſdem pœnis. C. de ſecund. nupt. & in authen. de reſtitutio. & ea quæ parit in vnde. menſe. §. fina. Eo enim ipſo q̃ peccat in corpore, amittit omnia priuilegia, & tutelam filiorũ. Bal. in l. his ſolis. C. de reuo. dona. Panor. in c. vxoratus. nota bi. 2. de conuerſio. coniug. Rip. in rep. l. fœminæ. nu. 31. C. de ſecund. nupt. Facit. l. fina. titu. 4. infrà iſto lib. 5. ordi. glo. in authen. ſacramentum. verb. contractis nuptijs. C. quando mulier tutelæ offi. fungi poteſt. quæ eſt generaliter intelligenda iuxta iura, quæ citat, ſiue viuat luxurioſè intra annũ luctus, ſiue poſt durante tutela, ſeu cura. Iacob. de Bellouiſu in authen. de reſtitu. & ea quæ parit in vndecimo menſe. §. fina. & alij plures, quos refert & ſequitur Ioan. à Garron. in dict. rep. authẽ. Eiſdem pœnis. num. 23. verſ. Adde quòd iſta opinio. C. de ſecund. nupt. ¶ Item per matrimonium ſecundum amittit tutelam filiorum, authent. ſacramentum. C. quãdo mulier tutel. offi. fungi. pote. l. 5. titu. 16. parti. 6. Item amittit lectum quotidianum, ſi intra annum luctus nubat ſuperſtes coniux, ſiue vir, ſiue fœmina ſit. l. 6. tit. 6. li. 3. for. leg.

Item tenetur reſeruare filijs primi matrimonij proprietatem bonorum habitorum à primo matrimonio, vel ex ſucceſsione filiorum prioris matrimonij. l. fœminæ. C. de ſecund. nup. l. 15. Taur. vbi Cifuent. & Anto. Gomez. Couar. in epitom. 4. Decretal. 2. part. cap. 3. §. 9. nu. 6. vbi videas alias duas illationes. ſcilicet. 4. & 5. ad materiam huius legis. Septuaginta & ſex pœnas, quas incurrunt ſecundò nubentes, poſuit Ioan. à Garron. in repet. rub. C. de ſecund. nupt. à nu. 8. vſque ad nu. 110. & ibi deſignantur remedia, quibus vti debent ſecundò nubentes, vt illas pœnas euitare valeant, quæ ibi ſunt videnda à nu. 111. cum ſequent. Et primũ remedium ſit, quòd petat licentiam contrahendi matrimonium ſecundum à filijs primi matrimonij. gloſ. in authenti. de non eligendo ſecund. nubent. in princ. verb. copulantur. collat. 1. ſingul. ſecundùm Angel. in. l. mater. C. ad Tertul. Roman. conſil. 219. & in ſingula. 248. Bartol. Cæpol. cautel. 238. Iaſ. in. l. filium quem habentem. colum. 8. C. famil. herciſcun. & in. l. ambiguitates. nu. 4. C. de indict. vidui. tollend. Cremenſ. ſingu. 74. Philipp. Deci. conſi. 206. verſicu. Et prædicta. col. 2. Gomez Arias in. l. 46. n. 2. in legib. Taur. Cifontanus in. l. 15. Tauri in. 1. limitatione. Nicola. Boerius deciſio. 113. nu. 6. Et eſt opinio communis & indubitata apud omnes doctores ſecundum Ioã. à Garronibus in dict. repe. rub. C. de ſecund. nup. nume. 116. Ideò ſit cautus aduocatus, qui conſulit ſecundo nubenti habenti filios ex priori matrimonio, quia per talem conſenſum mulier omnes pœnas vitabit, ſecundùm Angel. in dicta authen. de non eligend. ſecund. nuben. in princi. colum. tertia. numer. octauo. Sed quid erit cùm non habeat filios ſed nepotes? Reſpondendum, quòd ſimiliter euitabit pœnas, ſi de licentia eorum contrahat ſecundas nuptias. Ioan. Garroni. vbi ſupra. nu. 117. & requiritur licentia expreſſa filiorũ, nec ſufficit præſentia cum taciturnitate: quia in actu odioſo & vituperabili, ſeu non delectabili præſens & tacens non habetur pro conſentiente. glo. in. l. qui patitur. ff. manda. tenet Ioan. Garro. loco proximè citato nu. 119. ¶ Circa præmiſſa eſt dubiũ notabile & neceſſariũ, vtrũ requiratur cõſenſus oĩm filiorum, vel ſufficiat, q̃ aliqui aſſentiantur, licèt alij diſſentiant, & contradicãt, vel ſint minores, & ſic in infantili ætate, qui nec habent diſcretiõem conſentiendi, vel contradicendi? Videtur dicendum

dum tantùm istum consensum, & tacitam renuntiationem factam per consensum expressum extendendam fore in præiudicium cõsentientium, non autem aliorum, quibus non debet parari præiudicium. per regu. iuris, Res inter alios acta, alijs nocere minimè debet. ca. cùm olim. ad fin. & ibi gl. de caus. poss. & proprieta. Tum etiam, quia vbi agitur de præiudicio singulorum in particulari, nõ sufficit consensus etiam si fuisset maioris partis. argu. l. per fundum. ff. de serui. rustico. prædio. gl. 1. c. cùm omnes. de constitu. Et suadetur ex traditis à Bartho. Soci. in. l. si cognatis. nu. 23. versic. Circa secũdam fortissimam opinionem. ff. de reb. dub. Et possent adduci, quæ tradi solẽt in illa quæstione tradita à Bartol. in. l. 4. §. Cato. nu. 33. cum seq. ff. de verb. obligát. Vtrùm si ex forma statuti requiratur pax cum hæredibus seu consanguineis defuncti (vt in. l. 22. titu. 1. part. 7. habetur) sit necessarius consensus omnium hæredum, vel consanguineorum, qui sunt in primo & proximiori gradu, vel sufficiat habere pacem à maiori parte, quanuis aliqui dissenserint? Et Bart. vbi suprà tenet sufficere pacẽ à maiori parte. Nam si hoc est constitutum fauore liberationis in causa ciuili, & pecuniaria, à fortiori erit in capitali & criminali, secundum Paul. Castr. in. l. 2. §. ex his. nume. 3. ff. de verb. obligatio. Bald. in. l. cùm inter veteres nume. 2. C. de fideicommissa. libert. Petrus Ancharra. in Clemen. Plures. nu. 4. de iure patronat. Angel. in dict. §. Cato. vlti. col. Floria. in. l. per fundum. col. fina. ff. de serui. rusti. prædio. Et opinio Bart. communiter tenetur secundũ Francisc. Areti. in. l. pro hærede. §. si sepulchri. col. 2. versic. Sed aduerte ad hoc vltimum. ff. de acqui. hæredita. & eam videtur approbasse Angel. de Periglis in. d. l. 4. §. Cato. col. antepenul. nu. 57. Ioan. Garron. in repet. rubr. C. de secund. nupt. nume. 120. versicu. Sed prædicta quæro de notabili, vtili, & necessaria quæstione. Sed contraria opinio est magis cõmunis, imò quod nullo modo sufficiat consensus maioris partis, sed omnes debent consentire, cùm tanquam singulis cõpetat istud ius vindictæ propter iniuriam & mortem patris, seu testatoris, cuius personam repræsentant de iure. Quam sententiam contra Barto. defendit Ludo. Roma. in. l. 4. §. Cato. nume. 43. & Imol. colum. penul. Raphael Cuma. & Petrus de Besutió, & Vincen. Hercula. col. 52. Iaso. pen. & fina. col. qui notabiliter loquitur. Et est magis communis secundùm Rip. colũ. antepe. nu. 103. versicu. Hoc sic discusso redeò ad quæstionem. & opinio Barto. in distinctè intellecta communiter reprobari ait ibi Alciat. col. fin. nu. 226. Hierony. Butig. nu. 175. refert communiter reprobari opinio Barto. quanuis ipse eũ defendit. Et est verior secũdm Io. Crott. in puncto iuris. quãuis Bar. opini. dixerit cõiter approbatã in nu. 151. col. 43. vbi vi. Carol. Ruin. nu. 101. vers. Quantũ verò ad decisionẽ principalis quæstionis. Et Maria. Soci. nu. 273. dicit cõem ac de iure veriorem, & adducit aliqua fundamenta pro comprobatiõe eius, & latissimè ad vtranq; partem comprobat Ludo. Bologni. à num. 199. & tandem concludit contra Barto. dicendo quòd requiritur consensus omniũ hæredum. Gandi. in tract. malefi. rub. An pax facta de vulnere, videatur facta de morte? versi. Sed pone, statuto cauetur, quòd si bannitus habuit pacem. Nellus in tractatu bannito. 3. parte secundi temporis. quæstione. 39. amplissimè agit de hac quæstione. Et istam opinionem approbaui in. l. prima. titul. vndecimo. libr. primo. suprà in glos. prima. ad finem. Cùm ergo pœnæ secundò nubentium sint regulariter introductæ fauore liberorum primi matrimonij, si aliqui consentiant, quo ad ipsos euitabit pœnas secundò nubentium indictas, quia possunt fauori suo renuntiare. l. penulti. C. de pactis. cum similibus. Sed in præiudicium aliorum non consentientium non valebit talis consensus, nec euitabit dictas pœnas in fauorem filiorum introductas. argum. dict. l. per fundum. ff. de seruitu. rustico. prædio. quia omnibus filijs facta est iniuria per transitum ad secundas nuptias. §. veniant. in authenti. de nupt. & in. §. prospeximus. in authenti. de non eligend. secundo nub. ergo ab omnibus erit remissio facienda per præmissa. capit. quod omnes. de regulis iuris. libr. sexto. Et istam partem firmat Ioannes à Garronibus in repeti. rubri. C. de secundis nupt. numer. 120. vbi ponit alia remedia ad hoc vt mulier secundò nubens euitet pœnas hac ratione à iure inductas fauore filiorum.

todas las ciudades villas y lugares de nuestros Reynos y señorios que no atienten de proceder, ni procedã por la dicha causa y razõ cõtra las dichas biudas: ni contra aquellos que con ellas se casaren [b]: so pena de dos mil marauedis para la nue-

b ¶ *Aquellos que con ellas se casaren.* Non solũ nubens intra annũ luctus erat pœnis iuris cõis afficiendus

ſtatutis aduerſus ſe cũdò nubẽtes, ſed etiã ille, qui ſcienter cũ illa cõtrahebat infra tale tẽpus. vt in.l. 1.in fi.&in.l.liberorũ.§.notaſſ.ff.de his qui not.in fami. quæ tñ pœnæ hodie ſunt ſublatæ p noſtrã legẽ.& Bar.annotauit in.d.§.notanſ.& Io.à Garronibus in repetitio.rubr. C. de ſecũd. nupt. verſic. Vigeſimano na pœna. nu. 65.&ĩ.l.1.nu. 14.eod. titul. ideo hic optimè amouent hmõi pœnæ tam ex parte cõtrahẽtis ſe ſecundas nuptias, quã reſpectu tertij accedentis ad binubiũ, etſi cõſiderata ſua pſona eſſet prius matrimoniũ, cũ licitè ex poteſtate ſibicõceſſa ab Apoſtolo contrahat, ſolutoprimo matrimonio p ea, quæ in prima gl.annotata fuerunt: nã aliàs diſpoſita in vno ex correlatiuis, diſpoſita cẽſebant in altero, etiam in materia odioſa & pœnali.l.fi. C. de indict.vidui. tollend.l.vni.C.de Cupreſſ.lib.11. Et in terminis nr̃æ materiæ probat Rip.in rep.l.fœminæ. col.1. nu.2.C.de ſecũd.nupt.per tex.in.§. ſi verò expectet.verſi.Et hæc cõis mulieris & viri pœna. in authen.de nupt.& in.l.gñaliter.in prin.C.de ſecũd. nup.gl.in.l.fœminę.§.illud.C.eo.tit.in verb.poſſeſsione.quæ ait oẽs pœnas ſancitas aduerſus ſecũdò nubentes cões eſſe vxori & viro quã ibi Bart. & cõiter doct.ſequuntur ſecundũ Ripãvbi ſupra, qui citat Oldrald.cõſi.24.& Roma.cõſil.182. Plures vltra eũ refert Phili.Deci.cõſi.230.in.1.dubio. col.1.cum ſeq.Et pro hac opinione eſt.l.15. Tauri, quæ locũ habet in pœnis ſtatutis fauore filiorũ, ex ſuprà dictis in prima glo.¶Circa præmiſſa dubitatur, An cõiux poſsit remittere pœnas, quę hodie habent locũ aduerſus cõtrahentes ſecũdas nuptias cõiugi infra annũ luctus? Videt q̃ non: quia talis remiſsio eſt cõtra bonos mores, ergo non valet.l.ſi quis inquilinos.§.fin.&.l. turpia. delega.1. Bald.in.l.1.col.3.nu.6.C.de ſecund. nupt. Roma. conſi.219.In contrariũ verſatur tex.in.c.fin. de ſecund.nup.Et iſta lex cùm liberè permittat ſecundas nuptias intra annũ luctus.ex Ripa in.l. fœminæ.col.4.verſic.Decimotertiò dubitatur. nu.27. C.de ſecũd.nup. vbi hãc partẽ veriorẽ exiſtimat, & Ioã. Garr. in repet.rub. nu.112. C. de ſecũ.nupt. latè d̃ hoc agit, & dicit priorẽ opinionẽ cõiter teneri, quãuis exiſtimetvltimam veriorẽ, ampliſsimè eam defendit ipſe Garro. in repe.l.1.nu.80. verſi.Secũda cõcluſio eſt, quod marit⁹. C.de ſecund. nupt. Adde ad materiam huius legis q̃ notantur ab Augu.Beroi. deciſ.119.col. fi.nu.7.& in deciſ. 66.incip.Matre poſt ſuſceptã tutelã.& Mathe.de Afflict.deciſio.357.incip.In cauſa appellationis.nu.1.¶Vtrùm autem pater obligatus maneat ciuiliter in aduentitijs in pœnam trãſitus ad ſecũdas nuptias? De quo dubio per Ioan. Garro. qui plura cumulat in rep.rubr. C.de ſecund.nup. verſi.Decimatertia pœna.nu.25.Et videtur, q̃ ſic, cùm teneatur poſt mortem reſtituere filijs primi matrimonij proprietatem plenam, & ſic de talibus bonis reſeruatis, quo ad proprietatẽ propter ſecundas nuptias poterunt filij primi matrimonij quibus applicantur teſtari. ſecundùm eundẽ ibi. nu.53.pœn.27.Ergo videtur quodammodo obligatio ciuilis orta per talem contractum. Tu tamẽ vide in dicto nume.25.

ſtra camara y los que lo contrario hizierẽ ſeã emplazados que parezcã ante nos en la nueſtra corte.

EL rey no deue dar cartas para q̃ ninguna dõzella ni biuda ſe caſe cõtra ſu voluntad: ſegun ſe contiene en eſte libro en el titulo de las cartas.

ADDICION.

¶ *Concuerda con eſta ley, la ley 3.tit.1.lib.5. de la Recopilaciõ.*

Titulo. II. De los teſtamentos y mandas.

¶ *Ley.I. De los teſtigos que ſon neceſſarios para que el teſtaménto ſea firme.*

¶ El Rey don Alonſo en Alcala. A Era mil cccl xxxvj.

¶ Fuero.

SI alguno ordenare ſu teſtamento[a], o poſtrimera volũtad, en qualqer manera cõ eſcriuano publico

¶ *Titulus. II. De Teſtamentis.*

¶ *Lex. I.*

a ¶ *Teſtamento.* Pro huius.l.declaratione, quatenus de teſtamentis tractat, nõ parum vtile cenſui, præmittere formam, quæ in ordinatione teſtamenti ſeruari debet: ipſumq̃; deinde per partes exponere. ita, vt vltimarum voluntatum materia taliter maneat expedita. vt ibi amplius, quod reliquum ſit, deſi-

sit. desiderari non possit. Forma autem ordinandi testamentum secundùm hodiernum Stylum. sequens est.

In nomine omnipotentis Dei Domini nostri, eiusque matris Mariæ virginis intemeratæ, sit manifestum omnibus presentis Testamẽti formam inspecturis, q̃ cùm ego. N. mortis vẽturæ certitudinem, eiusque horæ ineuitabilis incertitudinem animaduerterẽ, cupiens eam ordiationẽ testamenti prouidere, vtpote corporis infirmitate laborans, ratione autem & intellectu, quem mihi Dominus noster tribuere dignatus est, sanus. (Si autem corpore etiam valuerit, dicat, Cùm & corpore, rationeq̃; & intellectu, quem mihi Dominus noster tribuere dignatus est, valerem) Testamentum, & vltimam volũtatem ordinare, & condere statui forma sequẽti.

deuẽ endeser pſentes a lo ver otorgar. iij. testigos alomenos vezinos del lugar do el testamento se fiziere, y si lo fiziere sin escriuano publico, seã ende cinco testigos alomenos vezinos, segũ dicho es: si fuere lugar do se pudierẽ auer: y si fuere tal el lugar q̃ no se pudiere assi auer Escriuano publico: deuen ay ser pſentes cinco testigos vezinos, si pudierẽ ser auidos en el dicho lugar, y sino pudieren ser auidos cinco testigos enel dicho lugar alomenos sean presentes tres testigos: y sea valedero

Et primùm ad Dominum Deum nostrum toto corde conuersus, confiteor sanctam fidem Catholicam, quam habui semper, & credidi, habeboq̃; & credam vsque in articulum mortis, & in ea viuere, moriq̃; protestor tanquam fidelis Christianus, nullam fidem tribuens, atq̃; abijciens omnia illa, quæ sint, fuerintve contra eam: meq̃; semouens, anathematizãdo omnem hæresim, omnemque eius speciem, quæ contra nostram sanctam fidem Catholicam, aut contra quę sancta ecclesia Romana omnium Christianorum mater tenet, creditque, & docet, prodierit, prodiditve vnquam. In cuius signum confiteor ore, dicens Credo in vnum Deum, &c. Confiteor prætereà me grauiter peccasse, Dominumq̃; & Deum nostrũ Iesum Christum grauiter offendisse omnibus diebus vitæ meæ. Quapropter omnipotentẽ Deum deprecor, vt propter suam misericordiã, clementiam, & pietatem omnium peccatorũ, defectuũq̃; meorum veniam mihi donare dignetur: eiusque sacratissimam matrem virginem Mariam vnicam aduocatam nostram, & sanctum Michaelem Archangelum, & Petrum apostolum totius ecclesię caput, omnesq̃; sanctos in cælis commorantes humiliter oro mihi apud Deum patrocinari, meãq̃; animam ante eius diuinam maiestatem præsentare dignentur, vt in extremo, atque tremendo die iudicij mihi veniam cõcedat, vt ab æterno luctu, pœnisque infernj aĩa mea liberetur, & remissionem pœnarũ pũrgatorij mereatur. Ad cuius subsidium, et confirmationem anteomnia peto tanquam fidelis & catholicus Chr̃ianus sacramẽta sanctæ matris ecclesiæ, & extremam vnctionem suo tempore debito mihi dari secundùm ordinem sanctæ matris ecclesiæ.

Prætereà & secũdò condo, & præcipio, vt omnia debita mea, quę adhuc non sunt liquidata, nec impræsentiarũ possunt solui, aut liquidari, quàm breuissimè fieri potuerit, soluantur. Si autem ea non sit soluendo, de eis tamen mẽtionem faciat, vt ad eorum solutionem bona eius vendantur. Si tamen cui sit satisfaciendum non meminerit de aliquo debito, de quo tamen meminit, etiam de eo faciat mentionem. Quæ tamen viuus sine testamento soluere potuerit, nequaquam differat ad solũtionem in testamento, decedet enim in peccato, cùm ipse sit in culpa, non soluendo quæ potest. Item & tertiò commendo animam meã eius creatori omnipotenti Deo: corpus autem meum sepeliri iubeo in tali templo, & super imponi lapidem sepulchro, cui aptẽtur insignia mea, & circunscribatur nomen meum. (Pro sepulchro autẽ tres aureos nummos, aut, meliùs, plures, ne videatur simoniam committere, aut solitum ecclesiæ solui præcipiat. ¶ Item & quartò præcipio lugubres vestes dari meis consanguineis pauperibus (nam si eleemosynæ nomine non dentur, meliùs est tales vestes non ferri. ¶ Item & quintò iubeo, vt pro me tot missæ dicantur, totque funera anniuersaria fiant: eas autem dicẽtibus, iubeo pro suo labore decem nummos aureos dari (aut quod voluerit. ¶ Item & sextò volo dari. P. I. & F. tot nũmos (in qua voluerit quantitate. Hic prætereà po-

nenda sunt pia mãdata, vt eleemosynæ, & missæ, quæ pro se, vel pro quibus voluerit, vel pro quibus teneatur, iubeat dici.

Item & septimò iubeo tot nummos dari famulo meo. N. propterea quòd mihi fideliter, & constanter sit famulatus. (Hic præterea interponenda sunt mandata remuneratoria. ¶ Item & octauò præcipio dari. N. decem modios tritici. (Hic etiam mandata voluntaria sunt interponenda. ¶ Deinde dicat sic. Item & nonò ad complementum istius nostri Testamenti, & ad executionem omnium in eo contentorum, constituo executores, & testamentarios, quos vulgari sermone dicimus Albaceas, A, & I. quibus, & vnicuiq; eorum in solidum concedo plenam potestatem petendi debita à meis hæredibus, alijsque quibuscunque debitoribus in iudicio & extra, & intrãdi mea bona, siue sit adita siue non hæreditas, accipiendiq; ex eis omne, quod ad huius testamenti complementum opus fuerit, vendendiq; bona, etiam si hæreditas fuerit ab hæredibus repudiata. In bonis autem, quæ, remotis ad huius testamenti complementum necessarijs, remanserint, instituo hæredem vniuersalem. N. (quem semper explicet suo nomine proprio: præterquàm si in aliqua re particulari voluerit aliquẽ instituere: debet enim talem, antequam vniuersalem hæredem, instituere. Præterea, si aliquem filium suum exhæredauerit, debet causam exhæredatiõis exprimere: aliàs enim, si filius tempore testamenti manebat sub patria potestate, potest testamentum rumpere. Si autem est emancipatus, vt sunt in hoc regno filij, qui iam vxorem duxerunt: & in alijs regnis, vbi cessat patria potestas, poterit de inofficioso testamento querelare. Si autem non exhæredauerit, tamen instituerit, poterit eum extra legitimã pater, in quibus sibi visum fuerit, substituere: pro facultate tamen, quæ in istis regnis per. l. 27. Tauri conceditur: & imponere ei quodcunq; restitutionis, fideicommissi, vinculi, submissionis, substitutionisve grauamen, dicens. Et tales domus, hortos, & prædia, in quibus filium meum. N. hæredẽ instituo, volo ipse habeat, & teneat extra legitimam suam omnibus diebus vitæ suæ: & post eius obitum eius filius maior succesiuè: vbi autem vir fuerit, in æquali gradu semper præferatur fœminæ, etiam si vir fuerit minor. Si autem descẽdens defuerit, succedat consanguineus mihi, dictoque filio meo propinquior: & semper maior ætate minori præferatur, dummodo sint æquales in gradu: & vir minor ætate, fœminæ etiam maiori præponatur. Volo etiam, quòd dicta bona, quæ sic vinculata relinquo, non possint vendi, diuidi, mutarive vllo modo, à iure pro alienatione habito, etiam si talis alienatio, in manifestam vtilitatem, & commodum ipsorum bonorũ fuerit. Præterea non possint alienari, nec per alienationem voluntariam, nec necessariam: nec per aliquem titulum oneroſum, aut lucratiuum, etiam arrharum, dotisve, aut donationis propter nuptias, aut redemptionis captiuorum, aut constructionis alicuius ecclesiæ. (Circa istam prohibitionem omnino est videndus Gregor. Lopez in. l. 6. titu. 11. patti. 6. in patt. *Quella non pudiesse vender.*) Si autem dictus filius meus. N. aut quilibet alius, qui dicta bona, & vinculum possederit, voluerit ea alienare, vendere, pignorare, mutare, aut diuidere, aut per longius tempus nouem annis locare, ipso facto sit dicto bonorum vinculo priuatus, transeatq; ipso iure ad sequẽtem in gradu, etiam si illa alienatio sit solius possessionis. Pater poterit filium, vel filios impuberes pupillariter substituere. ¶ Item & decimò constituo tutores, & curatores filiorũ meorum. I. & F. ¶ Item & vndecimò volo sit hoc Testamentum validius omnibus, quæ ante hac condidi. Si autem aliquod posthac condidero, volo sit hoc firmius eo: dum tamen in eo non fiat huius integrè, & expressè mentio de verbo ad verbum: aut per me ponatur in eo tale verbũ, In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Aut salutatio angelica, Aut aliud simile integrè. (Si autem apparuerit aliud testamentum per has easdem clausulas constitutũ antehac, vt per hoc reuocetur illud, dicat sic. Volo autem, quòd solùm hoc testamentum sit validũ, & nullum aliud, quod antehac cõdiderim, etiam si in eo contineatur clausula, quod ad reuocationem sui fiat de eo expressè de verbo ad verbum mentio in testamento post illud condendo: aut quòd fiat mentio de aliqua oratione, aut de alio simili, quòd hic habeo pro expresso, & inserto ad validitatem, & firmitatem huius mei testamenti, quod solum volo & iubeo sit validum, & non aliud. Si autem istud testamentum propter aliquã præteritionem, aliosve defectus cuiusvis solennitatis non valuerit vt testamentum, valeat vt codicillus. Si autem non valuerit, vt codicillus, valeat vt vltima volũtas. Rogoq; consanguineos meos, qui aliquod ius succedendi mihi ab intestato, aut alio quouis modo habuerint, vt bona, hæreditatemque meam restituant. N. quem in hoc testamento meum hæredem vniuersalem nomino, & instituo. ¶ In primis inquirendum est, Quid sit testamentum? Et respond. quòd Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult. Ita Vlpian. in l. prima. ff. isto titul. Hanc definitionem Iurisconsulti tenent ibi doctores, & Panormi. in rubr. extra. eod. Ias. in rub. ff. de legat. 1. col. 3. nu. 6. & in. l. sciendum. nu. 3. eod. tit. Sylvest. verb. Testamentum.

tum.& Couarru.de teſtamẽ. in prima part.rubricæ.nume.3.& Hoſtien. in ſumma eiuſdem tituli. §.quid ſit teſtamentum. videtur probare eandem Iuriſconſulti definitionem. Ab aliquibus additur verbum, Cum inſtitutione hæredis.

Dictum eſt in definitione, voluntatis noſtræ iuſta ſententia.eo quòd perfecta ſit & ſolennis cũ omnibus requiſitis,vt colligitur ex Areti.in dict. l.prima.& Marco Antonio in prin.Inſti. de teſtamen.num. 4. Non enim eſſet perfecta voluntas, ſi quid ex ſolennibus ad inducendum teſtamentum neceſſarium deficeret, vt hæredis inſtitutio. text.in.§.ante hæredis.Inſtit.de legat. Vel ſi deficerent teſtes requiſiti à lege, non eſſet teſtamentum, nec ex vi teſtamenti valerent contẽta in eo.

Ex quo infertur, quòd lex ciuilis inducens ſolennitatem teſtamentariam iuſta eſt, intantùm, quòd ſi eius ſolennitas ſit omiſſa, relicta in teſtamento non debẽtur,etiam in foro animæ, vt præter alios fundamenta adducendo probat Couar. in cap.cum eſſes.de teſtamen. de cuius veritate latius agam in cõmento huius legis. ¶Ex quo infertur ſecundò non benè dixiſſe Hoſtieñ. quatenus declarando definitionem dixit, Iuſta ſententia, non dico,id eſt,ſolennis, vt quidam, ſed iuſta,ad literam: Nam ſi iuſta eſt,pro ſententia, & pro lege ſeruanda eſt.l.1.ff.ad legem Falcid. §.diſponat. in authenti.de nupt.& in prin. Inſtit. de lege falcid.Secùs ſi impia vel iniuſta.Hactenus Hoſtien. Ex quo colligitur, quòd ſolẽnitatis omiſsio non reddit teſtamentum iniuſtum. Quod tamen falſum eſt.Confirmatur ex Viglio in prin.Inſtit.de teſtam.num.29. Et huic intellectui adſtipulatur. l.1.ff.de iniuſto rup. dicens non iure factum teſtamentum,cui ſolennia iuris defecerunt. vbi gloſſ. verb.ſolennia,dicit circa teſtes, & ſigilla, & ſimilia &c.text.etiam in princi.Inſtit.de hæredi.quæ ab inteſta.deferun.cuius pulchra verba ſunt. Inteſtatus decedit,qui aut oĩno teſtamentum non fecit:aut non iure fecit: aut id,quod fecerat, ruptũ, irritumve factum,aut ſi ex eo nemo hæres extiterit.Et ibi gloſſæ hoc prædicant in verbo, non iure fecit,& in alijs ſequentibus. Igitur contra interpretationem Hoſti. in loco præmiſſo. Facit text. in.l.cùm filio.ff.de legat.3.vbi dictio, Iuſta, declaratur,id eſt,perfecta.Si perfecta,nil de neceſſarijs deficere poterit:aliàs nulla erit talis diſpoſitio:Nihil etenim actum eſſe credimus, dum aliquid addendum ſupereſt.l.pen.C.de his quib.vt indig.c. nihil.7.q.1.& capit.1. in fin.de renuntia. Quibus ſuffragatur quod notat Alcia.lib.4.Paradox.c.7. vbi iuſta ſententia in definitione teſtamenti intelligitur de plena,perfecta,& ſolenni, cuiq; maior diligentia addi non poſsit.¶Et nota,quòd teſtamentum dicitur ſententia, & ſic valet arg. de vno ad aliud.l.1.ff.de teſtam.l. hac conſultiſsima. C.qui teſta.facere poſſunt.l.1.ff.de teſtam. Alex. conſi.4.nu.2.lib.7.Auiles in capit.præto.cap.36. in glo.verb.*Firmadas*. ¶Subdit Vlpianus in definitione, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit.ad conſtituendam differentiam inter teſtamentum & contractus, qui inter viuos celebrantur,vt nondum expectata contrahentium morte effectum ſortiantur. Diſtat etiam ab alijs vltimis voluntatibus, in quibus non eſt neceſſaria hæredis inſtitutio,ſicut in teſtamẽtis requiritur.l.proxima. ff.de his quæ in teſtam. delentur.ibi, Non poteſt illud teſtamentum valere, quod hæredem non habet.

Contra prædictam definitionem talem argumentum proponi poteſt. Omnis bona definitio debet conuerti cum ſuo definito. l. 1. ff. de dolo. tradit Bart.in.l.prima.ff.de teſtam. Bald.in capi. contingit.de dolo & contuma. Neuizanus in Sylua nupt.libr.primo.num.159.Sed prædicta definitio non conuertitur cum ſuo definito, quia comprehendit codicillos & legata.l.legatum. ff.de legat.1.&.l.legatum.ff.de legat.2.& tamen codicilli non ſunt teſtamenta.l.ſi idem. C.de codicil.l. nõ codicillum.C.de teſtamẽ. Et idem in donatione cauſa mortis.vt in tit. ff. de donat. cauſa mort. de cuius materia agit Couar.in rub.extra iſto titulo. in.3.parte. Ergo prædicta Iuriſconſulti definitio non eſt bona. ¶Iſta tamen difficultas dilui poteſt per interpretationem poſitam ſuprà ſuper verbo, Iuſta, quatenus dixi, accipiendam; eſſe pro ſolenni,& perfecta diſpoſitione,& ſic ſecundũ ſubiectam materiam, de qua agimus.argum. text. in cap.intelligentia.& in cap.præterea.de verbo. ſignificat. & in.l. ſi vno. ff.locati. cui addendus eſt tex.in.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu & habita. vbi verba teſtatoris ſunt accipienda ſecundum perſonam,ad quam diſpoſitio confertur.Facit.l.fin. ad fin.C.ad Macedo.Barba.conſil.39. nume.9.lib.1. & quæ notat Feli.in. c.cauſam quæ.nu.9. de re iudica.Iaſ.in.l.ſed ſi hac.§.liberos. ff.de in ius vocã. Hippolyt.in ſingu.397.& in rub. C. de probatio. num.12.Ioan.Lup.in repe.rubr.de dona.inter virum & vxorem. §.11.nume.9. ad fin. ¶ Vel aliter poteſt ſolui, quòd verba definitionis ſunt accipiẽda in potentiori ſignificato.l.ſi vno.ff.locati. Hippolyt.in.l.eos.nu.16.ff.de falſ.tex.in.c.penul. de ſententia excommuni. ergo definitio eſt intelligenda de vltima voluntate,quæ fit in teſtamento ſolenni,quæ eſt præſtantior,& dignior cæteris vltimis voluntatibus.Et hæc expoſitio conſtat à ſituatione rubr.ſub qua eſt ſita dicta.l.1.ff.de teſtamen.vbi aſsignata eſt prædicta definitio teſtamẽti. Ex quibus igitur colligitur, quòd eſt optima definitio, cùm propriè ſumpta conuertatur cum ſuo defi-

ſuo definito. vt Bart. in dict. l. prima. declarat. Nã inquantum dixit, Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ denotat genus. Nam præter Teſtamẽtum plures actus dici poſſunt ſententiæ voluntatis, vt eſt donatio cauſa mortis, & codicillus, de quibus ſpeciatim agendum erit in declaratione iſtius materiæ. Teſtamentum autem largè comprehendit ſub ſe quamlibet vltimam voluntatem tanquam quoddam genus aptitudine, & potentia, licèt nõ ſemper actu, cùm ſit volũtatis noſtrę &c. Et quòd appellatione Teſtamenti largè comprehendatur quælibet vltima voluntas, eſt glo. & ibi Bald. in. l. ſecunda. C. communia delegat. ¶ Ex quo infertur, quòd teſtamentum eſt genus, & conſequenter cæteræ vltimæ voluntates tanquam ſpecies cõprehendũtur ſub eo, Vnde fit, quòd cui eſt licitũ teſtari, eſt etiam fideicommiſſum relinquere, ſeu codicillari. Bar. in. l. intantum. ff. de ſeruo corrup. Ratio eſt: quia affirmatiuè cui conceditur quod eſt maius & potentius, conceditur & id, quod eſt minus. text. in. l. neque ea. §. primo. ff. de adulter. vbi habetur, quòd qui poteſt adulteros occidere, poteſt etiam eos caſtrare, vel aliter ad libitum vulnerare. Ad quem text. eſt addendus Pala. rubr. in repetitione rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 88. num. 8. & in tracta. de Iuſtit. & iure. in. 4. parte. §. primo. colum. 6. Cifuent. in. l. 82. Tauri. colum. 2. Decius in cap. quia in num. 7. de præbend. Gigas de penſio. quæſt. 18. & tex. in. l. in ſuis. in fin. ff. de liber. & poſthu. & regu. cui licet. de regu. iur. in. 6. & in capit. per venerabilem. qui filij ſint legi. Cui autem eſt inhibitum teſtamẽtum, non poterit codicillum facere. Quia cui remouetur genus, remouetur quælibet eius ſpecies. l. ſi quid earum. §. interemptum. de legat. 3. glo. in. l. prima. §. fin. ff. de ſuis & legi. Et prædictam cõcluſionem tradit Iaſ. in. l. ſciendum. colum. 1. ff. de lega. 1. & Doctor del Caſtillo in. l. 3. Tauri in parte codicillos. ¶ Et qua tenus dixi, poſt mortem, deciditur quæſtio propoſita ab Imol. colum. fin. poſt Bal. ibi in. l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hære. inſtit. quòd ſi aliquis moritur ab inteſtato relicto filio fratre minore, qui poſteà efficitur clericus, vel Epiſcopus, & ſic capax ſucceſsionis, quòd non debet admitti ad hæreditatem, quia inſpicitur capacitas ſecundum tempus mortis. Idem eſſet ſi feciſſet teſtamẽtum, & eſſet eo tempore, quo confirmatum fuit morte teſtamentũ filius inhabilis ad ſuccedẽdũ patri.

Secundò dubitatur, Quo iure fuerit introducta Teſtamenti factio? Et videtur quòd â iure naturali, cùm conſiſtat in declaratione propriæ voluntatis, quæ erat penes omnes homines à principio & origine creationis, antequàm ius poſitiuũ eſſet conditum: & ſic patres antiqui diſponebant de ſuis bonis, vt conſtat paſsim in ſacris literis, & in ſpecie patet Geñ. 21. vbi habentur hæc verba. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Verbum autem, hæres, intelligitur per teſtamentum. l. proximè. ff. de his qui in teſtam. delen. §. ante hæredis inſtitutionem. Inſtit. de lega. ergo teſtamentum fuit de iure primæuo naturali, & diuino. ¶ In oppoſitum tamen videtur, quòd ſit de iure poſitiuo, vt conſtat in titulis. ff. & C. de teſtam. & probat Cato Sachus in repe. l. admonẽdi. num. 89. ff. de iure iuran. Pro cuius reſolutione ſit talis concluſio. Teſtamẽtum origine, & inuentione fuit de iure gentium ſecundario: quoad ſolennitatem autem, & alias adiectiones, eſt de iure ciuili. Iſtam concluſionem probat Barto. in. l. interdum. ff. de condi. indebi. colum. 3. num. 7. & in l. prima. colum. 4. quæſt. 3. C. de ſacroſan. eccl. & in rubr. ff. de acqui. hæredi. num. 2. & ibi Iaſ. nu. 11. Martinus de Laude in tracta. de primogenitura. quæſt. 5. Tiraquel. in tracta. de primogenio. quæſtione. 7. nume. 5. Et egregius Doctor Antonius Gomez in. l. 3. Tauri. quæſtio. 1. Et ſic accipienda eſt glo. in. l. prima. verb. noſtræ ciuitatis. ff. de acquir. rerum domi. quæ magiſtra eſt, quatenus explicat ea, quæ ſunt introducta à iure ciuili Romano: & inter alia ponit teſtamentum. Deci. in conſil. 455. nume. 3. & conſi. 403. nu. 14. & conſil. 557. nume. 5. & conſil. 608. nume. 5. & conſi. 455. nu. 5. vbi tenet, quòd teſtandi ſolennitas eſt de iure poſitiuo. ¶ Circa prædicta eſt dubium, Vtrùm teſtamenti factio competat cuilibet de iure communi, an de iure ſpeciali? Et videtur quòd de iure cõmuni, cùm iure gentium id competebat, vt ſuprà proximè dictum eſt. Tum etiam, quia hæreditas repræſentat perſonam defuncti. l. hæreditas. ff. de acquirendo rerum dominio. l. mortuo. ff. de fideiuſſo. Et iſto reſpectu defunctus etiam poſt mortem videtur retinere dominiũ, quod poſteà adita hæreditate trãsfertur in hæredem. l. cum hæredes. ff. de acquiren. poſſeſſ.

Tertiò probatur. Quia contrahendo, obligatio poteſt conferri poſt mortem, & effectus ipſius cõtractus. l. vnica. C. de action. ab hærede & contra hære. & in. §. poſt mortem, Inſtit. de inutil. ſtipu. l. 12. titu. 11. part. 5. ergo idem videtur dicendum in teſtamentis. l. in teſtamentis. ff. de regul. iur. Valìdum enim eſt argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. l. prima. §. veteres. ff. de acquir. poſſeſſ. l. diuortio. & l. ita ſtipulatus. verſ. Idemq; defendebat. ff. de verborum oblig. l. ſeruum filij. §. eum qui chirographum. ff. de legat. 1. l. pactum inter hæredem. ff. de pact. l. ſucceſſori. ff. de negoceſt. ibi, Sicut autem in negotijs viuorum geſtis ſufficit negotium vtiliter cœptum, ita & in bonis mortuorum, licèt diuerſus exitus ſit ſequutus.

Quartò facit textus in. l. prima. C. de ſacroſan. eccleſ.

eccle. vbi dicitur, quòd nihil magis debetur homi nibus, quàm ſupremæ eorum voluntates habeant locum, ergo de rigore iuris. ¶ His tamen non obſtantibus, contraria opinio validiori argumento defendi poteſt. Nam certum eſt, quòd nullus teſtari poſsit de iuris rigore: quia diſpoſitio teſtatoris confertur in tempus inhabile poſt mortem, quia mors omnia ſoluit. text. in authenti. de nuptijs. §. deinceps. Cui adde Hippolyt. in. l. finali. ff. de quæſtio. & in repet. rub. C. de probatio. nu. 248. vbi plura, quæ diſſoluuntur morte, explicat, ergo nõ videtur valere. l. eum qui. ff. de iuriſdict. omn. iudi. l. quod ſponſæ. C. de dona. ante nupt. vbi datur regula, quòd illud, quod fit tẽpore permiſſo, ſi conferatur in tempus prohibitum, non valet. Et dicit gloſſ. in capi. apoſtolica. 8. quæſt. 1. quòd Papa non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem, quia effectus confertur in tempus, quo non erit Papa. Quam dixit ſingularem Panormi. in capit. apoſtolicæ. num. 9. & ibi Barba. num. 11. de donatio. Idem Panormi. in capi. accepimus. de pact. & in rubr. iſto titul. num. 2. Barba. in tracta. de præſtan. Cardi. 1. quæſt. num. 46. Iacobat. in tract. de concil. pag. 334. litera. B. & eſt gloſſ. ſimilis. verb. non poſsit. in capit. ſi tranſitus. 79. diſtin. ſingularis ſecundùm Philipp. Franc. in capit. vbi periculum. de electio. libr. 6.

Secundò confirmatur ex gloſ. in. l. illa inſtitutio. verb. pendere. ff. de hæred. inſti. quæ tenet, q̃ ex gratia eſt conceſſa facultas teſtandi. quam ſequunt Panor. in rub. de teſtam. nu. 2. Chriſtoph. Porc. in prin. Inſti. de teſtam. Guillel. Bene. in. c. Raynutius. verb. Teſtamẽtum. 1. nu. 5. de teſtam. Deci. in rubri. C. qui teſtam. fac. poſſunt. & in. l. eum qui. num. 4. ff. de iuriſdi. omni. iudi. Campezius in tract. de ſtatutis loquentibus de dote. quæſtio. 69. nume. 6. Gerardus Mulert in prima additione ad tract. dictum Flos teſtamentum. Rollandini Paſſagerij, Iaſ. in dict. rubr. C. qui teſtam. fac. poſſunt. num. 2. Barba. in cap. ad hæc. num. 4. de teſtamen. Et videtur, quòd iſta ſit communis opinio, quæ ſuadetur tali fundamento. Nam certi iuris eſt, quòd id, quod conceſſum eſt contra regulam iuris, dicitur conceſsio gratioſa, & ſpecialis. l. peregrè. §. quæſitum. ff. de acquiren. poſſ. l. iuſto. §. nondum. ff. de vſucapionib. ſed facultas teſtandi confirmatur in tempus inhabile, contra prædictam regulam. d. l. quod ſponſæ. ergo eſt de iure ſpeciali, non autem de iuris rigore. ¶ Nec his obſtare videntur allegata ſuprà in cõtrarium. Et primò non obſtat, quòd talis facultas de iure gentiũ competeret: quia ſpecies noſtræ quæſtiõnis loquitur ſecundùm ius ciuile, quo inſpecto, & attenta regula. d. l. quod ſponſę. aduerſatur iuri gentium, vt non poſsit referri confirmatio teſtamenti poſt mortem, cum ſit tempus inhabile. ¶ Nec obſtat ſecũdò, quòd hæreditas repræſentat defunctum: quia illud eſt per viam fictionis. dict. l. mortuo. ibi, defuncti vice fungitur. Et in prin. Inſti. de ſtipul. ſeruor. ibi perſonæ defunctæ vicem ſuſtinet: fictio autem eſt de iure ſpeciali, quia ex æquitate contra veritatem inducit. l. poſtliminium. in principio. ff. de captiu. & poſtlim. reuer. l. in rebus. C. de iure dot. ¶ Nec etiam obſtat, quòd in contractibus obligatio poteſt conferri poſt mortem, quia hoc non erat inſtitutum de iure antiquo. argum. d. l. quod ſponſæ. ſed hoc poſteà conceſſum fuit per iura noua, quæ vlterius proceſſerũt ità diſponendo, vt in iuribus præcitatis. Et iſta opinio videtur verior, communior, & tenẽda de iure, quicquid alij ſenſerint in oppoſitum.

Prætereà & quartò inquirendum eſt, Quæ perſonæ ſint habiles ad faciendum teſtamentum? In qua quæſtione dicendum eſt, quòd regulariter omnes admittuntur, quæ expreſsè prohibitæ in iure non reperiuntur. Quia edictum de teſtamentis condendis eſt prohibitorium gloſſ. in. l. ſi quæramus. verb. quæramus. ff. de teſtam. quæ ſignanda eſt ſecundum Barto. ibi num. 4. & eſt magiſtra ſecundum Paul. num. 6. tenet Specul. de inſtru. editione. §. compendioſè. col. prima. nu. 1. Panor. in rubr. de teſtamen. nu. 2. glo. in. l. 2. ff. de lega. 1. Cæſar Lamberti. de iure patro. in. 7. quæſtione principal. primæ partis lib. 1. nu. 4. & l. 15. titul. primo. part. 6. ¶ Ex quo infertur, quòd dicens teſtamentum nullum, vel inualidum propter inhabilitatẽ teſtatoris ad diſponendum, tenetur prohibitionẽ probare, quia præſumptio eſt pro teſtatore, quòd potuit inſtituere, vel legare per prædicta. l. cætera. vbi Iaſ. hoc notat col. 2. nu. 3. ff. de legat. 1. Tum etiam, quia habens pro ſe regulam, habet intentionem ſuam probatam, & allegans contra eam, tenetur oſtendere. cap. quoniam. de cõiug. lepro. cap. ſecundo. de reſti. ſpolia. lib. 6. l. ab ea parte. ff. de probatio. glo. in. l. omnis definitio. ff. de regul. iur. Alciat. in tracta. de præſumptio. regul. 1. præſumpt. 28. num. 8. & ibi Ioan. Nich. in additione. Et ſic petens miſsionem in poſſeſsionem rerum hæreditariarum viſo teſtamẽto à iudice in ſui prima figura non ruptum, nec cancellatum, ſeu aliter ſuſpectum, eſt mittẽdus in poſſeſsionem, quã petit. l. fina. C. de edict. diui Adria. & l. 2. titul. 14. part. 6. quæ hoc corollarium expreſsè probat. Et eſt addendus Barto. in conſi. 91. Deci. conſi. 84. Segura in repetitione. l. ſi ex legati cauſa. nume. 60. ff. de verbo. oblig. Suarez in repetitio. l. poſt rem iudicatam. §. adde quartum. fol. 122. col. 4. ff. de re iudica. Petrus Ferrarien. in ſua practica in forma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamento.

Perſonas autẽ, quæ ſunt prohibitæ teſtari, enumerat

merat glo. in l. si quæramus. ff. de testam. & gloss. in. §. fin. Instit. quib. non est permiss. fac. testamē. in verb. ex lege Cornelia. Specul. in titu. de instrumen. editio. §. compendiosè. versi. Primò ergo oppone, Nepos de Montealbano. in tract. exceptio. rub. Exceptiones contra testamētum. pag. 468. Rollan. in arte notariatus. 2. parte c. 8. rubr. Quibus personis prohibetur facere testamentum. fol. 238. colum. 2. Et inter alias personas filius sub patris potestate testari prohibetur. Nam iste etiā de consensu patris non potest testari, nec de aduentitio, seu profectitio peculio. l. qui in potestate. ff. de testam. l. senium. C. qui testamē. fac. possunt. l. 13. titu. 1. part. 6. Ratio est, quòd patris consensus nihil operetur: quia testamenti factio est publici iuris, & priuatorum pactis non læditur. l. testamenti factio. ff. de testamen. c. licèt. de sepult. lib. 6. gl. in dict. l. qui in potestate. & in. d. l. senium. vbi Alexand. Nec etiam filia nupta de bonis maternis, vel eius dote si est in potestate. Alexan. consil. 17. colum. 3. nume. 1. libr. 2. nisi ad pias causas cum patris consensu. Alexand. in dict. l. senium. declarat Socin. septem modis in tracta. fallenti. regul. 153. Barba. in rubri. de testam. lectu. 1. nume. 14. In regno autem nostro filius, vel filia si habet legitimā ætatem, & non sit aliter prohibitus de iure, testari poterit, per. l. 5. Tauri. vbi de materia per Ioānem Lup. & Didac. del Castillo. Ideni dicendum est in regnis, vbi filij familiàs non subijciuntur patriæ potestati, vt in regno Aragoniæ, & in regno Franciæ secundum opinionem aliquorum, dicentium Francigenas sub patria potestate non esse. Quod etiam vltimum probat glo. singularis in prin. Instit. de patria potestate. in verb. ciuium Romanorum. quam dixit singularem Bald. in capi. 2. circa finem. de fratribus de nouo beneficio inuesti. & in cap. 1. An maritus succedat vxori in beneficio. Segura in. l. Imperator. nume. 97. ff. ad Trebellia. vbi probatur in additione, quòd parentes non habent vsumfructum in bonis filiorum, qui nō sunt sub potestate, nec possunt eis substituere pupillariter. De intellectu prædictæ glo. Adde Arias Pinel. in rubr. C. de bon. mater. 2. parte. nu. 9.

Est tamen notandum, quòd filius in potestate, vel adultus sub curatoris administratione constitutus poterit facere testamentum sine eius cōsensu. gloss. in. l. Aurelius. §. Caius Seius. verbo. intra legitimam. ff. de liberatio. leg. notabi. secundum Paul. de Cast. in. l. qua ætate. num. 3. ff. de testam. & in. l. is cui. numer. 3. eod. titul. Ias. in. l. nemo ex lege. num. 3. & in. l. si frater. num. 2. C. qui testam. fac. possunt. Deci. in cap. in præsentia. num. 35. de probatio. Tiraquell. in repetitione. l. si vnquam. verb. donationem largitus. num. 204. C. de reuocan. dona. & in. ll. connubiali. l. 15. glos. 3. num. 66. Boeri. decisiò. 23. num. 79. Segura in. l. si ex legati causa. nume. 12. ff. de verb. obliga. Ratio huius conclusionis ea est: quia potest tale testamentum reuocare, & propterea nō competit ei in integrum restitutio secundùm Seguram vbi suprà.

Intelligetamen, quòd poterit facere testamentum iuxta. l. 6. Tau. taliter, quòd non inducat patri præiudicium in vsufructu tertiæ partis, de qua disponere pōt, quia in ea fuit sibi acquisitus vsusfructus propter patriam potestatem. vt in. l. 3. C. de vsufructu. Colligitur ex Bartol. in. l. prima. §. lex falcidia. num. 2. ff. ad. l. Falcid. Bald. in. l. si quæramus. ff. de testamen. Et hunc intellectum ad dictam. l. Taur. posui ad Seguram in repetitione. l. Imperator. num. 78. ff. ad Trebell. Præterea, quia dicta. l. etiam si nihil adderet iuri communi, esset intelligenda taliter, ne pater sentiret damnum. glo. Barto. & Ias. num. 12. in. l. scimus. §. in computatione. C. de iure deliber. Et concessio principis sine damno tertij est intelligenda. l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. c. super eo. de officio deleg. Deci. in consil. 595. nu. 27. Nec est inutilis facultas, quam habet filiusfamiliàs testandi, si cui aliqui defendere conantur, cùm satis sit, quòd disponere possit quo ad proprietatem dictæ tertiæ partis, & possit vendi, vel censuari, & sic de proprietate vti. Et istam opinionem credo veriorem, & tenendam: quanuis egregius Doctor Anto. Gomez nouissimè cōtrariam defendat in. l. 6. Taur. nume. 14.

Quintò quæro, Vtrum furiosus possit facere testamentum? Et est dicendum, quòd non. tex. in §. præterea. versi. Item furiosi. Insti. quib. non est permiss. fac. testam. l. furiosum. C. eo. tit. l. filiusfamiliàs. §. Marcellus. ff. de testam. glo. in capi. cùm dilectus. de succes. ab intesta. l. 13. titul. 1. part. 6. & l. 5. titu. 5. lib. 3. for. Anto. Gomez in. l. 3. Taur. nu. 6. vbi in num. 7. dicit dispositā in furioso in quæstione propositā locum habere in mente capto. l. in aduersa. ff. de testamen. cuius verba sunt, in aduersa corporis valetudine mente captus eo tempore testamentum facere non potest. l. furiosi. C. de nupti. l. humanitatis. C. de impu. & alijs substi. Idem est etiam in phrenetico: quia si ex grauitate morbi superueniat phrenesis, non poterit testari. Bald. in. l. 2. nu. 13. quæst. 10. C. de rescind. vendit. Bald. in. l. humanitatis. & ibi Franc. Curti. iuni. C. de impub. & alijs. Idem Bald. in. l. quidam in suo. ff. de conditio. insti. Facit text. in. l. ob quæ vitia. ff. de ædilit. edict. Et ita per illum text. tenet ibi Cæpol. in. §. idem Iulianus. nu. 49. Ias. consil. 141. num. 6. libr. 4. & B. in. l. furiosum. C. qui testam. fac. possunt. colum. 2. nume. 1. Barba. in capi. quia ingredientibus. num. 15. de testamen. Facit tex. & ibi idem Barba. nu. 7. in cap. cùm dilectus. de succes. ab

ceſſ. ab inteſta. Stephanus Bertrandus conſil. 178. nume. 4. lib. 3. Guill. Benedi. in repetitione. capi. Raynutius. verb. adiectæ impuberi. num. 86. Suarez allega. 1. col. 4. Quia phreneſis dicitur vitium corporis occupans corpora, & penetrans vſque ad animam. Ita tenet Bald. allegando Ariſtotelem in dict. l. ob quæ vitia. quem ſequitur ibi Cæpola in. §. Item Iulianus.

Et furioſus olim & hodie in eodem furore duraſſe præſumitur. glo. in cap. fina. verb. compotẽ. de ſucceſsion. ab inteſta. quam glo. ibi ſequuntur Ant. Panor. & alij doctores. Et eſt opinio eius cõmunis ſecundum Præpoſi. in capi. dilectus. col. 2. nume. 2. de ſponſal. & ſecundum Iaſ. in. l. patre furioſo. numer. 6. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Boeri. deciſio. 23. num. 86. Card. in clemen. vnica. de homici. nume. 4. quæſtio. 2. & ibi Anchar. Iaſ. conſi. 178. nume. 1. libr. 2. cum alijs concordantijs adductis à Petro de Dueñas in allegatione, quam fecit in cauſa ſuæ matris. col. 3. Et eſt glo. ſimilis in capit. indicas Hermanum. 3. quæſtio. 9. Alciat. de præſumpt. regu. 2. præſumpt. 18. Quod procedit, quando non interuenit lõgum interuallum temporis poſt furorem, quia tunc abſque dubio præſumitur eſſe in furore tempore actus geſti. argu. text. in. l. ſi ventri. §. fin. ff. de priuileg. credi. & in l. lecta. verſi. dicebam. ff. ſi cert. pet. & in. l. petens. C. de pact. & in capi. officij. de elect. Et hanc opinionem tenent Bald. Alexan. & Corne. nu. 4. & Iaſ. in dict. l. furioſum. Imol. in. l. qui teſtamẽtum. §. furioſum. ff. de teſtam. Bald. & Marcus Ant. nume. 26. in. §. Item furioſi. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Angel. in. §. teſtes. Inſtit. de teſtament. Bartholom. Cæpol. in. d. l. ob hæc vitia. §. Idem Iulianus. nu. 52. Florian. in. l. ſed etſi. §. iniuriam. nume. 6. ff. ad leg. Aquil. Stephan. Bertrandus conſi. 48. nume. 24. lib. 1. Alex. conſil. 86. nu. 12. lib. 2. Boeri. deci. 23. num. 89. Vel eſſet per plures menſes furioſus, ſecus ſi per momentum, & feciſſet teſtamentum ex interuallo, vt declarãt prædicti doct. & Socin. conſil. 42. col. 2. lib. 1. Bart. l. 2. ff. de bono. poſſ. fu. infanti. delat. Si tamen antè nunquam eſſet alienus à mente, præſumitur ſanus, & furor eſt probãdus ab aduerſario: quia qui libet ſanæ mentis præſumitur. l. non codicillum. C. de teſtam. l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſunt. Furor autem quot modis probetur, declarat Couar. in epitom. 4. decretal. 2. parte. capi. 2. num. 6.

Quæro, Vtrùm hæreticus poſsit facere teſtamentũ, vel excommunicatus propter hæreſim? Et eſt dicendum quòd non. Authenti. credentes. C. de hæret. cap. excommunicamus. §. credentes. eod. titul. l. Manichæos. C. de hæreti. l. 16. titul. 1. part. 6. glo. in. l. is cui lege. ff. de teſtam. nec hæres inſtitui. l. 4. & ibi Gregor. Lopius titu. 3. partita. 6. in verb. *Hereje*. ¶ Eſt autem optimum conſilium, quòd teſtator in ſuo teſtamento confiteatur ſanctam fidem Catholicam: quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem, ſecũdum Apoſtolum ad Roma. 10. capi. vnico. §. quia verò Chriſtus. de Sacra vnctio. & Matthæ. 10. dicit Chriſtus, Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis eſt: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & eum coram patre meo, qui in cælis eſt. & Marci. 8. cap. ad fi. Et proteſtabitur ſe victurum, & moriturum in prædicta fide, de qua in. l. prima. titu. 1. libr. 1. ordi. & per Baptiſtam Cacialup. in tracta. de modo ſtudendi. documento. 1. Et proteſtatio eſt optima: quia qualis fuerit animus proteſtantis declarat. vt notatur in l. Neſennius. ff. de nego. geſt. & in. l. qui in aliena. §. fina. ff. de acqui. hæred. Couar. in epitom. 4. decretal. 2. parte. cap. 2. num. 3. & capi. 3. §. 5. nume. 12. Ludoui. Gomezi. in regu. Cancellariæ. De impetrando beneficium vacans per obitum familiaris. quæſtione. 9. Ripa latè agit poſt Felin. de materia proteſtationum. in cap. cùm. M. num. 67. de conſtitu. Anchar. in cap. paſtoralis. nume. 18. de cauſa poſſ. Cardin. in clem. 1. quæſt. 12. de procur. Quod eſt bonum, & vtile conſilium pro illis, qui aliquãdo inculpabantur de crimine hæreſis, vt proteſtẽtur maximè in extremis fuiſſe & eſſe catholicos, & tenuiſſe, & tenere fidem catholicam, quam tenent catholici doctores, & prædicat Romana eccleſia, & cum eadem fide vixiſſe & mori velle. Ita Cæpol. cautela. 155. & eſt repetita. nu. 185.

Item dubitari poteſt, Vtrùm excommunicatus poſsit teſtamentum facere? Et videtur, quòd non, quia repellitur ab agendo in iudicio, à patrocinando, à teſtificando, & ab alijs actibus ſimilibus, quia cum eo non eſt communicandum propter periculum communionis. capit. 1. de except. libr. 6. cap. decernimus. de ſententia excommunicationis. libr. ſexto. capit. intelleximus. de iudic.

Secundò confirmatur, quia excommunicato non ſolùm actus iudiciales, ſed etiam extraiudiciales, & legitimi ſunt prohibiti. text. in capit. licèt. de ſententia excommunicationis. libr. ſexto. Sed actus teſtandi eſt huiuſmodi, ergo &c.

Tertiò confirmatur ex nouem fundamẽtis adductis à Barba. in dict. cap. intelleximus. num. 52. vſque ad 58. vbi probat, quòd excommunicatus non poteſt facere teſtamentum. Ioan. Monach. in cap. quanquam. de vſur. & Hoſtien. in capit. 1. de exceptio. in, 6. glo. in capi. decernimus. de ſententia excommunica. lib. 6. in verb. teſtificando. quam glo. dixit ſingularem Philipp. Franc. in rubri. de teſtamen. lib. 6. caſu. 16. D. Dueñas in tract. fallen. regu. 272. quaſi deportato æquiparetur ex

commu-

communicatus. Hoc tamen non est admittendũ, quia falsa ratione iuuatur, cum excommunicatus regulariter testari possit. Quod probatur ex eo, quod omnes testari possunt, qui iure expresse nõ prohibentur. l. si quæramus. ff. de testamen. §. fin. Instit. quibus est permiss. face. testam. l. prima. C. de sacrosanct. eccle. dixi suprà quæst. 4. principali. sed excommunicatus non prohibetur testari, igitur potest testamentum facere. Secundò casus specialis denotat ius commune esse in contrariũ. l. ius singulare. ff. de legibus. excommunicato autem propter hæresim est prohibitum. authen. credentes. C. de hæreti. capit. excommunicamus. §. credentes. eod. tit. Nec excommunicatus ex percussione Cardinalium potest testari. cap. fœlicis. de pœnis. in. 6. ergo excõmunicatis propter alias causas non est interdicta testandi potestas. Et istã sententiam tenet Innocent. in cap. cum voluntate. de sententia excommuni. Archidia. in ca. pia. nu. 4. de except. in. 6. Io. de Ana. in. d. §. credẽtes. nume. 8. Panormi. in cap. veritatis. num. 32. de dolo & contuma. Barto. & Bald. in. l. si quæramus. ff. de testam. gloss. in. l. 6. titul. 9. part. 1. & est communis secundùm Francum in rubri. de testamen. num. 32. lib. 6. Feli. in cap. ad probandum. num. 1. de re iudi. Barba. in dict. cap. intelleximus. nu. 52. de iudi. Bartholo. Chassanæ. in consil. 1. dubio. 5. nume. 17. Socin. in tracta. fallen. reg. 133. Dueñas, vbi alios plures ad id citat in dict. regula. 272. Couar. in rubr. de testam. 2. parte. num. 18. Anto. Gomez in. l. 3. Taur. num. 15. Et est veritas secundum Robert. Marant. in repeti. l. is potest. nume. 121. ff. de acqui. hæred. Ampliatur habere locum in publico excommunicato secundum Aretin. in. l. si quæramus. colum. 5. ff. de testam. vbi dicit, quòd est communis opinio & Felin. in dict. capi. ad probandum. & Couar. in dict. nu. 18. versi. Nec refert an sit publicè, vel occultè excõmunicatus. tenet Ioan. Andr. in dict. capit. decernimus. in nouella. Federicus in consi. 71. Francus in dict. rubri. de testamen. nu. 72. Selua de beneficio. 3. parte. quæst. 4. nu. 4. Socin. in regu. 133. vbi allegat alios doctores. Intellige tamen, nisi quis fuisset anathematizatus, seu solenniter excommunicatus, & denuntiatus publicè, quia talis testari non potest secundum Bald. in. l. fina. num. 7. C. si à non compet. iudi. & in. l. 3. nume. 6. C. si pendente appella. mors interue. Idem probat in. l. prima. nu. 3. C. de secũ. nupt. Bart. in consi. 238. Ioan. Monach. in capitu. quanquam. de vsur. in. 6. Quod probatur, quia talis excommunicatio inducit suspicionem hæresis secundum Francum in rubr. de testam. num. 31. lib. 6. Secundò, quia cum tali excommunicato est omnino prohibita communio cum alijs. gloss. in cap. primo. verb. periculum. de except. in. 6. capi. illud. & ibi glo. verb. vitari. de cleri. excommuni. ministr. S. Thom. in. 4. senten. distin. 18. quæst. 2. artic. 4. & ibi Gabriel. dubio. 1. Archiep. Florent. 3. part. titu. 25. cap. 2. §. 2. Nauarr. in capit. 1. §. laboret. colum. fina. de pœni. distin. 6. Si ergo absque peccato ipse excommunicatus, neque alij cum eo possunt communicare, & testamentum debet fieri cum communicatione tabellionis, & testium, necesse erit fateri & ipsum testamentum, cum nõ possit fieri sine tali communicatione, esse prohibitum excommunicato. argumen. l. oratio. ff. de sponsal. in. l. ad legatum. in. l. ad rem mobilem. ff. de procur. Item etiam ex extrauagan. Ad vitanda scandala. posita in sanctione Gallicana. sub tit. de excommunicatis non vitan. ¶ Et quia ista permissio testandi pararet alijs causam delinquẽdi, communicando cum excommunicato, & excommunicato communicãdo cum alijs: quod non est admittẽdum tanquàm absurdum. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. l. conueniri. ff. de pact. dotali. Et in excommunicato denuntiato intelligo procedere dictum Cæpolæ. cautel. 117. vbi expresse tenet, q excommunicatus non poterit testari durante excommunicatione. Et sic possumus restringere, & intelligere communem opinionẽ, de qua suprà, dicentem excommunicatum quantumcunq; publicum testari posse, quod habeat locum in non denuntiato particulariter & expresim, iuxta formam text. in dict. extrauag. Ad euitanda scandala. Et si quis simpliciter velit defendere communem opinionem, dicat, quòd excommunicatus est prohibitus à legitimis actibus pertinentibus ratione officij, secùs tamen in illis, qui sibi competunt vt priuato, nam ab illis nõ remouebitur. Cardina. in cap. perpendimus. quæst. 30. de sententia excommunica. Deci. in cap. intelleximus. nu. 4. de iudi. Neque communi opinioni obstat glo. in dict. cap. decernimus. quia quæstionem propositam indecisam reliquit, & noluit quicquam decidere: determinauit tamen Ioan. And. idem quod communis ibi, num. 7. in nouella.

Quid autem in damnato ad mortem. Et est dicendum, quòd condemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem, non potest testamentum facere. l. eius qui. §. fina. ff. de testamen. vbi Paul. Imol. & Areti. dicunt istam esse communem opinionem. gloss. in authen. sed hodie. C. de dona. inter vir. & vxor. traditur à Ioan. Lup. & Anto. Gomez in. l. 4. Taur. & est communis secundum dict. Couar. de testam. in rub. 3. parte. nu. 27. & l. 15. titu. 1. part. 6. Idem est secundum eum in condẽnato ad mortem ciuilem. vt est tex. in dict. l. eius qui. §. primo. & in damnato ad perpetuos carceres. Bart. in. l. 2. ff. de his, quæ pro non scrip. Bald. in. l. prima. C. qui non possunt ad libert. peruen. Hippolyt. singu. 565.

gu.565.Et est cõmunis in laicis secundum Panor. in rubri. isto titulo. colum. 2. & Couar. in dict.3. parte.colum.33.vbi dicunt idem esse in clericis. & Ioan.Bernar.in praxi canoni.criminali.capit.129. Hodie verò cõdemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem potest facere testamentum per.l. 4. Tauri.Concord.lex Lusitaniæ libr.4.titul. 94.l. vnica.incip. *Athamos*. Idem dicendum est de monacho professo.text. est in authenti. Ingressi.ibi, Neque de his testari possunt.C.de sacrosanct. eccles.& in authenti.de monachis.§.illud.l.17. titu. primo.parti.sexta.

Quid de prodigo, cui bonorum administratio à lege, vel à iudice interdicta est? In quo dubio text.in.l.is cui lege.ff.de testa.& in. §.Item prodigus.Instit.quib.non est permiss.face.testa.&.l.13. titu.primo.part.6.decidunt quòd non. Ratio autem huius dicti est, quòd prodigalitas arguit vitiũ animæ,& defectum iudicij,& intellectus, & ideo non reputatur integra, & perfecta persona,vt possit rectè discernere, & regulare cui bona relinquat.Quod probatur ex Aristotele dicẽte, quòd prodigus est quasi ꝑcul à regimine,&ideo æquiparatur pupillo.l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cert.peta.& furioso.l.is qui.ff.de tutor.& curato. datis ab his.Et prodigus secundum Arist.4. Ethi. ca.1.est ille,qui dat plus,quàm oportet, & quibus non oportet,& cùm non oportet. Cui adde Segura in.l.Imperator.nume.141.ff.ad Trebel.Ant. Gomez in.l.3.Taur.nu.14. ¶ His sic præmissis, quæ proficiunt ad obiectionem contra testamentum ex defectu personæ testatoris, vel ad cognoscendum de eius habilitate,nunc erit tractandum de institutione hæredis tam ex testamento,quàm ab intestato, & ex quibus causis reddatur nulla, vel iniusta talis institutio.

De institutione hæredis.

VLTERIVS principaliter quæro, In qua parte testamenti sit situanda institutio hæredis? Et videtur,quòd in capite testamenti.text.in.l.prima.ff.de hæred.instit.& in §.ante hæredis.Instit. de leg. Quibus est addẽdus Alciat.in libr.4.iuris Parerg. cap.6. Sed hodie de iure nouo sufficit, quòd ponatur in principio, in medio,in fine, vel in qualibet alia parte testamenti.text.in.l.ambiguitates. C. de testamen. & in.l. præposteri.eod.titu.& in dict.§.ante hæredis.Instit.de lega. & ita communiter seruatur, quòd institutio ponitur de communi Stylo in fine testamenti post legata, & fideicommissa secundũ Baldum in.l.hac consultissima.colum.2.nu. 6.C. qui testa.face.possunt.Imol.& Bald.in.l. prima.ff.de hæredi.instit. ¶ Quod tamen fallit in testamento cæci:quia in eo requiritur pro forma, quòd hæredis institutio ponatur in principio, & capite testamenti.text.in.l.hac consultissima.versic.Deinde exprimat nomen hæredum.C.qui testamen.fac. possunt.vbi ita tenent Petrus,Cynus, Bart. Alberic.Richard.Mal. & Fulgos.Angel.in dict.§. ante hæredis.& in.§.cæcus.Insti.quib.non est permiss. fac.testa. Et videtur idem probare.l.14.tit.1.part. 6.Sed tamen defendi potest cõtraria opinio, imò quòd etiam in testamento cæci possit fieri institutio in qualibet parte testamenti. Primò, quia omissio leuis solennitatis non debet vitiare actum: vt in.l.prima.§.fin.ff.de ventre inspi. Et illa dicitur leuis solennitas, quæ non est ratione munita, vel quando eius omissio facti substantiam nõ mutat,vel si omittatur,est nullius, vel modici præiudicij.argu.text.in.l.Gallus.§.primo ff.de liber.& posthu.& in.l.cùm pater.§.fidei tuæ.ff.de lega.2. Eleganter firmat Bald. in dict. l. hac consultissima.colum.2.num.6.& Barto.in.l.prima.§.si plures.ff.de exerci.actio.2.lectura.num.13. Bartol.in l.fin.§.si verò.C.de iure deliber.Egregius doctor Anto.Gomez in tract.de testam. capi.2.nume.5. vbi plura alia fundamenta ad comprobationem istius partis adducit.

Ex quo fundamẽto deciditur dubium, Vtrùm omissio diuini nominis in principio testamenti vitiet tabellionis scripturam? Et vltra prædictum fundamentum videtur quòd non, quia forma tabellionibus est tradita conficiendi instrumenta, & tamen in ipsa non est eis iniunctum, quòd ponatur nomen Domini. vt patet in authentica. vt proponatur nomen Imperatoris. collatione quinta.gloss.in.l.generali.verbo.seruitutis. C. de Tabular. libr. decimo. &.l. 54. titul. 18. part. tertia. Nec Rollandinus in practic. notariatus libr. primo,capitul.octauo. in forma testamenti inuocationem Domini apposuit. Tum etiam, quia appositio diuini nominis non est enumerata inter substantialia,ergo eius omissio non debet vitiare testamentum, seu quodlibet aliud instrumentum,secundum Baldum.vbi Philippus Decius in eius additione in rubrica. C.de nouo codic. compon.numer. primo. Alexand.in rubrica. ff. noui oper. nuntiatio. vbi dixit hanc opinionem communem.Panormita.& Felin.nume.2.in cap.1. de fide instrumen. vbi alios idem tenentes adducit. Et est etiam communis teste Ripa in cap.cùm ecclesia.nu.1.de causa poss.Et ne aliqua, quæ in contrarium possent adduci,obstent,est videndus Alexan.loco proximè citato nume.8.vsque ad 13.vbi probat etiam si de consuetudine esset receptum, quia est omissio leuis,& non substantialis solennitatis. At esto quòd esset substantialis,negligentia notarij non debet inducere præiudicium testatori,seu

ri, seu aliter contrahenti, cùm talis clausula solita sit apponi, & ideo pro apposita habetur. l. quòd si nolit. §. quia assidua. ff. de ædili. edict. l. fina. C. de fideiusso. Segura in repetitione. l. tertię. §. fina. nume. 31. ff. de liberis & posthum. Couarru. in rubri. de testamen. 2. parte. nume. 14. Et quia teste Aristotele, verba transposita non vitiant sensum dispositionis. l. præposteri. C. de testamen. ergo institutio facta in testamento cæci, quouis loco ponatur, non vitiat illud. Adde Bald. in. §. sed si instituto. colum. prima. Instit. de vulg. substit. ¶ Præterea dubitatur, Vtrùm directa hæredis institutio possit fieri in qualibet vltima dispositione? Et est respondendum, quòd in nulla, præterquam in testamento. l. hæreditatem. C. de codicil. §. codicillis. Instit. eodem. l. non codicillum. C. de testamẽ. Rollandinus in practic. notariatus. 2. parte. cap. 8. rubri. In qua vltima voluntate fiat hæredis institutio. l. proximè. ff. de his quæ in testa. delen. vbi absque hæredis institutione non valet testamentum. Facit. l. quod per manus. ff. de iure codicil. & quod determinat Bald. in dict. l. non codicillum. in fin. & Iaſ. in authenti. Nouissima. numer. 25. C. de inofficioso testamento.

Est tamen optima quæstio, Vtrùm possit testator instituere omnes homines de mundo simpliciter & absolutè? Et videtur, quòd sic. text. in. §. & vnum. Instit. de hæredi. instit. vbi probatur, quòd mero iure valet talis institutio. Infirmatur tamẽ, & vitiatur propter impossibilem additionem, secundùm gloss. singularem ibi, quam ibi sequuntur Doctores. Tenet etiam Paul. in. l. captatorias. C. de testamen. milit. colum. secunda. & Imol. in l. captatorias. ff. de hæred. instituẽ. colum. quinta. Probatur conclusio gloss. vltra doctores: quia dispositio, per quam redditur impossibilis aditio hæreditatis, non valet, iuxta nota. in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationi.

Secundò, Quia pro forma & validitate testamenti requiritur, quòd testator exprimat nomen vel nomina hæredum, vel eos demonstret indubitabili signo. text. in. l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hæred. instit. & in. l. iubemus. C. de testamen. Quod in specie proposita nostri casus non potest fieri, ergo. Præterea, Quia si hæreditas esset dividenda inter omnes homines de mundo, quanuis esset opulentissima, redderetur ad nihilum: & sic talis institutio esset illusoria, & inutilis. arg. text. in. l. cùm post. §. gener. ff. de iure dot. Et id, quod in iure dicitur, quòd dispositio vniuscuiusque debet esse realis, & non verbalis. l. 2. C. communia de lega. l. fin. C. de dona. & in prin. Instt. quod cũ eo. Et has rationes pro ista vltima parte sentiunt Bar. Io. Faber. Ange. & Nicas. in. d. §. & vnũ. Instt. de hæred. instit. Sed his non obstantibus est dicendum, quòd talis institutio valeat, & confirmetur aditione vnius hominis de mundo, & alio non adeunte, tota hæreditas sibi pertineat. Alio verò, vel aliis postea adeuntibus acquiratur etiam eis pars quota secundùm numerum ipsorum. argument. text. in. l. si nemo. ff. de testamentar. tutel. & partes non adeuntium eis accrescunt. vt in. l. liber homo. §. si Titius. ff. de hæred. instit. secundum Ioan. Fabr. numer. secundo. & Angel. nume. primo. in dict. §. & vnum. ¶ Nec obstat quod adducitur de infinitate, quæ est vitanda. vt in. l. vnica. C. de sententijs quæ pro eo quod inter. & in cap. cum multis. de rescript. libr. sexto. & gloss. in. l. fina. super verb. infinitum. de sacrosanct. eccles. C. ¶ Nec etiã obstat quod dicitur de incertitudine, quæ etiam vitiat vltimam voluntatem. §. incertis. Instit. de leg. Quia incertitudo hæredis ideo vitiat vltimã voluntatem, quia ex parte personæ institutæ esset dubia aditio hæreditatis: dubitaret enim quis eam adire teneretur: in institutiõe autem omniũ hominum de toto mundo, nulla est dubitatio aditionis hæreditatis: quia omnes insimul instituit, nemine dempto. Vt si quis (verbi gratia) instituere omnes alicuius domus, qui etiam si non nõminarentur, valeret talis institutio.

Est dubium, Quo titulo legitima sit relinquenda filio? Et est dicendum, quòd titulo institutionis. Salicet. in authenti. nouissimè. & ibi Iaſ. C. de inoffic. testamen. qui firmant hanc esse communem opinionem. Curtius Iun. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nume. 13. C. de testamen. Segura in. l. cùm patronus. num. quarto. ff. de leg. 2. vbi plura congessi pro confirmatione istius communis opinionis. Roderi. Suarez in repetitione. l. quoniam in prioribus. 15. limita. C. de inoffic. testamento. text. est in. §. aliud quoque capitulum. in authenti. vt cùm de appellatione cognoscitur. & in. §. eadem. Instit. de hære. quæ ab intesta. deferun. Et est communis secundum Curti. in authenti. ex causa. nume. 51. C. de libe. præteritis.

Ampliatur locum habere etiam, attenta dispositione iuris Canonici, quo iure filius est honorandus titulo institutionis. gloss. per text. ibi in capi. si pater. in verb. instituit. de testamen. in. 6. quam ibi sequuntur Ioannes Andr. Anchar. Domi. & Franc. Et hanc sententiam communem fatentur Imol. in capit. Rainutius. numer. 31. eodem titulo. vbi Couarru. in. §. primo. numer. primo. Iaſ. in authenti. Nouissima. nume. 31. C. de inofficioso testamen. & in rubri. ff. soluto matri. numero. 32. & ibi Ripa numero. 44. Et est communis opinio & verior secundùm Alexandrum consil. 70. colum. secunda. libr. 2. Quanuis ipsemet Alexan. sibi contrarius dixerit in. l. inter cætera. ff. de liberis & posthumis. quòd de iure Canonico non requiri-

requiritur, quòd relinquatur legitima titulo institutionis, secundum Baldum in. l. fina. C. familiæ herciscundæ. Et istam dicit communem Alexan. loco proximè citato. Nec obstat textus in dict. capit. Rainutius. in verb. relinquo. Quia ibi non dubitabatur de viribus testamenti. Ergo dicendum est, quòd ibi dos fuerit relicta titulo honorabili institutionis, iuxta reg. capitu. primi. de ætate & qualitate. libr. sexto. secundum Ripam vbi suprà colum. 11. numero. 44. Et plures alios intellectus ad illum textum videre poteris per Docto. de Couar. in dict. capitu. Rainutius. §. primo. Ampliatur locum habere etiam de iure Regio secundum Rodericum Suarez vbi suprà fol. 58. in. l. fori. ibi inserta. §. ad principalem huius. Pro qua opinione facit. Quia idem statutum est de iure Canonico, & de iure ciuili. argumen. text. in capitul. cùm expediat iura iuribus concordare. de electio. libr. sexto. Et est regia. l. quinta. titul. octauo. part. sexta. Quanuis contrariam opinionem senserit. Baldus in. l. maximum vitium. C. de liber. præter. & Segur. in loco præallegato. numero. 42. Iaſ. in dicta authenti. Nouissima. numer. 24. quatenus tenet, quòd quotiescunque statutum derogat iuri communi, vel corrigit illud, nunquam recipit interpretationem ab eo, nec intelligitur secundum eum, sed simpliciter prout iacet. Et Ioan. Lup. in l. sexta. Taur. numer. tertio. Nam responsio, seu instantia ad dictum Baldum ne obstet huic nostræ sententiæ colligi potest ex Iaſ. in authenti. Nouissimè. numer. 24. versi. Istam limitationem Bald. reprehendit &c.

Et quòd sit relinquenda titulo institutionis, est communis, vt dixi, & tenenda, quanuis Iaſo. contra eam aliquibus fundamentis teneat in dict. authenti. Nouissima. numer. 16. videlicet, quando testamentum est conditum inter liberos. Cui satisfacit Curti. Iunio. in dicto. §. ex imperfecto. colum. tertia. nume. 14. Et probatur ex generalitate tex. in. §. aliud quoque capitulum. in authen. Vt cùm de appella. cognosc. vbi titulus legati excluditur à legitima, & filiorum institutionem parentibus iniungit, non facta distinctione, an testamentum esset inter liberos conditum, an cum extraneis simul. Quam opinionem tenent Cynus, Salicet. & communiter Doctores in dict. authen. Nouissima. Guillelm. Benedict. in dict. capi. Rainutius. verbo. relinquens. in primo. numero. 136. gloss. verbo. instituit. in dict. capitul. si pater. vbi Philippus Prob. de testamen. libr. sexto. Antonius Rube. consil. 72. Carolus Molinæ. in additio. ad Alexand. consil. 168. libr. quinto. Couar. vbi suprà. qui omnes tenent istam esse communem opinionem. Nec obstat text. in dict. capit. Rainutius. qui præter alios intellectus ita exponi potest, vt filias ibi hæredes institutas fuisse potiùs cõsideremus, quàm in certis coniecturis contrarium diuinemus.

Ampliatur, vt etiam filius fictus, sicuti est monasterium. capit. in præsentia. de probat. & filius legitimatus debet habere legitimam titulo institutionis, sicut & filius verus. gloss. in authenti. Si qua mulier. in gloss. magna. super verb. competere. C. de sacrosanctis eccleſijs. quam ad hoc ibi adnotauit Salicet. in quinta colum. & Iaſ. in authen. Nouissima. colum. quarta. C. de inofficioso testamen. & in rubri. nume. octauo. ff. de liberis & posthumis. Iaſ. dict. authen. si qua mulier. numer. 18. Et confirmatur, quia testamentum rumpitur per religionis ingressum. secundum Romanum consil. 237. Oppositionem hanc. vbi citat ad hoc quatuor rationes. Item in specie proposita idem firmat Petrus de Vnzol. in pract. artis notariatus. rubri. de monachatione. nume. tertio. in. 12. volu. tracta. diuersorum docto. Et assignat duas rationes. Prima, quia capite minutus est. vt Institu. quibus modis testamenta infirm. §. non tamen. Secunda, quia quasi filius agnascitur sibi monasterium, vnde ad instar filij posthumi rumpet testamentum. vt in authenti. de monach. §. illud. quod ante ingressum potest testamentum facere, & alios instituere est instituto monasterio in sua parte legitima, aliàs tanquam posthumus præteritus dicere poterit testamentum nullum. §. secundo. Insti. de exhæreda. libero. Prædicta vera sunt, quando ingrediens non habebat liberos, & antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, potest & inter liberos diuidere, si vult post ingressum, & aut vult dare eis minùs, quàm potest, & tunc saltem partem legitimam habet eis relinquere, quia illam eis diminuere non potest, & quod eis non dederit, monasterio applicabitur: si autẽ plus velit dare filijs, quàm potest, tunc sua persona filijs connumerata, partem sibi retineat, quæ monasterio competere debeat, id est dicere: tantum sibi retinere debet pro monasterio, quantum debet dare cuilibet filiorum. Sed si post ingressum moriatur antequam inter filios diuidat, filij legitimam percipiant, quia illam nunquã perdunt ni hi exhæredentur, reliqua substantia monasterio competere debet. vt not. in dict. authenti. Si qua mulier. &. l. 17. titul. primo. parti. 6.

Sed in quæstione proposita, Vtrùm testamentum conditum ante ingressum rumpatur per ingressum? Respon. resolutiuè post multas opinio. de quibus per Bartolum in dict. authenti. Si qua mulier. quæst. prima. & ibi Bald. colum. 4. post Iacob. Butri. & Iacob. de Belloui. & Odoss. dicũt, q̃ si testando cogitauit de ingressu, testamentũ non rumpit̃ per ingressum: sed si non cogitauit, rum-

pitur tanquam per nouam voluntatem. In dubio verò dicit ibi Bald. in quarta colum. præsumitur cogitatum de ingressu incontinenti post testamẽtum secuto, non ex interuallo. Quod est notandum, Tenet Bertachi. in loco infra citando. & glo. Montalui in. l. 17. titul. primo. part. 6. Quæ opinio est communis secundum Ripam in. l. si vnquam. quæst. 35. nume. 94. C. de reuocan. dona. Deci. consil. 31. nume. 3. Quanuis contrariam, imò quòd indistinctè reuocetur, tenet glos. in dict. authent. si qua mulier. & glo. in authen. de monach. §. illud. quarum opinio est communis secundùm Imol. in. l. prima. nume. 11. de testa. & Ias. dict. authen. si qua mulier. num. 17. Galdens. in de arte testandi. tit. 3. cautel. 9. ¶ Quando autem est ingressus monasterium mendicantium, putà fratrum minorum, vel prædicatorum, & sit incapax indistinctè non rumpitur per ingressum secundum Bald. in dict. authenti. si qua mulier. & in addi. ad Specula. de statu monacho. versic. An per ingressum. Et tenet Bertachi. in tracta. de episcopis. in 4. part. de potesta. episcopi in temporalibus circa res ecclesiarum. nume. 13.

Est notandum, quòd filius debet instituí in testamento patris, aut expresè cum causa exhæredari, aliàs testamentum erit nullum. text. in prin. Instit. de exhæred. liber. l. si filius qui in potestate. & l. inter cætera. ff. de liberis & posthum. & l. filio præterito. ff. de iniusto rup. Igneus in auth. ex causa. C. de liber. præter. Ille autem propriè dicitur præteritus, qui non est institutus, aut exhæredatus. text. in. l. quidam filium. C. de fideicommiss. ibi, nec hæredem, nec exhæredatum fecit. vbi Paul. de Castr. num. 2. text. in. §. eadem. Instit. de hæredi. quæ ab intest. defe. l. 10. titul. 7. part. 6.

Quid autem erit, si testator non habet descendentes, sed ascendentes, an teneatur eis relinquere hæreditatem titulo institutionis? Et videtur, quòd sic: quia parentibus est debita huiusmodi hæreditas in bonis filiorum sic vt è conuerso filijs in bonis parentum. l. 6. Taur. l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testam. Item, quia titulus institutionis est honorabilis: & ideo maiori ratione erit debitus parentibus. argument. text. Exod. 20. & Deuteronom. 5. Præterea ista est communis opinio secundum Ias. in authen. Nouissima. num. 37. C. de inoffic. testamen. vbi plura in articulo dicit, subijciens, quòd est quæstio subtilis, & disputabilis. Et eandem tenet Paul. de Castr. in. l. pater filium. nume. 14. vbi per Curtium in additione. ff. de inofficio. testamen.

Dubitatur, Vtrùm idem erit in fratribus testatoris? Et est dicendum, quòd non tenetur quis fratrem instituere, nec bona sua relinquere. Turpi tamen persona instituta, frater agit contra testamentum fratris. l. fratres. vbi Ias. C. de inoffic. testamen. Ioan. Bernard. in tracta. fallen. regu. 634. Segura in. l. cùm patronus. nume. 44. ff. de legat. secundo. vbi dixi. ¶ Est dubium, Vtrùm filius naturalis habeat ius dicendi nullum, seu querelandi testamentùm patris, eo quòd non instituit eum. Respond. quòd non. glos. singul. in. l. prima. ff. de bon. possess. contra tabul. secundum Seguram in. l. cohæredi. §. cùm filiæ. nume. 31. ff. de vulgar. Et est vnica & singularis secundùm Antonium Gomez in. l. nona. Tauri. num. 11. vbi plures commendationes allegat. Et est regia. l. octaua. titulo. 13. part. sexta. Contra matris testamentum filius præteritus poterit agere, descendentibus legitimis non extantibus, vt dixi in additio. ad Seguram loco præallegato. glos. in. l. si qua illustris. C. ad Orficia. in glos. fina. glos. in. §. tam autem naturalis. in glos. prima. Institu. de inoffic. testamen. Bald. in. l. fina. colum. secunda. numero. tertio. C. familiæ herciscundæ. text. in. l. si suspecta. verb. de inofficioso. ff. de inofficio. testamen. vbi glos. Odoffred. Alber. Bald. Angel. & Paul. Et est communis, secundum Ioannem Baptistam, Caccialup. in dicta. l. si qua illustris. numero. 94. Antoni. Gomez in dicta. l. nona. nume. 12. vbi tenet post Baldum, quòd quantum ad matrem naturales habent iura legitimorum, & succedunt tales filij ex testamento & ab intestato, etiam si mater habeat ascendentes. l. nona. Tau. quam ibi notat Anto. Gomez nume. 10.

Est etiam notãdum, quòd pater potest filium naturalem instituere in omnibus suis, bonis exclusis parentibus. l. 10. Taur. Quod est nouum, & notandum. ¶ Est tamen dubium, Vtrùm illegitimi possint aliquo titulo consequi bona à suis parentibus clericis. Et est dicendum, quòd non. glo. in capitu. per venerabilem. verb. Adulterinis. qui fil. sint legiti. glos. in. §. legari. Institu. de lega. & in authenti. ex complexu. C. de inces. nup. l. 22. titul. tertio. libr. primo. ordinamen. l. secunda. titul. tertio. libr. quinto. ordinamen. l. nona. Tauri. l. tertia. titul. 21. part. quarta. l. 41. titul. 6. part. 1.

Tamen est pulchrum & necessarium dubium tractare, Quibus cautelis fretus, posset filius talis habere bona patris excluso fisco tutè, & in foro animæ. In quo duodecim cautelas ponit Cæpol. cautel. 38. Gualdens. de arte testandi. titul. primo. cautel. 14. fol. 23. ponit quindecim: & illam existimat meliorem, quòd instituat Spurium, cum fuerit capax, id est legitimatus à principe. l. in tempus. ff. de hæredi. institu. quam ponit Segura in repeti. l. cohæredi. §. cùm filiæ. num. 121. ff. de vulga. & pupil. vbi ponit effectum notabilem, interim quo legitimus efficiatur, & sic pendente conditione, q̃ petat bonorum possessionem secundum

Tabulas

Tabulas, & habebit bona hæreditatis tanquam administrator, interim quo consequitur legitimationem. Idem probat Ioan. Lup. in repetitione rubri. de dona. inter vir. & vxo. §. 29. nume. 4. & Couarru. in. 2. parte Epitom. decret. cap. 8. §. quinto. num. 12. Quod est menti tenendum. singulariter Anto. Gomez de vltim. volunta. cap. 2. nu. 13. qui amplissimè loquitur in isto proposito, & meliùs quàm alius. ¶ Alia cautela est, vt instituat hæredē amicum fide dignum, vel donet bona sua absque pacto, vt det filio suo, aliter enim veniret fiscus in dictis bonis propter tacitum pactum inter eos celebratum, sed solùm requiritur simplex institutio, & institutus restituet hæreditatem filio spurio secundum votum patris, & sine scrupulo conscientiæ locum habebit ista cautela, quam praxis iam recepit. Et eam ponit Specul. de succes. ab intesta. §. primo. num. 30. Couarru. 2. parte. decretal. cap. 8. num. 11. Alia assignatur cautela, vt instituat vxorem filij spurij: quia cùm in ea non fuerit facta prohibitio, & materia priuationis sit pœnalis, non habebit locum, nisi in casu, in quo loquitur. cap. statutum. de elect. libr. sexto. glo. in capi. fin. de iure patro. Ias. in. l. illam. nu. 12. C. de colla. Vel instituat nepotem legitimum natum ex filio spurio. Bald. in. l. si quis incesti. nume. 2. C. de incest. nup. Alexan. in. l. Gallus. §. quid si is. colum. fina. ff. de liber. & posthu. vbi Ias. nume. 19. Couar. vbi suprà fatetur istam communem in nume. 14. post Anto. Corset. in singul. verbo. fornicatio. Suarez in. l. 9. titu. 11. libr. primo. for. colum. 2. fol. 73. vbi istam sententiam dicit magis communem. Præterea est alia cautela, vt relinquat ei quintam partem bonorum nomine alimentorum. Couar. vbi suprà. nume. 12. Roma. consil. 43. colum. 3. versic. Tertia cautela. & Alciat. lib. 4. iuris Parerg. cap. 5.

Vel alia, quòd legitimetur à Principe in vita patris ad habenda bona ipsius. Et ista erit melior, & securior cautela in vtroque foro tam exteriori, quàm conscientiæ. Et sic poterit hæres instituì. Catheli. Cotta. in memor. iur. verbo. Spurius. in princi. l. 17. titu. sexto. libr. tertio. for. vbi glos. Ad de quæ de legitimatione notat Ias. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. nume. 84. ff. de liberis & posth.

Aliam cautelam ponit additio. Bartol. in. l. & si pepercerit. verb. matris. ff. de liberis & posthum. Tres etiam assignat glos. in. l. 10. verb. & adulterio. titu. quinto. libr. tertio. for.

Dubitatur, Vtrùm pater clericus possit filiam in sacerdotio genitam dotare? Videtur quòd non ex Barto. in consil. 119. vbi omnino indignam reputat ad legatum adipiscendum à suo patre causa etiam dotis. Sed dicendum est, quòd nomine dotis potest relinqui filiæ spuriæ legatum, vel dos inter viuos, si filia non habet vnde se alat, seu possit dotari. argument. text. in capitu. cùm haberet vbi Panormita. firmat de eo, qui duxit in matr. quam pollu. per adult. Ioan. Lup. in repeti. capit. per vestras. §. decimo. fol. 89. colum. 4. Anto. Capit. decisio. 181. Ioan. Lup. in. l. nona. Taur. nume. 18. & in dict. capit. per vestras. §. 23. nume. 7. fol. 97. vbi refert in nume. quinto. Plures doctores tenentes contrarium. Boerius decisio. 127. nume. 7. Et est communis opinio secundum Couarru. in. 4. Decreta. 2. parte. cap. 8. §. sexto. nume. 11. Et sic est accipienda doctrina Bartol. in loco prælegato eo casu, quo filia haberet vnde se posset dotare, & alimenta recipere, in cuius locum succedit dos. vide regu. 367. versi. Ampli. 3.

Dubitatur etiam, Vtrùm, quemadmodum sacerdos non potest filium spurium hæredem instituere, ita nec mater possit? Respond. affirmatiuè, quòd sic. Suadetur primò. Nam quod iudicamus de causato ab ipsa causa, idem è conuerso de ipsamet causa iudicamus. l. affinitatis. C. communia de succes. l. non facile. ff. de gradib. Probatur ex Deci. consil. 13. nume. 4. Franc. Curt. iuni. in. l. secunda. §. mutui. numer. 7. ff. si certum peta. Item etiam hac ratione clericus æquiparatur militi, & donatio ab eo facta concubinæ affectionis causa, est prohibita sicut à milite seculari. Felin. in capi. cùm ex officij. nume. 2. de præscript. Ioan. Lup. de donat. inter virum & vxor. §. 39. nume. sexto. Et facit quod notat Paul. Castrens. in. l. maritus. C. de procura. & Curt. vbi suprà. nume. sexto. Si igitur causa prohibitionis est, ne detur causa luxuriæ, quæ est ipsa mater: ergo & successio matris erit prohibita.

Præterea est. l. 9. Taur. pro ista parte, sicut eam inducit Ioan. Lup. ibi nume. 37. vbi Cifuen. quæstione. 9. Ioan. Lup. in. l. 16. nume. 12. in legib. Tauri. vbi tenet, quòd mater filiorum clerici in sacris ordinibus constituti, ipsis filijs non potest succedere, sicut nec ei filij succedunt. Idem notat Couar. in. 2. parte decreta. ca. 8. §. quinto. num. 17. Syluester verb. filij. quæstione. 4.

Est etiam aliud dubium, quando fiscus succedat in bonis testatoris? Respon. Quando testator instituisset aliquem indignum, secùs tamen si aliquem incapacem, quo casu venient duntaxat venientes ab intestato, ex mente Bal. in. l. eam quā. colum. quinta. nume. 18. C. de fideicommiss. Vide Hieronym. Verium in. l. ex facto. numero. 27. ff. de vulgar. Spurius autem non est indignus, sed incapax. ipse enim nullum peccatum commisit, eo quòd ita à patre genitus sit. Bartol. in. l. hæreditas. C. de his quib. vt indig. colum. vltima. ad finē. & in. l. testamenti. ff. de testamē. cap. accedens. de purgati. canon. & capit. nasci. 56. distin. Et est notandum, quòd quando spurius est institutus pa-

làm, veniunt hæredes ſuccedentes ab inteſtato. Si autem tacitè, fiſco adiudicatur. Vt quando quis ab aliquo eſt hæres inſtitutus, cui fidem præſtat de reſtituenda hæreditate ſpurio: nam is, qui fidem hanc præſtat, vt indignus priuatur ab hæreditate. l. non intelligitur. §. ſi quis palàm. & l. ita fidei. ff. de iure fiſci. l. prædonis. ff. de petitione hæreditatis. l. in tacitis. & l. Lucius. §. fi. ff. de legat. 1. Couar. in epitom. 2. parte decreta. ca. 8. §. quinto. num. 6. Bald. in. l. etiam. nu. 3. C. ad legem Falcid. Ratio eſt, quia quando ſacerdos tacitè inſtituit filium per tertiam perſonam, peccat contra legem, damnum & fraudem ei inferendo, inſtituendo illum tertium ad effectum, vt filius incapax ſuccedat in hæreditate. Tamen quando expreſsè, ſecùs eſt, cùm non ſenſerit habere animum relinquendi hæreditatem filio, ſed ſolùm, vt ſui venientes ab inteſtato ſuccedant. d. l. non intelligitur. §. ſi quis palàm. & l. ita fidei. & l. Lucius. §. primo. ff. de legat. 1. Per quã declarationem datur optimus & verus intellectus ad. l. primam. ff. de iure fiſc. & ad. l. etiam. C. ad leg. Falc. & ad. d. l. in tacitis. ff. de lega. 1. Quæ iura ſolùm loquebantur in filijs ſpurijs tacitè conſtitutis. Et de hac indignitate, quæ procedit ex tacita fide de reſtituendo incapaci hęreditatẽ, adde. l. 13. & 14. tit. 7. & l. 5. tit. 11. parti. 6.

Succedit notabile dubium, Vtrùm hæres ſcriptus teneatur in foro animæ hæreditatem reſtituere ſpurio? Et eſt dicendum quòd non, etiam ſi de hoc tacitam fidem pręſtiterit. Couar. vbi ſuprà nu. 9. Hinc deducitur, quòd etiam ipſe poterit retinere prædictam hæreditatem, nec tenebitur fiſco reuelare tacitam fidem, quam dedit de reſtituendo incapaci. vt per Couar. vbi ſuprà num. 10. cùm certi iuris ſit, quòd ipſe ſit verus hæres, & in pœnam delicti inductum eſt, quòd fiſco applicetur hæreditas, quæ in foro animæ non habent locum glo. in cap. fraternitas. 12. quæſt. 2. ſingularis ſecundum Seguram in repetitione. l. filius dum in ciuitate. nume. 15. & ibi dixi. ff. de verbo. oblig. & Gomez in. §. ex maleficijs. nu. 14. vbi dicit eam communem. Inſtit. de actio. quanuis ſumma Roſella. verb. filius. §. ſexto. teneat, quòd fiſco in foro animæ ſit reſtituenda huiuſmodi hæreditas in ſpecie propoſita, nec ſibi, nec ſpurio reſeruare. Quem ſequitur Segura in. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. nume. 124. Ioan. Bernar. in practi. canon. crimina. cap. 58. Quod tamen, cùm ſit pœna, nec aliquid abſit ex ſuo, fiſco, quia nil perdidit propter tacitam fidem hæredis, non erit reſtituenda talis hæreditas in foro conſcientiæ ei, vt diximus. Et iſtam opinionem tenet Hierony. Paul. in practica cancella. apoſtol. pag. 88. verſic. Bona quæ auferuntur damnato.

Quæritur, Vtrùm concubinarius poſsit concubinam ſuam inſtituere vniuerſali titulo, vel particulari? Et eſt dicendum quòd ſic, dummodo ſit talis, cum qua licitè poſſet matrimonium contrahere. ita Iaſ. conſ. 37. lib. 3. vbi optimè loquitur. Fallit etiam in milite. l. miles ita. §. mulier. & ibi per Bartol. ff. de milit. teſtamẽ. de hoc latiùs dixi in mea quæſtione. 454. Et adde. D. Couar. in regu. Peccatum. 2. parte. §. ſecundo. nume. ſecundo. de regul. iur. in ſexto. ¶ Filius autem debet inſtitui, aut expreſsè exhæredari, cauſa inſerta, dicendo, Exhæredo filium meum, quia talem ingratitudinem erga me habuit. de quibus fit mentio per gloſ. in capit. quintauallis. de iure iurand. & eſt text. in authen. vt cum de appel. cognoſc. §. cauſas. collatione. 8. Nec ſufficit dicere, Maledico filium meum ingratum, quia manus violẽtas in me coniecit (vel quid ſimile) ad hoc vt cenſeatur exhęredatus, quia pro forma requiritur ad valorem teſtamenti, quod inſtituatur, vel expreſsè exhæredetur per verbum, inſtituo, vel exhæredo. Sed forma non ſeruatur, quando cauſa exhæredationis explicatur per verbum, maledico, ergo non cenſebitur exhæredatus. Ita Bald. in procem. decreta. verb. Gregorius. colum. pen. quæſt. fina. numer. 33. Iaſ. in. l. ſi pater tuus. nume. 7. C. de hæred. inſtit. & in. l. ſi quis in fundi vocabulo. nume. 21. col. 3. ff. de legat. 1. & in l. & ſi pepercerit. nume. 4. ff. de liberis & poſthu. & in authenti. non licet. nume. ſecundo. C. de liber. præter. Ioan. Lecerier. in tracta. de primogenitura. libr. 2. quæſt. tertia. numer. 14. & Guillel. Benedict. in repetitione. capit. Rainutius. verb. in eod. teſtamento. 2. nume. 9. de teſtament. Et cauſas ingratitudinis vltra glo. in dict. c. quintauallis. ponit glo. in. §. fin. Inſtit. de inoffic. teſtam. & eſt alia in. l. 49. Taur. & in ordinamento Luſitaniæ lib. 4. titul. 72. & Couarru. in capit. Rainutius. in princip. de teſtamen.

Dubitari tamen poteſt, Vtrùm ad cauſas ingratitudinis habentes eandem, maioremve ratiõem ſit referendum, quòd filius poſsit exhæredari, ſicut ſi committeret aliquam cauſam ingratitudinis de expreſsis in dict. §. cauſas? Et reſpondẽdum eſt, quòd ſic ex identitate, vel maioritate ratiõis. Petrus Gerardus in ſingul. 1. vbi refert Alexã. hoc idem tenentem in locis per eum citatis. Feli. in capit. paſtoralis. in princ. de reſcript. Ioan. Lupus in rubri. de donatio. §. 16. nume. 10. Euerardus in locis legalib. capitu. tertio. colum. 51. verb. Quintò iſtud. Roder. Suar. in. l. 2. for. fol. 71. colũ. 1. verſic. Tertiò inquantũ iſtæ leges. Et dixi ad Segu. in. l. prima. §. ſi vir vxori. nu. 119. ff. de acqui. poſſeſsio. & Chaſſanæ. in conſue. Burg. rubri. 7. §. 2. num. 2. fol. 231. Hippolyt. ſing. 78. Ripa in. l. fi. nu. 138. C. de reuoc. dona. & eſt opinio cõmunis ſecundum Alex. nu. 4. in authenti. non licet. & ibi Curti. iuni. nu. 23.

ni.nu.23.C.de liber. præter. & secundum eũdem Alexan.in.l.si quis id quod.nu.19.ff.de iur.omn. iudi.Couar.in cap.Rainutius.in prin.nu.17.de testamen.Et sequitur Pet.à Plaça.de delict.capit.1. nu.15.&.16.plures in hoc referendo. Pinel.in.l.1. 2.part.nu.27.C.de bon.mat.Sed ista opinio non videtur posse procedere,quia est pœnalis.c.statutum.de elect.in.6.c.is qui.de sentenc.excom.eod. lib.Secundò ex.l.donatiões.ibi.& ex causis, quæ legibus continentur.C.de reuocã.dona.& ex.l.8. titu.7.part.6.verb. *Mas si por alguna*. Et ex tribus fundamentis contra istam communem adductis per Curt.Iun.loco proximè allegato.Quod ergo lex non imponit, nec à nobis imponendum est: cùm maiorem,seu molliorem pœnam,quàm à iure sancita est,non sit licitum imponere.argu. tex. in.l.fina.C.ne sanctum baptis.reiter. & tenet Vigli.in.§.fin.nu.8.de exh.lib.Grego. Lopez in.d. l.8.verb. *Otra razon qualquiera*. ¶His sic præmissis, Pater poterit substituere filios impuberes substitutione pupillari,non autem substitutione fideicommissaria, quæ est onus,& ideo reijciendum à legitima.l.cùm patronus.ff.de legat.2.l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.testam. Et quòd dicatur grauamẽ fideicommissum,est.l.cohæredi.§.cùm filiæ.vbi Segura.nu.251.ff.de vulga.Ias.in.l.ex tribus.C.de inoffi.test. Poterit tamen filius onerari grauamine fideicommissi in eo, quo est honoratus à testatore vltra legitimam.text.in.l.cùm proponas.vbi optimè Deci.nu.2.C.de pact.Et ita procedit text. in ca. in præsentia. de probatio.vbi fit mentio de substitutiõe fideicommissaria. &.l.27. Taur. Pro declaratione autem istius materiæ notandum est,quot sint substitutionum species? Et respon.quòd plures,vt notat glo.in.c. Rainutius. de testam.&ibi Couar.§.4.& Lancel.Politus, & Zasius in suis tracta.substi.& gloss.magistra.in.§. qua ratione.Instit.de pupill.substi. & Anto.Gomez in tracta.de vltim.volun. c.3.vbi agit de vulgari substitutione.& in ca.sequenti. de pupillari, & in ca.5.de fideicommissaria.& in ca.6.de exemplari.& in cap.7.de compendiosa.In quibus locis optimè loquitur,& latè.

Dubitatur, An commissarius possit in legitima filiorum facere substitutionem vulgarẽ? Quæstionem istam mouet Ias.in.l.si pater. C.de inst. & substi. & ipsam ad vtranque partem examinat Ioan.Lup.in.l.31.Tauri.nume.95. vbi agit de ista vulgari substitutione in numeris sequentibus. & in nume.89.de pupillari substitutione.aliqua proponit. ¶Notandum etiam est, quòd prohibitio de non alienando posita in testamento impedit, quòd hæres non possit talia bona subiecta restitutioni alienare,nec dominium transferre. text. singularis in.l.fin. §. finautem. C.cõmunia deleg. & in authen.res quæ.eod.tit.Ias.in.l. si à substituto, nu.3.ff.de lega.1.& in.l.fin.§.si pupillus.nu. 4. ff. de vulgar. & in.l.Marcellus.§.res quæ.ff. ad Trebel.& in.l.si socius.num.4. ff. si cert.peta.Intantum procedit,quòd bona maioratus pro dote,vel donatione propter nuptias non poterunt obligari absque Regis licentia, vt dixi ad Seguram in.l. cohæredi.§.cùm filiæ.num.243.ff.de vulga. glos. in.l.prima.titu.3.fol.10.col.3.libr.1.for.legum. Et in casu, quo non sunt alia bona sufficientia, quo casu possunt obligari,& in dotem dari. Soci. consil.75.colum.1.lib.1.Et est addendus Couar.lib.3. Varia.resolut.ca.6.vbi in nu.10.quærit,vtrùm res subiectæ restitutiõi,vel titulo maioratus, possint alienari causa dotis: & an princeps valeat derogare voluntati testatoris, qui expressè prohibuit alienationem etiam ex causa dotis.

Circa prædicta dubitatur de quæstione quotidiana. Vtrùm hæres,vel Episcopus, vel executor possit legatum relictum ad certũ pium vsum conuertere ad alium pium vsum? Exemplum potest poni. Testator dispposuit,quòd tertia pars bonorũ suorum distribuatur pro certis missis dicendis,vel pro capella construenda: modò hæredes, vel exactores voluntin alium vsum conuertere,seu commutare,scilicet,pro puellis maritandis,aut p̃ ponte, vel publica via reficienda, An hoc facere possint? Distingue. Aut voluntas defuncti non potest adimpleri prout ipse voluit,quia fortè illa tertia pars legata non sufficit pro capella construenda, vel pro illo numero missarum dicendarum: isto casu talis commutatio potest fieri in alium pium vsum, & tale relictum non efficeretur caducum.text.in capit. nos quidem. de testamen. vbi habetur, quòd si relictum non possit ad vsum destinatum deputari,commutabitur in aliam piam causam,eo,quia vbi intentio non potest adimpleri in casu, in quo testator voluit, commutabitur in alium.& in.l.legatum.ff.de vsu & vsufructu lega. vbi dicitur, quòd relictum ad opus illicitum, debet conuerti ad opus licitum. Notandum est, quòd licèt ista dispositio possit conuerti in aliam piam causam, tamen talis operis iniuncta commutatio nõ poterit fieri per solum hæredem, nec etiam per solum Episcopum, seu eius vicarium, vel officialem,sed requiritur consensus vtriusque, scilicet,hæredis,episcopi, vel executoris, si datus sit.vt notat Panormi.per textum ibi in dict. capi. nos quidem.versi. Ordinari teneantur. & text.in dict.l.legatum.versi.Adhibitis hæredibus &c. Et est vtile scire pro illis,qui fundãt capellanias, vel pia legata,& volunt, q̃ missa in tali altari dicatur, & non in alio.Certè si in illo nõ possit celebrari, quia est interdictum, vel destructum, vel est alia iusta causa,propter quam voluntas defuncti non

potest obseruari, prout testator disposuit, tũc con uersio debet fieri in aliam piam causam per hæredem, & Episcopum simul. vt in dict. cap. nos quidem. in versi. pias voluntates defunctorum episcopali decens est studio adimpleri.

In casu verò, quo dispositio testatoris possit ad impleri prout ipse disposuit, tunc non potest in alium vsum cõmutari, sed debet adimpleri in forma specifica, nisi commutatio fiat de licentia Papæ, qui non facit de potestate ordinaria, sed de absoluta. per text. in clem. quia contingit. & ibi expresse notat Cardin. nu. 3. de religio. domi. Iacob. Butri. in. l. si quis ad declinandam. §. finautem. C. de episc. & cleric. & in dict. l. legatum. Vnde dicit Bartol. in. l. 1. C. de his quæ pœnæ nomi. quòd legatum relictum pro virginibus maritandis, nõ potest conuerti ad alium pium vsum, eò, quia legitima voluntas non pertinet ad arbitrium alicuius. & Bald. in authent. nisi rogati. colum. 2. C. ad Trebel. dicit expressiùs, quòd executor datus ad virgines maritandas, non potest dare illam quantitatem virgini intranti religionem, ex quo voluntas defuncti aliter se habeat. Et ita tenet Guido Pap. decisio. 556. vbi dicit, quòd certa dispositio testatoris respectu personæ, vel causæ, non potest per Episcopum alterari. Et refertur fuisse iudicatum in Parlamento Dalfinali. Facit text. in. l. hac lege. de aquæductu. lib. 11. vbi dicitur, quòd Præfectus conuertens aurum aquæductus ad aliud opus, tenetur resarciri de suo. ¶ Et pro comprobatione istius partis est addendus Cæsar Lamberti. de iure patro. 24. artic. 3. quæst. princip. 1. part. lib. 1. Barb. in capi. tua nos. nu. 13. de testa. Bermond. Chouer in tracta. de publi. concubina. pag. 177. versic. Secundò quæri potest an hæres. Capell. Tolosa. decisi. 26. Ex quo infertur Principem sine iusta causa non posse dare licentiã ad alienandam rem Maioriæ subiectam restitutioni, nec clausulas maioriæ etiam eius authoritate concessæ. Tradit Menchac. contra Couar. lib. 1. de succesio. crea. §. 1. nu. 32. Gregor. Lopez in. l. 6. glo. 4. versi. & licèt. titu. 10. part. 6. Sed intelligo Couar. posse cum causa. vt ex allega. colligi potest in lib. 3. vari. ca. 6. nu. 1.

Et licèt Papa possit de plenitudine potestatis alterare, & commutare voluntatem defuncti, tamen non videtur, quòd illa vtatur, nisi apponat clausulam. Non obstante, per quam clarè appareat, quòd vult vti illa suprema potestate. Et ita debet intelligi Clem. quia contingit. verb. sedis apostolicæ. de relig. domi. secundùm Bal. in. l. si testatum. C. de testamen. Legatus tamen de latere non posset facere istam commutationem voluntatis. Cardi. in dict. clem. quia contingit. vbi glo. dicit, quòd non sufficit potestas legati de latere, sed requiritur potestas Papæ. Ideo dicit Bart. in dict. l. legatum. quòd ad talem peruersionem voluntatis requiritur authoritas Principis: ergo non sufficit consensus hæredis, vel authoritas Episcopi, vel legati de latere. Et ita concludit Aufreri. decisi. 26. quia inferior à Papa non potest alterare ius commune. cap. fina. de officio Archipresby. Ioan. Andre. in capi. 2. de constit. in. 6. Et hoc tenet Federi. de Senis. cons. 7. Et licèt inferior à Papa possit ius commune adiuuare, vt dicit glos. in clem. Ne Romani. verb. tolli. de elect. non potest tamen illud alterare: quia voluntas defuncti siue concernat tẽporalitatem, siue spiritualitatem pro lege seruanda est. cap. vltima voluntas. 13. quæst. 2. Et sic Episcopus non potest in hoc dispensare. capitu. dilectus. de tempo. ordi. Ratio est: quia quando canones imponunt legem Episcopis, ipsi non dispensant, nisi eis in specie reperiatur cõcessum, nisi ex causa maxima & vrgenti, vt videtur probari text. in dict. Clem. quia contingit. dum dicit, quòd ea, quæ ad certum vsum fidelium sunt destinata, ad illum debent conuerti, & non ad alium, salua authoritate sedis apostolicæ. Barba. consil. 23. libr. 1. Rochus Curt. de iure patron. verb. pro eo. quæst. 15. nu. 33. Concludendum est igitur, quòd solus Papa disponere potest de pijs relict. prout vult Clemen. dudum. de sepult. versi. Penitus reuocamus, cassamus, vacuamus, & irritamus. Est enim Papa gubernator in solidum ecclesiæ vniuersalis, cuius Romana curia est caput, ergo ad eum tanquam ad caput spectat singula membra commutare. capit. cuncta per mundum. 9. quæst. 3.

Dubitatur, Vtrùm testamentum possit fieri per procuratorem, vel nuntium? In qua quæstiõe respondendum est cum Guillel. Benedi. in repet. c. Rainutius. verb. condidit. in. 1. nu. 15. de testam. quòd non, & sic requiritur præsentia testatoris eo tempore, quo testamẽtum fit. Hodie tamen vid. per Segur. in repe. l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. 19. ff. de vulga. vbi latè remisi quid tenendum de iure regni. ¶ Dubitatur præterea, Vtrùm testamentum conceptum ad interrogationem alterius, sit validum? Et in hac quæstione glo. in. l. iubemus. verb. quemadmodum. C. de testamẽ. tenet quòd sic, videlicet testamentum eo modo factum, cùm notarius dicit, Instituis Titium hæredem? Et respondet testator, Instituo, vel verba similia, non expresso nomine instituti. Idem firmat Bart. in. l. hæredes palàm. num. 9. vbi Alexan. ad eum dicit, quòd ista est communis opinio. ff. de testam. Roman. consi. 306. Proposita consultatio. &c. versic. Quo ad secundum dubium. Et eandem sententiã vilus est tenere Collectarius in capi. quia ingrediẽtibus. nume. 9. de testam. Et dicit communem Aymon Craueta consil. 117. nume. 1. vbi eam optimè intelligit & Roderi. Suarez allegatione. 1. fol. 116.

colum. 2.

colum.2.versi.Sed oportebit nūc insistere. & Gomez Arias in.l.29.Taur.num.5.Sed ista communis opinio videtur non posse procedere de iuris rigore, neque etiam de iure Regio, vt ex Roderi. Suar.constare poterit. Eam tamen probat Greg. Lopez in.l.6.verbo. *Diziendo*. titu.3. part.6.Et est communis,vt per plura firmat D.Couarru. in ca. cùm tibi.nu.4.de testamen. secundùm quem intellige hanc communem sententiam.

Quæro, Vtrùm pater,qui potuit filium exhæredare,posit præmissa, & ostensa causa ingratitudinis in testamento recedere ab ea, & legitimam relinquere filio ingrato cum onere restitutionis, & fideicommissi, vel sub alia conditione dandi, vel faciendi?In qua quæstione videtur dicendum quòd sic. Nam cui licet imponere maiorem pœnam,licet imponere minorem.l.in suis. ff.de liberis & posth.l.neque ea.ff.de adulte. Ergo si licitū est patri totam legitimam auferre à filio, licitum erit ei ipsam relinquere cum grauamine prædicto. ¶ Secundò, quia ingratus censetur mortuus, vt notat Segura in repetitione.l.cohæredi.§.cùm filiæ.num.49.ff.de vulg.& pupil.vbi decidit quæstionem,quòd exhæredatus non facit alijs partē, de qua per Iasonem in authen.Nouissima,nume. 47.C.de inoffic.testamen.&in.l.planè.§.si duobus.num.22.ff.de legat.1.ergo poterit ei imponere grauamen,cùm non posit petere legitimā,probata causa exhæredationis.

Præterea relictum sub conditione, vel cum alia qualitate, seu causa, ea deficiente, actus corruit.l.prima.C.de condi.caus.data.capit.verum. cum ibi notatis.de condi.appositis.l.si quis locuples.ff.de manumiss.test. Sed pater reliquit legitimam in euentum conditionis, seu purificatiōis grauaminis, & sic sub ea qualitate voluit recedere ab exhæredatione commissa per filium. ergo sequitur,quòd si cessaret,exhæredatio haberet locum,cùm fuit expressa in testamēto,licèt ex post facto recesserit,& remiserit sub conditiōe, & qualitate prædicta. ¶ Et in tantum arbitror procedere,quòd posset prædictam legitimam filij ingrati relinquere alteri extraneo, exclusis filijs legitimis,vel filio legitimo vnà cum sua legitima,& tertio & quinto bonorū. Quod fundatur:quia quandò aliquid auferturab aliquo in fauorem alterius propter crimen contra eum cōmissum, tale ablatum ei est applicandum, & fit suum.l. post legatum.§.amittere. ff. de his quib.vt indig.l. pen.C. de legat. l.defunctus.C.de suis & legit.hæred.ca. episcoporum.§.fina.depriuileg.lib.6.ibi.Ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt &c. Tradit Roman.singu.692.Ias.in.l.seruo legato.§. si testator.nu.4.ff.de lega.1. Ripa in.l.si vnquam. quæst.44.C.de reuoc.dona. Gomez in.§. superest.nume.21.Instit. de actio. Ex quo datur intellectus nouus ad.l.49.Taur. cum simil. Inferturque cautela optima ad hoc,vt pater possit filio grato aliquid relinquere vltra id quod potest à iure cōmuni & regio, scilicet,vltra legitimam ei debitā, & per legatum tertiæ & quintæ partis bonorum. Nunc autem est dubium, Vtrùm pater gratia remunerationis posit vltra legitimam & tertium & quintum bonorū aliquid relinquere filio grato,& qui ei seruiuit? Respōdeo posse,quando ministeria,operæ,beneficia, ob quæ remuneratoria donatio fit, eius essent conditionis, vt in iudicio pater conueniri posit ad remunerationem:nempe,quia prædicta seruitia facta patri à filio emancipato tali,qui ad ea non tenebatur,sed tanquam extraneus fecit animo repetendi.Segur. in repet. l.cohæredi.§.cùm filiæ.num.175.versi.Fallit in simili.ff. de vulga. vbi hoc ita modificatum apertè tenet Aymon.Sauill.consil.165.colum.2.Couar. in cap.cùm in officijs.colum.pen.&fin.nume.11. de testam.& Castell. ita est intelligendus in proœmi.legum Taur.verb. *Gracia de Dios*. Singulariter declarat modo præmisso Domi. Doct. Anto. Gomez in.l.29.Taur.num.23.versi. Decimò infero.Philipp.Corne.consi.144.num.11.lib.2. Idem consuluit Ioan.Lup. de dona. inter vir. & vxo. §. 50.num.12.Filius enim in hoc est creditor, ac per consequens non debet esse deterioris conditiōis, quàm alius extraneus, cùm quod iustè debetur, consequatur ex donatione remuneratoria, quæ non est liberalis,nec ex mera gratia, sed ex debito,vt prædicti firmant.Segur.in repet.l. ab exhæredati.num.95.&ibi dixi.ff.de legat.1. Rip. in repeti.l.si vnquam.numer.29.C.de reuoc.dona. & lib.3.responso.cap.13.nu.1.¶ Vnde infertur,quòd mulier transiens ad secundas nuptias non tenetur reseruare proprietatem rerum sibi donatarum à marito filijs prioris matrimonij. secundùm Ioan. Lup.in.l.14.Tauri.num.8. vt donatio remuneratoria in compensam nobilitatis, vel virginitatis, seu iuuentutis,quæ statim valet, etiam dote non recepta à viro ignobili,seu sene facta. gloss. in.l.si voluntate.C.de dotis promis.Paul.Parisiē.consi. 86.colum.3.num.18.lib.3. vbi hanc firmat esse cōmunem opinionem post Ias. in.l. si diuortio.nu. 4.ff.de verbo.obliga.& Socin.in.l.prima.nu.72. ff.soluto matri.Bald.nouell. de dote.part. 10.nu. 7.Panormi.in cap.1.num.8. &ibi Addi.de adult. Segur.in.l.cohæredi.§.cum filiæ.nume.162.ff.de vulga.& pupilla.Deci.consil.232. numer.4.Ioan. Neuiz.in sylua nuptiali.lib.2.num.28.Curt.iuni. consil.6.nume.20.colum.11. Couar.in epitom.4. decretal.2.part. cap.3.8.3.num.2. vbi ponit vnam ampliationem,quam videas. Alia & singularior sit,quòd talis dos promissa à viro ignobili, vel se-

ne in remunerationem nobilitatis, seu iuuentutis debet solui mulieri ab hæredibus mariti, etiam si copula nõ fuerit sequuta. Paul. in. l. cùm fuerit. ff. de cond. & demonstr. & in. l. si diuisione. ff. soluto matr. & in. l. si donaturus. ff. de cond. ob causam. vbi Alexan. plures concordantias citat Bal. in. l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. Matth. de Afflictis in decisio. 61. nume. 3. versi. Fallit, nisi vxor sit nobilis. Vtrùm autem talis donans ex causa remunerationis teneatur de euictione, est videndus Deci. in. l. si donatione. num. 35. C. de collationib. Et illud, quod sic soluitur, debet esse verè debitũ filio ex præmissis operibus factis patri, quemadmodum alius extraneus posset habere. Et de his puto patris confessioni non fore standum, nisi de eis constet fratribus, cùm de eorum præiudicio, & suarum legitimarum tractetur. Ioan. de Plat. in. §. item si quis in fraudem, num. 23. Insti. de actio. Iaso in. l. posteà quam. §. Sed & si quis. num. 2. ff. de iure iurand. & in authen. Nouissima. num. 3. C. de inoffi. testam. Segur. in dict. repet. §. cùm filiæ. nume. 127. Andr. Alciat. in lib. præsumptio. regul. 1. præsump. 16. nu. 3.

Alius modus relinquendi filio vltra tertium & quintum excogitari posset, quando pater, seu mater, auus, vel auia habent hæreditatem, vel prælegatum siue à suis ascendentibus, siue à descendentibus, siue ab alterutro coniuge, cum facultate disponendi liberè de eisdem bonis vltra substãtiam hæredis, seu legatarij in personam, seu personas, quas elegerit, prout fuimus interrogati à quodam nobilissimo viro. Et hoc fundatur, dato, quòd prælegans potuit disponere de illis bonis in quemlibet extraneum, ergo & legatarius poterit vltra sua bona tertij & quinti prælegare vni filio, vel extraneo. l. cùm pater. §. à filia. ff. de lega. 2. vbi testator reliquit filiæ suæ centum, vt post mortem cui vellet ex liberis relinqueret. Ecce vbi testator potuit relinquere ius eligendi vni ex liberis. Idem probat text. in dict. l. cùm pater. §. hæreditatem. l. codicillis. §. matre. ff. eo. vbi ex dispositione testatoris legitimus hæres legatarij, priuatur legato suo testatori relicto. Constat igitur ibi testatorẽ posse relinquere in liberam potestatem & voluntatem legatarij, cui dettrem sibi relictam. ergo potuit eũ ad hæc astringere. Prætereà de hac quæstione est mihi tex. formalis in authẽ. vt lice. matri. & auiæ. in princ. vbi inquit text. quòd pater, vel mater potest filio suo in residuo vltra legitimam apponere grauamen, ne ad patrem, vel matrem proprietas vel vsusfructus perueniat. Redditur optima ratio in text. dicendo, Hoc enim & extraneis relinquere poterat, vnde nulla vtilitas parentibus nasceretur. Item verba ita debent intelligi, vt aliquid operentur. l. si quando. de leg. 1. l. si quando. de inoff. testam. cap. si duo. de procur. lib. 6. Bart. in. l. 4. nume. 2. ff. si quis cauti. sed præmissa si hoc non induxissent, essent nullius operationis in legatario, ergo &c. ¶ Item adstipulatur. Nam cùm testator eã partem reliquit legatario liberam ab omni ratione, visus est eam ita voluisse ad successores eius trãsire, cùm tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus initium sit spectandum. l. vnum ex familia. §. si de falcidia. de legat. 2. l. item veniunt. §. cùm prædixerimus. ff. de peti. hæred. l. cùm filius. §. hæres meus. de legat. 2. Sed hæc bona in legatario fuerunt libera tempore, quo fuerunt relicta, & adita, ergo & pòst libera erunt in legatarij persona, vt cui libuerit tanquam primi testatoris possit relinquere. ¶ Idque prætereà ex quadam æquitate venire est intelligendum. Nam cùm vetuit rationẽ ab eo exigere, visus est testator quod non teneretur reseruare filijs primi matrimonij, si vxor esset legataria per præmissa verba, nã hæc fuit coniecturata mens testatoris, quæ sequenda est. l. cùm in te. in fine. C. de fideicom. liber. Tum etiam, quia voluntates postremæ defunctorum sunt latè interpretandæ. l. in testamentis. & l. quę conditio. ff. de condi. & demonstr. l. qui insulam. ff. de verbo. obliga. sed si legatarius, legatariave in specie prædicta, non posset vltra sua bona prælegare esset stricta interpretatio, quod dicendũ non est. ergo. &c. Præmaximè, quia collatio cessat ex præsumpta voluntate defuncti. l. ex parte. §. primo. ff. famil. herciscun. ita in quæstione proposita voluit hanc quintam partem in quemcunque transierit, liberam à collatione. ergo &c. l. 1. & authen. ex testamento. C. de colla. Pet. Stella de collationib. ¶ Item probatur. Nam filius, qui patri, & fratri succesit, potest separationem hæreditatum petere, vt fratri, non patri succedat. l. si filius qui patri. ff. de vulga. Ergo ita dicendum est in casu proposito, vt possit partem sibi relictam liberè, à suis bonis separare, & cuiuis relinquere. Item facit illud, Quod per me possum, & per alium. l. legatus. ff. de offic. proconsul. Sed primus relinquens potuit rem legare extraneo, relictis liberis. ergo & eius successor. Facit. l. legatari⁹. ff. de leg. 1.

Huc etiam accedit talis consideratio: nempe, quòd legatarius, legatariave posset hanc quintam partem, vel aliam sibi prælegatam prælegare alteri ea ratione, qua sibi fuerit prælegata: vt quãsem per liberam habuerit, & distinctam à reliquis bonis, & ita non confert cui legata fuerit, cùm legatarius non conferat. Iaſ. in. l. si emancipati. col. 10. versi. Tertio princ. nu. 4. C. de collat. Facit gloss. fin. in. l. illud. C. de colla. vbi donator donans simpliciter non expressè cauens de collatione, donatarius non confert. Quod intelligendum est, vt per Bart. Paul. & Iaſ. ibi. vel si fuerit facta donatio ob bene

ob bene merita, vt dictum est, quo casu filius non confert. glo. in. l. si donatione. C. de colla. Bart. in princi. ff. veteris. nume. 14. Ripa in. l. in quartam. nume. 150. vbi de hoc latè. ff. ad legem Falcid. Intelligendum tamen non fuerit donatio excedens merita, vt suprà dixi, nam in eo tantùm est valida. argum. l. si pater. §. primo. ff. de donat. l. donationes. §. pater qui. &. l. donationes. §. species. ff. eod. titu. aliàs inofficiosa iudicabitur. l. 29. Tauri.

Quid autem esset, quando non fuerunt relicta bona quintæ partis in casu prę missò liberè, & adiecta clausula, quòd de eis disponere posset vltra tertium, & quintum suæ substantiæ in quem voluerit, licèt pleno iure, & absque onere rationis fuisset relictum? Consului, talem testatorẽ non posse præiudicare, nec demandare in præiudicium descendentium, nisi vnum quintum totius peculij habiti quocunque titulo, & causa: quia totum est vnum: & non diuersum patrimonium, ergo iure diuerso non debet iudicari. Nam additione pars relicta cõfusa est cum bonis eiusdem. l. si quis ædes. ff. de serui. vrb. prædiorum. l. secunda. §. fina. ff. de hæredi. vendi. ergo res prælegata non poterit vltra quintum alteri relinquere: cùm postquam legatum acceptauerit, fuerit factum vnum patrimonium, & non sint duo cum bonis ipsius legatarię. l. vnica. §. cùmigitur. C. de cadu. tollen. l. si tibi homo. §. cùm fundus. vbi Alexan. num. 6. dicit communem. ff. de lega. primo. l. à Titio. ff. de furt. Ergo prædicta legataria sicut non potest facere nisi vnam meliorationem de tertio & quinto, ita nec de quinto à marito, vel ab alio relicto, tanquã de proprio patrimonio, nam aliàs duos quintos relinqueret, & sic esset modus fraudandi leges: cùm lege regia sancitum sit, non posse duos tertios, seu quintos relinquere, nisi tantùm vnum. l. 28. in decisio. Taur. cùm sit totum vnum & idem patrimonium. l. fina. in fin. C. de inoffi. testa. ergo non debet, vt dixi, diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucapionib.

Item expresè facit. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulga. & sic vnica, & non diuersa ratione debet iudicari. ¶ Suadetur etiam. Nam prohibitus succedere patri, non est prohibitus succedere fratri, qui hæreditate patris adita mortuus est: notant doct. in. l. prima. §. veteres. ff. de acquiren. possessione.

Fundari etiam potest ratione non vulgari. Certi enim iuris est, quòd peculium castrense in collationem non venit. l. prima. §. nec castrense. ff. de colla. bono. tamen si pater mortuo filio in eius castrense peculium veniat, fit collatio. l. prima. §. si is qui bona. ff. de colla. bono. ita ergo in præsentia quod liberum erat penes matrem, pãtremve, erit collationi obnoxium in eius hæredibus. vid. l. penul. cum glo. fina. C. de collationib.

Est dubium, Vtrùm in relictis à patre quatenus lex resistit, vt in spurijs, iuxta. l. 9. Taur. etiam si ex errore facti putaret se legitimum, posset vllo tempore relictum vsucapere? Salicet. post antiq. in. l. nihil. C. de vsucapio. pro hæredi. tradit non posse. Glosl. memorabilis idem tradidit in. l. nemo. ff. de vsucapio. pro lega. Bald. in. l. nullo. C. de rei vendi, Alexan. notabiliter. consi. 74. nu. 7. lib. 3. fusiùs Balbus de præscrip. 4. part. 4. part. quæst. 18. Ripa in. l. prima. num. 8. ff. quorum bonorum qui videndi sunt, quia nõ est omnino sine dubio secundum Pinell. Lusitanũ ingenio, & literis optimè præditum in rubri. C. de bon. matern. 2. part. nume. 43. versi. Quod vtiliter amplio.

Dubitatur præterea, Vtrùm filius possit petere legitimam à patre mortuo ciuiliter per ingressum religionis, sequuta professiõe? Quòd possit, est communis Canonistarum secundum Iaſ. in authen. si qua mulier. nu. 51. C. de sacrosan. eccles. tenet Panormita. in capit. in præsentia. numer. 59. de probatio. Felin. ibi refert alios idem tenentes. nume. 55. & probat latè Antoni. Corset. in verbo. legitima. Et istam communem Canonistarũ profitentur Bald. nouell. in tracta. de dote. 1. parte. nume. 11. Pyrrhus in tracta. de suitate. quæst. 4. nu. 8. adducit glos. in. l. prima. ff. de testa. vbi latè Imol. qui dicit, quòd testamentum impletur per mortem naturalem, non ciuilem. Quantum verò ad legitimam, quæ debetur suis hæredibus iure naturæ procedit ista communis opinio Canonistarũ, per cap. cùm simus. de regula. vbi inquit esse text. expressum, non diuinando, nec violãdo literam, in qua ponitur casus de filio, non de extraneo hærede, ipse ibi citat palæstram disputationis, multa alia fundamenta. Quod dictum Imol. reputat valde singulare. Ioan. Pyrrhus loco prę citato. nu. 10. Et opinionem hanc communem quòd possit petere legitimam filius professione patris sequuta, tenet glo. in cap. transmissæ. verb. mota. & ibi Panormi. qui filij sunt legiti. glos. in authent. Nunc autem. C. de episco. & cleri. glo. in authen. de monach. §. illud. verb. detur. colla. 1. Couar. in capi. 2. num. 7. de testa. istam fatetur communem, & nos ad Segur. in. l. Imperator. num. 123. ff. ad Trebelli. Paul. Paris. in dict. cap. in præsentia. num. 165. vbi istam partem tenet & latissimè examinat Dueñ. in regul. 356. num. 6. tetigit Acosta in. §. & quid si tantum. num. 12. part. 2. Et est vtroq; foro seruanda propter eius æquitatem. Couar. vbi suprà. Cõtraria est communis opinio Legistarum, vt constat ex glo. Bart. num. 8. Sali. nu. 12. & Iaſ. nu. 50. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. Guillel. Benedict. in repet. capit. Raimutius. verb. mortuo itaque testatore. nume. 299. de testamẽ. Panor. & communis in ca. cùm simus. de reg. sequitur Feli. & Deci.

& Deci. in capit. in præsentia. de proba. vbi optimè eam defendit Augusti. Beroi. nume. 534. Suarez in allegatione. 20. versi. Præterea est communis sententia ex quibus hanc communem tenendam esse firmabis. Et est magis communis opinio secundùm Couarru. in prædict. cap. 2. num. 7.

Ex qua infertur ante mortem naturalẽ filium non posse à patre petere legitimam, quanuis eam sit verosimile, quòd disipauit. Quia cùm sint bona propria patris, poterit de eis ad libitum etiam abutendo disponere. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæredi. ibi. Dum re sua abuti putant, non præstabunt &c. singul. secundùm Ias. in l. more. nume. 1. ff. de iurisdi. omni. iudic. colum. 2. & in l. Polla. col. secũda. C. de his, quib. vt indig. & in l. prima. colum. fin. num. 29. C. qui testa. facere possunt. & in l. filius fami. §. diui. colum. 2. num. 9. ff. de legat. 1. Ludoui. Gomezi. in. §. quædam. nu. 17. Instit. de actio. Gomez Arias in l. 15. nume. 69. in decisioni. Taur. Si ergo est moderator & arbiter in re propria. vt in l. nemo exterus. C. de Iudæ. l. in re mandata. C. manda. etiam abutendo. vt in dicto. §. consuluit. & est text. simi. in l. si quid possessor. §. quicunq;. ibi, tunc enim quia quasi suam rem neglexit, nulli querelæ subiectus est. ff. de peti. hæred. consequens erit, quòd nec patri est faciẽda prohibitio bonorum suorum in sua vita, cùm sit satis absurdum, vt Ias. in diuersis quæstionibus in locis præcitatis fatetur.

Secundò, Nam viuente patre filius non potest petere legitimam: præmatura est enim spes collationis, cùm adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debetur. vt probat formaliter text. in l. prima. §. si impuberi. ff. de colla. bono. l. secunda. §. interdũ. ibi, improbum esse, Iulianus existimat, eum qui solicitus est de viui hæreditate. ff. de vulga. & pupilla. & per prædicta in opinione communi Legistarum paulò antè relata. ergo pro confirmatione corollarij.

Tertiò, Quoniam certum est patrem tãquam proprium dominum rerum suarum posse in præiudiciũ filiorũ bona sua proijcere in mare. Bald. in princi. C. colum. fin. num. 9. Philip. Deci. consil. 557. versic. Venio ad secundum dubium. nu. 7. & nume. 8. nec poterit filius patre viuente exigere legitimam. vt probat Bald. consi. 304. Quidam de insula. nume. 1. libr. 4. Ergo non poterit in vita prohiberi, ne suis bonis vtatur ad libitum.

Quartò, Nam certi iuris est, quòd allegare contra patrem dissipationem bonorum, est indecens & inhonestum legibus diuinis, & humanis, quæ de seruando honore parentibus loquuntur. Potiùs enim quis fame perire debet, quàm cum peccato alimenta repetere modo præmisso. l. palàm. §. non est ignoscendum ei, qui obtentu paupertatis turpissimam vitam elegit. ff. de ritu nuptia. Igitur hæc petitio tanquam inhonesta non erit admittenda.

Quintò istam sententiam tenet Bald. in l. non potest. 1. lectura. ff. de adopt. quam ipse exornauit ex pluribus eam sequentibus ad Segur. in repe. l. Imperator. nume. 118. ff. ad Trebell. quos isto anno. 1557. nouissimè reassumpsit præclari ingenij vir, Lusitaniæq; optimum ornamẽtum Arias Pinel. in. l. prima. 3. part. num. 75. versicu. In hanc partem. C. de bonis maternis. Et sequitur Ioan. Baptista Caccialup. in repe. l. frater à fratre. §. quę situm. nume. 122. ff. de condi. indebi. Quod constat, cùm Bal. allegauerit vltimo loco, nec ab eius opinione recesserit, quanuis aliquando fuerit iudicatum pro eo, aliquãdo aliter fuerit processum prædixerit. Et pro ista parte consuluit Socin. consil. 8. lib. primo. Et est communis opinio, teste Io. Rubeo in repet. §. Imperator. l. Titia. nume. 33. ff. de legat. 2. Et est veriorisiuris secundùm Ias. in. l. si is qui pro temporali. §. sed & si quis. nume. 4. ff. de iureiuran. & dubitans eam videtur approbare. Idem Ias. in authen. nouissima. nu. 8. C. de inoffi. testamen. sequitur Sylueſt. in. §. præterea. nu. 54. Instit. quibus mod. ius patri. potesta. solui. Et de iuris rigore veram esse dicit Dueñ. post Ias. in tracta. fallen. regul. 356. ampliat. 1.

Contrariam opinionem tenet Bald. in. l. secunda. num. 3. C. si quid in fraud. patro. imò quòd succurrendum est filijs, quando pater bona dissipat, vt ex his aliqua separentur pro alimentis & legitima. Quod reputat singul. dictum Segur. in dict. l. Imperator. nume. 118. & plures relati à me ibi ad eũ. Et ab Arias Pinel. vbi suprà. qui est huius opinionis, dicendo ex numero scribentium receptiorem hanc sententiam esse suo sensu. tenet Hieron. Cagnol. in repet. l. final. num. fina. C. de pact. Ioan. Lup. in repe. c. per vestras. §. 17. n. 14. de don. inter vir. & vxorem. Et est communis secundùm Paul. à Monte Pico in. l. post contractum. nu. 31. ff. de dona. Sed contrariam dixit communem. nume. 24. Doct. Couar. latè in capit. Rainutius. §. 10. nume. 6. de testamẽ. imò, quòd alienata per patrẽ titulo oneroso non reuocantur per filium, etiam concurrẽte fraude. Probatur in. l. nonvsque adeò. in sui ratione. ff. si quis à par. fue. manu. & Ioan. Hannibal. in dict. l. post contractum. num. 54. Si ergo secũdum istam communem alienata in fraudem non potest reuocare, per text. in dict. l. non vsque adeò. nec petere poterit assignationem legitimæ in vita patris etiam loco alimentorum ex iuris rigore, cùm hoc non sit iure cautum in patre dissipante bona propria. De æquitate non scripta Bald. opinionem procedere non dubitaui: quæ æquitas cùm alio modo possit præuideri constando de

do de prodigalitate, per text. in.l.is qui bonis. ff. de verb.obliga.iniquitatem potiùs iudicarẽ. nam causa pia contra ius alterius non est sequenda. capit.ex tenore.de foro compe.ca.nuper. de dona. inter vir. & vxor. Declaretur ergo prodigus ipse pater,& prouidebitur filio, ne bona dissipentur: cùm interſit Reipublicæ, ne quis re sua malè vtatur. Et si noluerit filius propter rationem.text.in l.Imperator.ff.ad Trebell. mores mutabuntur,& de prodigo forsan redderetur auarus,sic cessabit dissipare. Bald.dictum in.l.non potest.procedere potest,quando non sunt bona subiecta restitutioni, quo casu non debetur legitima ante mortem naturalem,nec filius poterit ante mortem naturalẽ petere, nec venditionem etiam in filiorum fraudem impedire. Poterit tamen alimenta exigere, quæ à patre debentur filio ante mortem, & continet æquitatem.vt est Bald.traditio in dict.l.secũda.C.si quid in fraud.patro. Aut sunt subiecta restitutioni filio, & tunc procedit.l. Imperator. ff. ad Trebell. Vel tractatur tanquàm de quota legitimæ in vita patris,& non datur legitima cùm viuat. Aut petitur non tanquam quota, sed tanquã alimenta per mẽses,seu annos,& debebitur,æquitate suadente.

Quæro, Vtrùm licitum sit bona vinculare, & vni filio relinquere ad conseruationem,& memoriam familiæ? Et videtur, quòd sic.l.cùm pater.§. Iulianus.de legat.3.qui text. loquitur de Primipilario. Et ista est principalis ratio deferendi domũ principalem primogenito à parentibus,consuetudine,vel à statutis,secundùm Socin.consil.47.colum.2.nume.5.versi.Secunda ratio.lib.3.scilicet, vt bona vnita conseruentur in personis primogenitorum. Nam ex conseruatione bonorum, conseruantur dignitates familiarum. Bald.in.l. maximum vitium.C.de libe.præte.Ioan. Andr. in additio.1.ad Specul.in titul.de succesio. ab intesta. Barb.in rub.de succesio. ab intesta. Paul. Parisi. in cõsi.72.nu.81.lib.4.And.Tiraq.denobil.c.37. nume.22. latè in tracta. de primogeni. quæst. 72. nume.2.Poteritque fundans maioricatum prohibere, ne fœminæ veniant ad eum.Ias. consil. 46. colum.2.libr.primo.& in.l.omnes populi. num. 41.ff.de iusti. & iure.& ibi Ioan. Crott.nume. 18. colum.4.Paul.Parisi.consi.72.num.19.lib.4.Roderi.Suarez in repe.l.quoniam in prioribus. ampliatio.10.nume.52.C.de inoffic.testam.Hinc est statutum excludens fœminas stantibus masculis esse fauorabile,quia conseruat familias.Tiraquel. in legibus connubiali.in.l.prima.gl.1.versi.Deinque non prætermittant.nu.88.De quo statuto facit mentionem.D.Segur.in repeti.l. cohæredi.§. cùm filiæ. nume.86.versic. Tertiò facit.vbi plura de eo scripsi. ff. de vulgar. & pupilla. substitutio.

Ratio istius statuti ea est, vt familiæ conseruẽtur in statu primo,ne agnationis nomen sit sine bonis paternis.Bald.in.l.maximum vitium. colũ.1. C.de libe.præte.Fortunius Garcia in. l. Gallus.§. idem credendum.nume.38. ff.de liberis & posth. Sebastian.Sapia in repet.l.primę.nume.58.versi. Ex ista sublimitatione.ff.de offic.eius, cui mand. est iurisdict.vbi probat tale statutum esse fauorabile.Ex qua theorica poteris intelligere legẽ Caroli Imperatoris,olimq; Regis Hispaniæ, in qua sancitum est, existentibus masculis, quòd fœmina non possit à patre meliorari ex causa dotis tacitè,nec expressè per contractum inter viuos.l.101. in Curijs habitis in oppido de Madrid ann.1534. ibi, *Mandamos que ninguno que houiere hijos varones legitimos no pueda dar, ni prometer por via de dote, ni casamiento de hija tercio,ni quinto de sus bienes, ni se entienda ser mejorada tacita,ni expressamente por ninguna manera de contracto entre viuos,so pena, que todo lo q̃ de mas de lo aqui cõtenido diere,o prometiere segun dicho es,lo haya perdido, y pierda.* Secundum istam literam transcripsit Celsus in reperto. legum Reg. verb. *Dote.*versi.4.fol.112.colum.1.quæverior est, quàm ea, quæ habetur in communiter impressis Salmanticæ An.1550. ¶ In tantum, quòd huiusmodi Maioriæ sunt licitæ in foro animæ, cùm lege permittente id fiat.L. Gracchus. C. ad legem Iuliam.de adulte.cap.qui peccat.23.quæstio.4. tenet Albe.in.l.Barbarius.colum.7.nume.10. ff.de off. præto.& Tiraquel. de iure primogeniorum. quæst.4.numer.13.Anto.Gomez in.l.40.nu. 56. versic.Secundo principaliter quæro.in decisioni. Tauri.Ioan.Lup.in repeti.capit.per vestras.§. 26. fol.99.Sequitur Cifonta.in dict.l.40.Tauri.quæstio.8. Et magis communiter talis institutio Maioricatus est approbata.Couar.lib.3. Varia.resol. capi.5.nume.5.vbi vide.

Vtrùm,autem pater, vel mater cõstituens maioriam teneatur in cõscientiæ foro eligere dignio rem,vel melioransaliquem filiũ in tertio,& quinto bonorum? Quòd teneatur distribuere digniori,patet:quia in distributione bonorum in præiudiciũ tertij versari debet publica vtilitas, qua cessante, quis suo iure etiam à Principe non est priuandus,prout est clarum iuris fundamentum, ergo nec pater poterit ex legis potestate, principisve facultate filium dignum priuare tertio,& quinto bonorum sine causa, & admittere indignum. Item si est ad conseruationem agnationis,non debet fieri in indigno,sed in bono,cùm ex bono bonum producatur,quod perpetuò appetẽdum est à fundatoribus maioricatuũ, vinculorũve. Quod in electoribus,& patronis beneficiorum quarum libet ecclesiarum expositum est à nobis suprà lib. primo.titul.sexto.in.l.secunda.colum.253.versi.

Quæro

AYUNTAMIENTO de VALLADOLID - BIBLIOTECA

Quæro etiam, Vtrùm dominus noster Rex.

Secundò istius sententiæ est Ioan. Lup. in dict. §. 26. dicens esse quæstionem vtilem pro salute animarum, quòd si pater, vel mater ex affectione paterna præfert filium minùs meritũ, peccaret: quia facultas regis ipsum patrem inter filios iudicẽ constituit: qui si aburatur facultate, minùs dignum, digno, vel digniori præferendo, peccaret. Qui autem habet facultatem, in foro conscientiæ, tenetur eligere digniorem, nec satisfacit eligendo dignum, si magis dignum potuit eligere. capi. licet. 8. quæst. prima. Induci etiam solet ad hoc text. in cap. si quis iusto. §. porro. de elect. libr. sexto. vbi vox simpliciter commissa capitulari, non potest diuidi. Quia quod putat dignum apud se, debet etiam in voto sibi commisso iudicare. Est casus vnicus secundum Ludo. Roma. singula. 76. Citat Lapus allega. 22. numer. Et quòd teneatur eligere dignum, probat Deci. consil. 502. nume. 7. & Ludoui. Gomezi. in cap. secundo. nume. 22. de constitu. libr. sexto. Et vide Præpos. & Cardi. Turrecremat. in dict. capit. licet. Adducitur etiam text. in. l. fœminæ. C. de secundis nuptijs. ibi, in quem contemplatione meritorum. quem dixit singul. Ioan. Lup. vbi suprà nume. 4. Et quanquam lex illa sit hodie correcta per authen. Lucrum. nihilo minus eius ratio viget.

Item est text. in. l. cùm quidam. ff. de legat. 2. vbi dicit text. Qui habet potestatem à testatore eligendi aliquem de familia testatoris, non potest eligere indignum, nempe illum, qui offenderit testatorem. Et in terminis sensum Doct. Ioan. Lup. vbi suprà sequitur Ferdin. Gomez Arias. in. l. 15. Taur. nume. 90. & Anto. Gomez in. l. 40. nu. 56.

Contrariam tenet Segur. in repeti. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. nume. 71. ff. de lega. 2. Couarru. in reg. Peccatum. 2. part. §. septimo. num. 7. de regul. iuris. libr. 6. Hanc conclusionem nouissimè declarat. ¶ Iura autem pro Ioan. Lup. citata solùm loquuntur in electione præcisa personarum & ad officium, seu beneficium, in quo requiritur prouideri ecclesiæ de digniori. Nos autem loquimur in voluntaria electione. Nempe dicit lex, vel Regis facultas, q̃ possit omnia bona sua, vel partẽ bonorum relinquere vni ex suis filijs quem velit, cum tali onere hdeicommissi, vel sine eo: quo casu constituens erit tutus in conscientiæ foro, nulla adhibita distinctione, an eligat dignum, vel indignum, gratum, ingratumve.

Quæro, Vtrùm legatum relictum pro dote alicuius puellæ sit conditionale, an purum? Videtur quòd cõditionale, cùm intelligatur tale relictum si nupserit viro: si ergo ante nuptias decesserit, nõ debetur talé legatum, nec transfertur ad hæredes legatarias, sed remanebit apud hæredes testatoris. Bart. per text. ibi in. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonstr. colum. 2. nu. 3. quem sequitur ibi Bald. Parisi. consi. 110. colum. 1. lib. 4. Hanc post alios opinionem profitetur communem esse, optimis rationibus consuluitque Lud. Roma. consil. 134. Pro declaratione primæ dubitationis. versic. His ergo præsuppositis. colum. 2. Et est communis secundum Philipp. Corne. consil. 209. incip. Licèt claram arbitrer hanc consultationem. colum. 1. libr. 4. Couarru. alios ad hoc idem probantes citando in cap. 3. nume. 11. de testamen. text. in. l. Publius Mæuius. in princi. ff. de condit. & demonstr. l. si ego. in prin. & l. tali. & l. promittendo. ff. de iure doti. Bart. in. l. secunda. §. fina. ff. eod. titul. Ant. Capici. decisi. 204. nume. 1. & Aufre. decisi. Capel. Tolosa. Bald. in. l. si plures. nu. 26. C. de cond. insertis. Corn. consil. 40. nu. 15. lib. tertio. Quam communem intelligit bene Couar. loco paulò antè memorato, quem videas pro intellectu huius dubij. Intellige tamen, nisi ex coniecturis contrarium ex mente disponentis deprehendi posset, vt post alios explicat Couar. vbi suprà. versi. Vtrunque verò. vsque ad versic. Septimò excluiuè.

Quod autem legatum dicatur conditionale, & quot sint eius conditiones, declarat Doctor Didacus del Castillo in. l. 27. verb. *Condicion.* in decisio. Tauri. Dixi in meis quæstionibus. quæst. 1. incip. Quidam Licentiatus. col. 1. ¶ Quæri potest, An legatum factum puellæ, *para ayudar a su casamiento*, sit modale, vel conditionale? Quod sit modale, scripsi latè in dict. quæstio. 1. vbi ita consului post Bald. consil. 249. libr. 4. Vtrùm autem valeat legatum, si nupserit cum Titio, vel cum alio talis generis personarum, nempe cum Titio, Henrico, vel &c. Quod valeat tale relictum, est text. in. l. legatum. & ibi glos. C. de condi. insertis. quem citat Hierony. Cagnol. in. l. diem functo. nume. 32. ff. de offi. assessо. ¶ Secundus est casus formalis in. l. cùm ita legatum. versic. videamus. ff. de condi. & demonstr. ibi, Si ita legatum sit, si Titio nupserit: & quidem si honestè Titio possit nubere, dubiũ non erit, quin nisi paruerit cõditioni, excludatur à legato: si verò indignus sit nuptijs eius iste Titius, dicẽdum est, eam beneficio legis cuilibet nubere &c. In tantum, quòd si per eam non stetit, quominus nuberet Titio, debet habere legatum. text. in. l. pater Seuerinam. ff. de cond. & demon. Et est notandum, quòd litera est corrupta, ibi, filia nubere voluisset. debet dicere, noluisset. De cuius legis intellectu vide Acostam Lusitanum in. l. Gallus. §. & quid si tantum. §. part. nume. 4. ff. de liberis & posthu. & in. l. cùm tale. §. si arbitratu. in princip. & in vltim. notabi. pag. 113. ff. de condi. & demon. D. Couar. lib. 1. Variar. resolut. c. 19. nu. 9.

Talem

Talem legatum non inducit viduitatem, sed lucri spem, si voluerit Titio contrahere, cùm possit nubere viro alij, si libuerit. d. l. cùm ita legatum. Casus formalis in. l. Titio centum. §. Titio. c. in. 1. ff. de cond. & demonst. aliud inquit tex. Est enim eligendi matrimonij pœnæ metu libertatem auferri, aliud ad matrimoniũ inuitari. Explicat Guiliel. Benedi. in repet. cap. Rainutius. verb. cuidam Petro. nume. 8. de testamen. Couar. lib. 1. Variar. resolut. cap. 19. nume. 10. Oldrald. consil. 16. Paul. in. l. hoc genus. nume. 4. ff. de condi. & demonst. Felin. in cap. secundo. colum. fina. versi. Fallit sextò. de treuga & pa. Ioan. Lup. in repe. capi. per vestras. §. 21. nume. 3. fol. 94. de dona. inter vi. & vxo. text. in. l. in testamento. 2. ff. de condi. & demon. l. 14. versicu. *Pero si el testador.* titul. 4. part. 6. & l. 22. titu. 9. ead. 6. parti. quibus iuribus probatur, firmum esse tale legatum. Et Anto. Gomez tracta. de vltim. volun. capi. 12. fol. 126. col. 1. nu. 68.

Est tamen notãdum, legatum alicui puellæ relictum, vt ea nubat Titio, non deficere, etiam si Titius moriatur ante matrimonium, si illa puella pauper sit, ac velit alteri nubere. Quod secùs erit, si prædicta puella diues sit. Couar. in capit. tertio. nume. 11. versicu. Quintò inde colligitur. de testamen. dicens expressim hoc adnotatum esse à Bal. in. l. legatum. C. de cond. infer. quo in loco hanc conclusionem non potui reperire. Nec certè in meo libro eam ponit modo præmisso, sed apertè probat Bald. nouell. de dote. 6. parte. priuileg. 76. num. 4. ad fin. & priuileg. 77. num. 1.

Legatum relictum pro puella maritanda, an verificetur, si fuerit ingressa religionem? Dicendum quòd sic, quia est effecta spõsa Christi. Tum etiã, quia relictũ fuit pro anima testatoris, quod ideo verificari debet in isto casu. Bald. per tex. optimũ ibi in authen. Nisi rogati. C. ad Trebell. Bald. nouel. de dote. 6. parte. priuileg. 77. Stephan. Aufreri. decisio. Capellæ Tolosa. 183. Anton. Capici. decisio. 204. nume. 2. Loazes in repe. l. filiusfamiliàs. §. diui. nume. 139. ff. de legat. 1.

Dubium est quotidianum, Relictum pro Catharina maritanda, an ei debeatur, si iam erat maritata tempore testamenti? Bald. in. l. fina. circa fin. C. de senten. quæ sine cert. quanti. notabiliter respondet deberi. Iaso in repe. l. quo minus. nu. 157. ff. de flumini. citat. l. si iam facta. ff. de cond. & demonstra. l. antepe. C. de instit. & substi. Secùs tamen erit secundùm eos, si esset factum legatũ pro incerta puella maritanda: quia tale legatum non haberet locum in maritata. Quod est bene notandum secundum Iaso. vbi suprà. Hippolyt. in pract. §. secunda. nume. 53. ¶ Quæri etiam potest, Legatum est factum à viro suæ vxori donec castè vixerit in domo viri, Vtrùm per transitum ad secundas nuptias amittat legatum? Respond. ipsum amittere. Bald. in. l. voluntatis. fina. col. C. de fideicom. Iaso. in. l. prima. C. de legat. nu. 4. Et Ioannes de Garronibus in repet. rubri. C. de secund. nupt. nu. 31. in versicu. 15. pœna est. Deci. consi. 485. nu. 13. Paul. Parisi. consi. 95. nu. 17. libr. 2. D. Couar. in epitom. 4. Decretal. 2. part. cap. 3. §. nono. num. 12.

Dubitatur, Vtrùm facta traditione rei legatæ in vita testatoris ab ipso possit reuocari? Videtur quòd non: quia quod semel placuit in vita per talem actum, non debet posse reuocari, quia dicitur contractus potiùs inter viuos, quàm in vltima voluntate. Paul. de Cast. consi. 236. col. 2. in. 1. dubio. lib. 4. Sed contrarium est dicẽdum. vt probat Andre. ab Exea lib. pactorum. nume. 118. Bald. in. l. 1. C. si quis omiss. cau. testamen. & in. l. fina. C. de vsur. & fruct. lega. Cremens. singul. 15. Segur. in repeti. l. prima. §. si vir. nu. 65. ff. de acqui. possessio. Imò cum fructibus est facienda rei legatæ restitutio. l. cùm quis. ff. de cond. causa data. vbi litera sic se habet, Cùm qui mortis causa donationem fecisset, cùm conualuit donator, condicit. fructus quoque donatarum rerum, & paratus, & quod accesit rei donatæ, repetere potest. l. videamus. 2. §. item si indebitum. ff. de vsur. singulariter probat Carol. Molinæ. in consuetu. Parisien. titul. 1. §. 30. quæst. 8. nu. 30. & declaraui ad Segur. in repe. l. prime. §. si vir. nume. 77. ff. de acqu. possess. Ioan. Copus de fructibus. lib. 3. capit. 6. in. 12. volun. tracta. Ratio est: quia donatio causa mortis legatumve continet à principio tacitam conditionem, nisi conualuerit donator, & sic reuocatur vt ex tunc, & veniunt fructus, tãquam percepti ex re aliena.

Quando autem fit reuocatio donationis perfectè, vt ex nunc, quia est donatio inofficiosa, non veniunt fructus, quia eos percepit ex re propria. Anto. Rubeus consil. 34. colum. secunda. nume. 3. versi. Quartò considerandum. Vel ex alia qualibet causa fiat reuocatio donationis inter viuos nõ veniunt fructus percepti à donatario. Caro. Mol. & Segur. in locis præcitatis. gl. in. l. generaliter. §. si quis alienum. verb. ex aliqua causa. ff. de fideic. libert. singu. secundum Segu. in dict. repe. §. fivir. nume. 73. vbi plura addidi. ff. de acqui. possessiõe.

Quæstio satis dubia his conijcipotest, legatum fuit factum Magdalenæ mille aureorum pro dote: pater conualescens matrimonio eam tradidit minori dote, nempè sexcẽtis aureis: quia vita functus, legato non reuocato, est dubium, Vtrùm filia dotata possit residuum repetere? Videtur repetitioni quadringentorum aureorum locum non esse, quia causa legati fuit ad eam maritãdam, quæ functa est suum effectum, ergo ampliùs de ea non est agendum, cùm ex facto legantis fuerit recessum à tali legato. Quod suaderi põt de his, quæ in

reuoca-

reuocatione expressa & tacita scripsit. D. Couar. in rubr. de testamen. 3. part. num. 19. versi. Quartò his proximè accedit.

Secundò, quia per legatum alimẽtorum secundo loco factum in minori quãtitate in codicillis, recessisse à priori facto in testamẽto maioris summæ testatorem est probabile iuris fundamẽtum. l. libertis. 2. in princi. ff. de alimen. & ciba. lega. Tenet istam partem Dyn. quẽ sequuntur Paul. cùm & Imol. in l. Lucius. 1. ff. de legat. 2. idem Imol. in cap. filius noster. de testa. rursus in. l. huiusmodi. §. cùm pater. ff. de legat. primo. Campeci. de dote. 1. parte. quæst. 36. Bald. nouell. de dote. 5. parte. nume. 12. in fine. hanc opinionem communem esse fatetur. ¶ Huic sententiæ communi, aduersatur alia contraria, imò quòd petitioni sit locus in quadringẽtis. Quæ suadetur. Nam causam legati, hoc est matrimonij, in specie proposita, contingere, potiùs confirmat relictum, quàm illud minuat, aut extinguat. l. si iam facta. ex. l. cõditionum. ff. de condi. & demonstra. dixi suprà. versi. Dubium est quotidianum. tenet Bart. in dict. l. Lucius. Baldus, Angel. Salice. & Docto. in. l. filia legatorum. C. de legat. & Ancha. in dict. c. filius. & ibi Barba. nume. 14. Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras. notabil. 3. §. 12. Socin. consil. 101. colum. 2. libr. tertio. dicens hanc opinionem communem esse. Quod etiam testatur Decius consil. 81. colum. 3. num. 6. & Alexand. consil. 7. colum. 4. num. 10. lib. 12. Iacobi. in dict. l. filia. Couar. in capi. officij. num. 10. de testamen. Philip. Corne. consil. 230. col. 1. lib 4.

Quæri potest, Vtrùm debitor legans creditori, censeatur id legasse animo compensandi? Videtur quòd sic, quia factum debitoris est accipiendum, prout ei vtilius sit. l. prima. ff. de solut. Sed huiusmodi erit, si præsumatur debiti compensatio. ergo &c. Præterea est text. in authenti. præterea. C. vnde vir & vxor. vbi legatum factum à testatore computandum est in. 4. debita suæ vxori legatariæ. Segur. in repet. l. cohæredi. §. cùm filiæ. nume. 110. & ibi dixi. ff. de vulga. & pupill. substi. Couar. in capit. officij. nume. 2. de testamen. post Imol. num. 10. qui bene loquitur. ¶ In oppositum videtur. Nam si debitor creditori suo quod debet legauerit, inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quàm in debito: quia nihil amplius per legatum habet. §. si quis debitori. versi. Ex contrario. Instit. de legat.

Secundò est. l. creditorẽ. ff. de legat. 2. vbi quando quantitas est legata creditori à debitore minimè in quantitate relicta, admittitur compensatio. cui est text. simil. in. l. vnica. §. primum itaq;. vers. sciendum. C. de rei vxo. actio. l. 16. titu. 9. part. 6. l. 16. Tauri. ibi, *no se le cuente en la parte que ha de auer.* Pro declaratione facio sequentes conclusiones. Quarum prior sit. ¶ Legatum à debitore in voluntario, legis authoritate, est compensandum cum tali debito legali. text. in dict. authen. præterea. & l. si cùm dotem. §. si pater. ff. solut. matri. vbi legatum factum filiæ à patre, qui dotem filiæ à genero exegerat, cuiusque causa debitor filiæ erat, compensatur cum ipsa dote à patre exacta. Est etiam argumentum in. l. omnino. & in. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testamen. quibus iuribus, in legitimam filiorum portionem legata imputantur. Et confirmatur ex adductis à Doctore Didac. del Castill. in. l. 16. Taur. verbo. *a su muger.* numer. 28. Est opinio communis secũdum Coras. lib. 3. Miscell. capit. 1. nume. 9. ¶ Ampliatur locum habere hæc computatio legati in eo, quod ex legis obligatione debetur, fieri debet, siue legatum fiat ab eo, cui onus ex lege incumbit, siue ab illius hærede, qui successit in eadem obligatione legali, ex eadem ratione. Anchar. consil. 26. colum. 2. Paul. de Castr. consi. 35. libr. 2. Aymon Crauetta consil. 131. colum. penul. nume. 14. lib. primo. vbi optimè hanc conclusionem defendit aduersus Corne. cõsil. 292. lib. 1. contrarium consulentem.

Secunda conclusio. Legatum non compensatur cum debito conuentionali, & ex volũtate partium contracto. Et hoc in loco intelligenda sunt iura allegata in versic. In oppositum. Couar. in. c. officij. nume. 2. de testa. Hanc distinctionem communem testatur, & vltra eum Paul. Parisi. consil. 95. colum. 2. num. 10. lib. 2. Et iterum dicit communem ibi colum. 5. nu. 37. Alex. consil. 19. 12. libr. 6. Quam intelligendam existimarem, nisi ex coniecturis appareat testatorem voluisse compensare cum tali debito. Panor. consi. 81. col. 2. libr. 1. Philipp. Corne. consi. 115. col. pen. lib. 4. Aymon. Crauet. consil. 149. lib. 1. duodecim referens coniecturas, ex quibus præmissam testatoris voluntatem deprehendere possumus. Quos sequitur. D. Couar. loco proximè citato.

In dubio tamen vt verba effectum liberalitatis habeant, & aliquid operentur, crederem compensationis intellectum non admittẽdum. argum. l. licèt Imperator. ff. de legat. 1. & illud vulgare, verba non debent esse absque effectu operandi. tex. in. l. si quando. ff. de legat. 1. qui apertè probat nostrum intellectum in illis verbis Africani Iurisco sulti dicentis, Non de alijs donationibus eum videri sensisse ait, quam de his, quæ de iure valituræ nõ sint, alioquin & frustra legaturus sit. Tum etiã si legatum fortè esset relictum consanguineo, vel affini creditori, quo casu magis affectione sanguinis, quàm ex alia causa censetur factum. l. Procula. ff. de probat. Barto. in. l. libertis. §. primo. ff. de alimen. & ciba. lega. Ioan. Crot. in repeti. l. si constante. nume. 116. ff. solut. matri. Confirmari latiùs

poterit

poterit ex Purpur.in.l.cùm quid.nu.128.ff.si cer. peta.vbi hanc opinionem communem fore testa tur.& Iaſ.ibidem profitetur in.l.quæ dotis.nu.18. ff.ſolut.matri. Alciat.in tract.de præſumpt.rep.1. præſumpt.32.nu.5.Item poteſt confirmari ex dubio tradito à Camillo Viſitarino in rep.rub.ff. ſo lut.matri.nu.93.verſi. Ad idem pro iſta opinione. quem ſupplico videas. Et quòd legatum nõ compenſetur cum dote,tenet Alexan.conſ.99.nu.10. lib.7. ¶Succedit præterea aliud dubium nõ contemnendum, nempe, Vtrùm legatum ſimpliciter factũ pro pauperibus,poſsit dari eccleſiæ,quæ indiget reparatione?Ioan.And.& Domi.in.c.fin. de teſtam.lib.6.concludit poſſe.Bald.in.l.ſi quis ad declinãdam.nu.10.col.4. &in.l.omnes.nu.7. per tex.ibi in verb.diſpenſatorem pauperum. C. de epiſc.& cleri. Ioan.Crot.in.l.ſi conſtante. nu. 55.ff.ſolut.matr.vbi reſpondet ad ea,quæ poſſent cõtrouertere, & antinomiam facere huic quæſtio ni.Dixi ſuprà verſic.Circa prædicta dubitatur de quæſtione quotidiana, Vtrùm hæres,vel Epiſcopus.Et eſt ſententia ab omnibus recepta ſecundũ Crott.vbi ſuprà.nu.56. Quibus dubijs & illud an nectendum mihi venit in mentẽ,eo quòd ſit diffi cile,& ob id non omittẽdum.Quid ſi teſtator legauit vxori domum, vel certam pecuniæ ſummã toto tempore vitæ ſuæ,donec caſtè, & honeſtè vi tam vidualem ſeruauerit, & poſt eius mortẽ ſubſtituit Petrum,An illa ad ſecunda vota tranſeunte,ſtatim admittatur ſubſtitutus: an verò expecta ri debeat mors naturalis vxoris? Io. Andr.ad Spe cul.titul.de ſecund. nupt. concludit Petrum ſtatim admittẽdum eſſe : quia conditio expreſſa per æquipollens dicitur adimpleta.l.mulier.in princ. ff.ad Trebell.l.ſi mater.C.de inſti.& ſubſtit. Quã probant Bart.in authen. quod locum. C.ſi ſecũd. nupſe.mulie. & alij plures relati à ſubtili Carolo Ruino in.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu. 51.qui contra hanc deciſionem plura adducit. Denique eam communem dicit.ff.de lib.& poſth.Paul. & Areti.in.l.ſi quis hæres ita ſcriptus.ff.de acq. hæredi.Andr.Tiraq.de cauſa ceſſante.1.part. nu.79.

Quid autem erit in tali quæſtione.Maritus reliquit vxorem ſuam vſufructuariam omnium bonorum ſuorum, ſtantibus filijs, An conſequatur totum ?vel quam partem vſusfructus in bonis mariti? Dicendum eſt tantùm conſequi poſſe vſumfructũ in illa quinta parte, de qua diſponere poſſet in proprietate,vltra enim tam in proprietate, quàm in vſufructu non poſſet. Segur. in repeti.l. vnum ex familia.§.ſed ſi fundum.nu.105. ff. de lega.2.Rode.Suarez in rep.l.quoniã in prioribus. ampliat.3.num.5.C.de inoffic.teſtamen. Ferdin. Gomez Arias in.l.quarta.Tauri.nume.105.Paul. Pariſi.conſi.94.nu.37. lib.ſecundo. qui eſt videndus conſi.97.num.20.eodem lib.ſecundo. Quod eſt ſingulare ad declarationem legum regiarum, quibus cautum eſt,ſtantibus deſcendentibus, omnia bona patris eſſe legitimam, præter quintam partem bonorum.l.28. in deciſio. Tauri. nã hæc legitima eſt relinquẽda abſque aliquo onere, ſeu grauamine filio,vt prædicti fatentur.tex.cum gl. communiter approbata in authen. nouiſsima.C. de inoffic. teſta. vbi idem ſtatuitur de onere vſufructus antiquo iure correcto. Quod idem fatentur gl.Bar.Paul.& Iaſ.in.l.quoniam in prioribus. C.de inoffic.teſtamen. Et ita probat,l.11.titul.4. part.6. ibi, *ſin ningun aggrauiamiẽto. &c.* Paulus de Monte Pico in repe.l.Titia.§.Titia cùm nubere t.num.35.ff.de lega.2. In regno Aragonum iure viduitatis ſuperſtes habet vſumfructum bonorũ mortui.alimenta tamen interim filijs præmortui tenetur dare. vt habetur in cõſtitu. Ab experto. titul.De alimentis.lib.5.fororum Aragon. fo.123. col.4. Viduitas verò perditur per matrimonium de præſenti,etiam copula non conſummatũ, nec in facie eccleſiæ contractum.eod.lib.5.conſti. Irrefragabili.ſub titul.De iure viduitatis. In viduis vide diſpoſita in tit.10.&.11.lib.4.ord.Luſitaniæ. & in lib.6.titu.6.libr.3.foro leg.regni Caſtellæ.& dict.for.Arago.libr.5.titul.De ſecund.nuptijs.

Nunc tamen quæro.Hæreditate non adita, an debeantur legata relicta in teſtamento ? Reſpon. quòd non.l.ſi nemo.1.ff.de teſtam.tutel. vbi Põponius ait,Si nemo hæreditatem adierit, nihil valet ex his,quæ teſtamento ſcripta ſunt.l.ſi hæreditas.eodem titul.l.tertia.§.ſi patronus. ff. de bonis liber.l.proximè.ff.de his quæ in teſta.delen. l.ſecunda.§.adeò.ff.de vulgar.l.prima. §.primo. ff. de legat.tertio.l.prima.§.ante aditam. ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſus fue.l.filium.§. ſed cùm ex hæredatio.ff.de bono.poſſ.contra tabul.l. eam quam. C. de fideicom.Ioã.Baptiſ. Cimatorius idem notat in rep.l.legatum.nu.17.ff.delegat.1.Anto.Gomez de vltimis voluntatibus. ca.12.nu.11. Couar. in rubri. de teſtamen.3.part. nu. 21. vbi diuerſum fore cenſet in donatione cauſa mortis, quæ ante aditam hæreditatẽ ſola morte cõfirmatur. Quod ſecùs eſt in legatis,vt dixi. Aditio hæreditatis eſt enim illa, quæ vires tribuit teſtamentis,ac omnino omnia in teſtamento contenta confirmat.Baldus in.l.omnium. C.de teſtamen.Guiliel. Benedict.in ca.Rainutius.verb.mortuo itaq;.1.nu.329. de teſtamen.qui eſt videndus à nume.326. præcedenti.Adde gloſſ.in.l.qui filio. ff.de hæred.inſtitu.Corneus conſil.324.colum.quarta.nume.octauo.lib.4.Pariſi.conſi.46.col.2.nu.18.lib.3.Andr. de Beſetis in repe.l.primæ.nume.148.C. de ſacro ſanctis eccleſ. vbi quid in milite, vel in cauſa pia. Angel.in.l.vni.in fin.princ.C.de cadu.tollen. &

in dict.l.eam quam. ¶In tantum hoc procedit, modò legata relinquantur in ipso testamento, modò in codicillis factis ante, vel post, quia semper requiritur aditio ex ipso testamento.l.tertia.§.fina. ff. de iure codicill. Procedit etiam si ab intestato sint facti codicilli, in quibus relinquantur legata, quia etiam hoc casu posteriori est necessaria aditio per venientes ab intestato.glo.in.l.qui filio.§. primo.ff.de hæredi.instit.quam glo. plures sequũtur, de quibus per Anto. Gomez in tract. de vltimis voluntatibus.cap.12.num.12.l. secunda. ff.de fideicom.liber.quem ibi not.Bart.& Albe.§.primo.&.2.Instit.de eo, cui lib. causa bona adi. Cuius ratio potest esse: quia hæres per aditionem hæreditatis videtur quasi contrahere cum creditoribus, & legatarijs, & se obligare, & adstringere solutioni.l.apud Iulianum. §.hæres. Instit. de obliga. quæ ex quasi contract.nasc. ergo necesse est fateri, quòd antè legata non debentur. Secunda ratio assignanda est: quia omne iudicium requirit personam actoris.rei, & iudicis.l. in tribus.ff.de iudi. Dixi suprà in tit.de iudi. Sed in nostra specie proposita sine aditione hæredis, non reperiretur persona rei, in qua resideret, & fundaretur actio passiua, qua posset conueniri. ergo &c. Tertia ratio erit: quia hæreditas repræsentat defunctum interim, quo iacens est, non tamen hæredem, & per consequens non tenetur ad legata, quemadmodũ nec defunctus.argum.l.legatum est.ff. de legat.1. &.ff.de legat.2.l.legatum. & vtrobique est communis nota glo.& docto.

Hodie tamen iure istius regni Castellæ benevalent legata, & omnia alia contenta in testamento, vel codicillis, hæreditate non adita ex testamento, vel ab intestato. vt est text. in hac.l. prima. *De los testamentos.* quæ sic est intelligenda. Tamen est necessarium, quòd adeatur hæreditas ab his, qui successuri sunt ab intestato. Couar. in cap. Raynaldus.§.tertio.numer.octauo. de testamen. per gloss. dict.l.qui filio.§.primo.ff.de hæred. instit. quam rursus citat.nume.11.ad fin.

Quæro, Vtrùm legata debeantur hæreditate non adita ex nullitate testamenti, nempe ex causa præteritionis, vel exhæredationis? Respond. deberi. text. in authenti. ex causa. C. de libe. præter. ibi, cætera nanque firma permanent. Corne. consil.158.nume.36.libr.secundo. & consil.245.colũ. prima.nume.secundo.libr. tertio. & consil.244. colum.prima.libr.quarto. Ludo. Gozadi.consil. 49.colum.fina.num.22.Singulariter Paul.Parisi. consil.64.colum.secunda.libr.secundo. firmans esse communem etiam in posthumo præterito ignoranter. Quam conclusionem ait secundum communem non solùm procedere in relictis, seu fideicommissis particularibus, sed etiam in fideicommisso vniuersali, ibiq; plura allegat, quæ omnino sunt hic addenda. Et pro hac opinione est hic Regia lex id diffiniens, inquantum dicit, *Vala el testamento en las mandas, y en las otras cosas, que en el se contienen.* Concordat.l.11.in fine.titul. septimo. &.l.7.titu.8.part.6.concord.etiam cap.secundũ. titu.71.libr.4.ordi.regni.Lusitaniæ.

Quæro, Vtrùm legata debeantur rupto testamento fratris, turpi persona instituta? Et est dicẽdum quòd nõ secundùm magis communem opinionem teste Ias.in.l.fratres.nume.3.C.de inoffi. testa. Castell.in.l.7.verb. ab intestato. in legibus Taur. Et Grego. Lopez in.l.12.verb. *El testamento.* titul.septimo.part.6. Vtrùm autem reuocet in totum, vide Ias. & Cast. vbi suprà quòd sic secũdum communem opinionẽ Matth. Afflict. decis. 204. Quanuis cõtrarium velit ipse, & Suarez in.l. quoniam in prioribus.fol.4.colum.3. C.de inoffi. testam. Et istam vltimam dicit magis communem Corne.consi.176.col.3.nu.4.lib.4.Et Grego. Lopius in.d.l.12.verb. *La heredad.* Primam tamen tenet in.l.fin.verb. *El fijo.* titu.8.part.6. Dubitari potest de quæstione praxi subiecta, Vtrùm spurio instituto, omisso fratre legitimo, frater possit querelare fratris testamentum tanquam turpi persona instituta? Et consultus respondi posse: quia illegitimi sunt infames infamia facti. Ias.in.d.l.fratres. C.de inoffic.testa. & in consi.71.nu.2. libr.1. Alex.in.l.ex facto.nu.22.ff.de vulgat. & pupilla. Ioan.Lup.in repe.cap.per vestras.§.10.fol.90.nu. 10.de donat.inter vir.& vxor. Dixi in reperto.ad Seguram. verb. Bastardi. Nouissimè probat Gabriel Palæot.in tract.de nothis.spurijsq; filijs. ca. 55.nu.5. Quod est notãdum. ¶Sed est pulchrum dubium, An in casu dict.authen.Ex causa.& legis Regiæ conseruentur tabulæ pupillares? Glo.in.l. 1.§.substituere.ff.de vulg.& pupil. tenet partẽ affirmatiuam q̃ conseruentur. Bart.in.l. filio præterito.nume.12.ff.de iniusto rupt. Idem probat ipse Barto.in.l.in pupillari.nu.2.ff.de vulga.& pupil. & in dicta.l.prima.§.substituere.numer.3. & in.l. nam quod.§.si quis compulsus.num.1.ff. ad Trebellia. Istam tenet ipse Bart. Paul. & Salic.in dict. authen. Ex causa. Et est opinio communis secundum Rip.num.32.in.l.2.ff.de vulga.& pupill. qui reputat hanc quæstionem dubiam. Etiam cõmunem fatetur. D. Couar. in cap. Rainutius.§. sexto. nu.3.de testam. quanuis ab hac communi, velit recedere, cùm Ioan. Igneo in rep. authen. Ex causa. nu.172.C.de lib.præte. qui à nu.167. plura fundamenta adducit pro sententia Bar. quæ fortè extraxit à Raphaele Fulgosio in dicta authenti. Ex causa. numero. 46. qui pro parte affirmatiua adducit octo fundamenta, & alia octo pro parte negatiua. Denique facit distinctionem, quam scripsit

Ripa in

Ripa in dict. l. secunda. Et quòd non conseruentur tabulæ pupillares, nouissimè approbat Gregor. Lopius in. l. 10. titu. 5. part. 6. Vilis autem adductis pro vtraq; parte, videtur inhærendum opinioni Barto. & communi præsertim cùm in scholis non audiui contrariam fore tenendam, imò firmabant tenendam esse Bart. sententiam. Et ita reperi in quadã apostilla Doctoris à Peralta totius iuris prudentiæ, absque iniuria alterius, emporiũ fertilissimũ, ac præceptorem communẽ dignissimum. Et non ab eo dissimile audiui ab alio præceptore Aluaro à Grado, literis, moribus, ac summa virtute in præclara iuris Cæsarei disciplina prædito. Et prædictam glo. l. prima. §. substituere. dixit notabi. & approbatam Iaf. in. l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonum. nu. 31. ff. de verb. obliga. Eam tamen de iure Regni non admitterem: quia expressa constitutiõe cautum est, quòd dissoluatur substitutio pupillaris rupto testamento. l. 10. tit. 5. part. 6. cuius verba sunt, *Otrosi dezimos, que seyendo quebrantado por alguna razon derecha el testamẽto que ouiesse fecho algun testador, è que ouiesse dado sostituto el padre à su fijo, ò alguno otro enla manera que es dicha pupillar, que se desatarie la sostitucion porende.* Nec refragatur text. iste & lex Lusitaniæ, quæ firmant æquissimè, quòd non adita hæreditate ab hærede scripto legata, & cætera scripta in testamento seruanda esse: nam intelligenda est in his, quæ præcisè institutionem hæredis non requirunt: secùs verò in his, quæ absque hæredis institutione minimè subsistunt. vt docet Couar. in dict. §. sexto. num. 4. Ex quo constat non obstare. l. 24. Tauri. cùm loquatur in prælegato tertiæ & quintæ partis: quòd videlicet si in codicillis, vel in alia qualibet dispositione fuerit relictum absque aliqua hæredis institutione, ergo nimirum si non conseruetur fracto, ruptoque testamento. Ergo exhæredato fit substitutio pupillaris, & tamen non est ibi institutio. ergo &c. ¶ Respon. habere locum, quãdo pater ritè filium exhæredauit. exhæredatio enim loco institutionis habetur. Ex quibus infertur inualidam esse substitutionem pupillarẽ contentam in testamento inualido ex causa iniusta exhæredationis, vel præteritionis: rupto nanque testamento, non datur hæredis institutio, nec aditio, quæ requiruntur ad validitatem substitutionis pupillaris, etiam stante ista lege. Quanuis minùs bene firmauerit aliud Antoni. Gomez de vltimis voluntatibus. capi. 4. num. 4. hanc legem. 1. in specie citando.

Quæ autem solennitas sit necessaria in testamẽtis, est inquirendum. Et præmittẽdum est, legem nostram procedere in testamento nuncupatiuo, secundum interpretationem traditam à Carolo Cæsare Hispaniarum Rege, qui euolauit ad cælum. 21. die mensis Septembris, hora secunda ante meridiem istius Anni 1558. in. l. tertia. Tauri. in quo requiritur forma & solennitas hic tradita, scilicet, quòd testamentum nuncupatiuũ debet fieri coram notario, & tribus testibus. Si verò coram notario non fiat, adesse debere testes quinque, si eo in loco, quo celebrari debet, sit copia: alioqui sufficere tres testes ipsi testamẽto præsentes esse. Et hoc est quod dicit ista lex secundùm verum & vetustissimum codicem, quæ vitio impressorum ad hæc vsque tempora fuit corrupta. Ex qua apparet maximè mutatum esse eius intellectum his verbis, quæ modò in vulgari impressione habentur, prout testatur Doct. Couar. (Archiepiscopus Sancti Dominici quondam designatus, nunc verò Episcopus Ciuitatẽ. meritissimus) in ca. cùm esses. de testamen. nume. secundo. eadem q; solennitas est seruanda in testamento facto inter liberos. Regia. l. tertia Tauri. Iure autem Lusitaniæ in testamento nuncupatiuo sunt necessarij quinque testes, & subscriptio partis & tabellionis in locis, vbi testium copia potest haberi. l. prima. titul. 76. libr. quarto. ordinamen. Portugalliæ. Sin verò factum sit in locis, vbi deest copia testium, sufficiũt tres testes in testamento nuncupatiuo, siue in codicillis, siue in testamento in scriptis. l. fin. eodem titu. ibiq; in lege, seu. §. secundo. assignatur forma & solennitas requisita, suo iure, in testamento in scriptis. Requiruntur tantum quinq; testes, cum signo insuper tabellionis. In codicillis requiruntur quatuor testes, vnà cum publico tabellione. ibi. §. sexto. incip. *E querendo algũ fazer codicillo.* Iure verò Aragonum habetur libr. sexto. titul. De testamentis. vbi regnicolæ videre poterunt. De iure autem communi Romanorum testamẽtum nũcupatiuum fieri debet coram septem testibus. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. eodem titul. de testamen. cum qua concor. l. prima. titu. primo. part. sexta. §. fina. Instit. de testamen. Ioan. Lup. de testamento nuncupatiuo latè agit in. l. tertia. Tauri. vbi Michael de Cifuentes. quæstione. 4. & alij interpretes. In codicillis iure nostro requiritur numerus testium, qui est necessarius in testamento nuncupatiuo. l. tertia. Tauri. vbi Cifuentes quæstione. 7. numero. 10. & Ioan. Lup. numer. 59. qui concordantes adducit. De testamento in scriptis quæ sit eius forma & solennitas, est. l. tertia. Taur. & ibi Ioan. Lup. Cifonta. Dida. del Castillo, & vterque Gomezius fusè agunt de eo, ideo nõ est cur in præsentiarum de illo agamus, cùm (vt dixi) lex nostra. 1. loquatur in testamento nuncupatiuo. ¶ In primis est dubium, Vtrùm numerus testium potuit à lege ista augmentari, & sic copia probationum ex defectu testium restringi, cùm testimonium duorum sufficiat in

ficiat in omni causa, iuxta verbum Domini Matthæi.18.& Lucæ.17.in ore duorum vel trium stat omne verbum, transumptiuè in.c. licet vniuersis. de testib. Est respondendum posse ex causa limitari & interpretari lex diuina, vt falsi suspicio vitetur: non enim illam derogat, sed facit, vt meliùs veritas seruetur: quod potest facere inferior lege superioris. glo. sing. in clem. Ne Romani. verb. tolli. de electio. not. Barb. ad Bald. in. l. programma. C. commi. vel epistol. Felin. in. c. quæ in ecclesiarum. de consti. & in. c. 1. nu. 13. de sponsalib. Ludo. Gomezi. in. c. 2. §. statuto. nu. 22. & nu. 55. de cõsti. libr. 6. D. Couar. in epito. 4. decreta. c. 6. nu. 18. Et latissimè scripsi super ead. gl. verb. tolli. Itẽ etiam testamentum quo ad formam, & solẽnitatem est iuris ciuilis secũdum communem, quam in princ. istius legis posui, quæst. 2. Ergo lex est rationabilis, in certis casibus requirens plures quam duos testes. Panor. cap. licet. nume. 3. col. 2. de testibus.

Vel aliter. respon. q illud, In ore duorum &c. q prius membrum necessitatem designat, & sufficientiam: posterius verò, abundantius cõplementum. Domi. Soto lib. de iust. & iur. 5. q. 7. art. 3. pagin. 468. Vel aliter secundum glo. in. l. ius autem ciuile. in glo. 2. ff. de iusti. & iure. glos. in. l. omnes. verb. generali. C. si contra ius vel vti. publi. glo. 2. in. c. à nobis. de deci. quibus cautum est, legem superioris adiuuari, & distingui posse per inferiorẽ. Facit quod not. Bart. in. l. cunctos populos. nu. 22. C. de sum. Trini. Feli. in dict. c. quæ in ecclesiarũ. nu. 19. de constit. dixit communem. vbi per Augusti. Beroi. nu. 89. & Decius nu. 13. Iaso in. l. quominus. notabi. 3. num. 5. col. 1. & col. 2. ff. de fluminib. Ioan. Anto. Rubeus, Alexandri. in. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 108. ff. de acqui. possess.

Vel aliter respondeo, vt prædixi, q solennitas illa fuit iuris ciuilis, in qua Imperator, seu Princeps non recognoscens superiorem poterit facere quicquid rectum ei visum fuerit, augendo, aut diminuendo eam. §. Sed & quod Principi. Instit. de iu. natural. gen. & ciui. l. dignavox. C. de legib. c. proposuit. de concess. præbend. Ideo nimirum, si per consuetudinem possit minui solennitas tradita â iure in testamentis cõdendis. Ratio, quia est institutum iuris positiui, in quo multùm potest cõsuetudo præscripta, quæ loco posterioris legis succedit, derogatq; iuri scripto. l. de quibus. ff. de legib. Singulariter probat Bart. in. l. cunctos populos. nu. 22. col. 7. C. de sum. Trin. vbi latè per Iaso. à nu. 71. vsque ad nu. 81. vbi fatetur hanc cõmunem opinionem esse. Et idem tenet Cisuent. in. l. 3. Tauri. q. 17. & ibi latiùs Io. Lup. nu. 36. limitans locũ habere in cõsuetudine nota ipsi Principi, nõ aliàs. Tum, quia consuetudine non obstante, pro credũt leges huius libri & Tauri. quemadmodum statutum est in. l. 1. Tauri. Sed ad hoc respondet vt suprà dixi in quæst. 8. procem. & quæst. 13. vbi corrigo glos. in clem. Statutum. verb. consuetudine. de elect. secũdùm quam literam est communiter approbata. tenet Rip. in. l. nemo potest. de lega. 1. num. 36. ¶ Est tamen dubiũ, Vtrùm testator possit testari, omissa forma, & solennitate huius legis Regiæ. in hoc regno, vel aliarum in regnis Aragonum, Lusitaniæ, & similibus? Videtur dicendum, quòd non: nã ista est forma, & solennitas substantialis propter ius publicum conseruandum introducta, quæ à particularibus remitti non potest. l. si vnus. C. de testa. vbi probatur, q solennitas est de forma, ideoq; testamentum eius defectu nullum est. Facit bonus text. in. l. curent. ff. de testib. l. nemo potest. ff. de legat. 1. l. ius publicum. ff. de pact. c. si diligenti. de for. comp. c. cõtingit. de sent. excom. Cùm igitur numerus testium, de quibus in nostro iure, ad testamentum conficiẽdum sit de forma substantiali. vt not. glo. communiter approbata secundùm Rip. ibi nu. 27. in dict. l. nemo potest. meritò à testatore non posset remitti, vt valeat in vim testamenti, secùs in vim alterius vltimæ voluntatis, quia subiungit in testamento clausulam. Si autem istud testamentum propter aliquam præteritionem alioſve defectus cuiusvis solennitatis non valuerit, vt testamentum, valeat vt codicillus: si autem non valuerit vt codicillus, valeat vt vltima voluntas. Rogoq; cõsanguineos meos, qui aliquod ius succedendi mihi ab intestato, aut alio quouis modo habuerint, vt bona, hæreditatemq; meam restituãt Petro, quem in hoc testamento meum hæredem vniuersalem nomino, & instituo. ¶ Tum, cùm constet de voluntate testatoris, omnia contenta in minùs solẽni voluntate locum habebunt tam in foro fori, quàm in foro animæ, cessabitq; quæstio illa, vtrùm debeant in foro conscientiæ relicta in minùs solenni volũtate? In qua sunt, qui vtranq; partem defendũt, & vnusquisque suam partem communem dicit. De cuius communi contra communem dixi infrà in glos. *Si el testador instituyere heredero.* ¶ Limita in Principibus, qui habent potestatem legis condẽdę, nam poterunt absque solennitate iuris testari. Bal. Alex. & Lancelotus Galiaula in. l. Centurio. nu. 56. versi. Sexta cadit dubitatio. ff. de vulga. & pupilla. Facit: quia eo in loco eorũ dicta. sunt lex. Tum etiam, quia eorum contractus vim legis habent. l. Cæsar. vbi Barto. ff. de publica. l. penul. C. de donatio. inter vir. & vxor. notat Paul. in. l. ex imperfecto. C. de testam. id habere locũ, qñ ipse Princeps testaꝛ expresè se nolle testari secũdùm ius cõe, aliàs pręsumitur testari secundum regulas iuris communis. Ita Paul. quem sequitur Lancel. vbi suprà. Et confirmatur ex traditis ab eo ibi. nu

me. 132.

me.132.in d.l.Centurio.versic. Secundo nota.ibi, iure communi capiat. ¶Quid autem erit in testamento facto tempore pestis,an validum sit minori numero testium? Barto.in.l.prima.ff.de bono. poss.ex testam.milit.Angel.in.l.conficiuntur. §. codicillis.ff.de iure codicill. Paul. Fulgo. & Alexand.in.l.fina. C.de testamẽ. tenent non valere. & Cifuent.in.l.tertia. Taur. dicens hanc communem.num.4.quæst.2. Eandem fatetur communẽ Rip.in tracta.de peste.rub. de priuilegijs vltimarum voluntatum causa pestis.colũ.2.nu.7.fol.10. vbi refert tenentes contrarium: estque communis teste Alexan.consi.70.col.4.nu.16. lib.2. Parisiẽ.consil.32.nu.48.libr.2.Anto. Gomez in.l.3. Tauri.nu.48.Quo loco hanc opinionem probat per istam.l.1.Item suadetur: quia in lege nostra, nec in.l.3. Tauri iste casus nũquam fuit exceptus, sed generaliter apposuit formam,& solennitatem seruandam in testamẽtis, ergo generaliter erit accipienda Ioan.Lup.d.l.3.Taur.nu.30.Contra hãc communem consuluit Deci.consil.284. dubio.1. & Gerard.Mulert.in additio.ad Roland.in tract. Flos.test.titul.34.nume.2.in.2.volu.tract. diuers.

Dubitari solet,quid sit obseruandum in testamento ad pias causas? Bart.& doct.in.l.1. C.de sacrosan.eccl. tenent hanc solẽnitatem non esse seruandam.Panor.& alij in.c.cum esses. de testamẽ. text.& ibi D.Couar.qui omnino est videdus pro extensione huius respõsi, qui ad illud citat nr̃am legem in.c.relatum.1.de testamẽ.Cifonta.q.3.nu. 5.in.d.l.3.Taur.l.21.in fin.tit.1.part.6. hæreditate non adita an debeant̃ legata pia.Decis.capel.Tolo.89.concludit,q̃ sic.& ibi plura in additi. inuenies.Guid. Pap.sing.381. Satis neruose tractat Couar.in.c.Rainutius.§.3.nu.11.de testam. Hodie cũ etiam legata debeantur per istam regiam legem, non est insistendum in pijs relictis à maioritate rationis.Probat̃ hic,ibi,*mandas*, scilicet ad pias causas,quæ sunt, quũ relinquitur aliquid pro anima. glo.in.l.si quis Titio.ff.de leg.2.sing.scd̃m Guid. Papam singu.381.Omne iam.& Andr. de Bessetis in rep.l.habeat.nu.39.C.de sacrosan. eccle. vbi in nu.30. declarat, quæ dicat̃ causa pia. & Cifont. in l.30.nu.5.in legib. Taur.legatũ piũ quod dicatur, declarat.l.4.& ibi nouissimè Grego.Lopez.tit.11. part.6. Siue ad non pias causas. Ratio ea est: quia postremæ voluntates decedentiũ seruandæ sunt. c.vltima voluntas.13.q.2.l.1. C.de sacrosan. eccle. Item sunt soluenda debita, quæ in testamento cõfitetur se alijs debere: cùm non remittatur peccatum,nisi restituatur ablatum, seu debitũ.reg. Peccatũ.de reg.iur.lib.6.text.est hìc ibi, *Y en las otras mandas*.Facit optima lex 32.in constitutio.Taur. ibi,*pagando sus deudas,y cargos de seruicio,y otras deudas semejantes &c.* Est tamen necessaria aditio hæreditatis saltim à venientibus ab intestato.glo.in l.qui filio.§.1.ff.de hæred.instit. Citat Couar.in.c. Rainutius.§.3.nu.8.& nu.11.de testamẽ.Diximus suprà in versi. Nunc tamen quæro hæreditate nõ adita. Quid rupto testamento agnatione posthumi? Dic deberi legatum pium.Decisi.capel.Tolosa.334.Si testamentum fuit. ¶Dubitari licet,an testamentum factum coram parochiali sacerdote, & duobus testibus, sit firmum? Videtur q̃ non, quia ibi non sunt testes requisiti, nec solẽnitas tradita ab ista lege: ergo detracta forma, & solennitate iuris regni testamẽtum nullũ erit: omnis enim actus subsistit in voluntate, & potentia. l. nemo potest.ff.de legat.primo.c.cùm super.de offic.de lega.Bald.adnotatum reliquit ex Boetio in repetitio.l.1.C.de sacrosan.eccl.nume.55.Per leges autem regni nõ potest quis testari modo præmisso in titulo quæstionis, sed cum solennitate hìc tradita,cùm aliàs ab eo potẽtia auferatur, ergo ea minimè seruata, actus còrruit. ¶In contrarium est text.in.c.cùm esses.de testamen.vbi habetur valido esse testamentum coram duobus testibus,& cura parochiali factum.Specul.de instr. editio. §. compendiosè.nu. 11. sed locum habet de iure Canonico,& in terris subiectis ecclesiæ quo ad temporalem iurisdictionem: in his etenim casibus testamentum solenne est, si fuerit conditum modo prædicto, quanuis ad pias causas factum non sit. glo.Ioan.And.Anchar.Card.Henri.Imol.& Couar.nu.12.in dict.c.cùm esses.Fortun.in tract. De vltimo fine vtriusque iur.illat.15. Domi.cons.49. nu.4.vbi inquit hanc sententiam de iure sequendam fore.Freder.consi.217.dicit moribus receptã esse.& Philipp.Deci.cons.284.col.4.nu.7.lib.2. & est magis communis opinio secundùm Alexã. consi.177.col.1.nu.2.libr.2. Et eam communem esse fatentur Corne.consi.261.col.fina.nu.31.libr. 4.Carol.Ruin.consil.14.nu.4.libr.2. & consil.51. nu.11.lib.1.Nicol.Boeri.decisio.93. Angel.Areti. in tracta.de testam.glos.109.nu.7.Corne.consil. 168.col.2.nu.3.lib.2.& cons.297.nu.6.col.2.lib.4. vbi hanc dicit communem opinionem in vtroq; foro canonico,& iudiciali. Et est communis & sequenda in iudicãdo,& consulendo.Parisi.cõsi.51. col.1.lib.3.Corn.consi.215.nu.6.lib.2. & consil.31. nu.4.& 10.eo.libr.vbi eam restatur communem.

Ex qua communi annotandũ est,necessarium esse presbyterũ parochialem vltra duos testes ad esse. Quod fatetur Panor.col.4.& Barb.col.6.in dict.c.cùm esses.Albert.Brun.de potentia & effectu formæ.30.fallẽ.Domi.cõsi.49.Corn.cõsi.77. libr.1.Fortun. Garcia de vltimo fine. illatio.15.& cõiter oẽs vbi suprà. Et iste est proprius ac verus sensus.d.c.cùm esses.secundùm Couar.ibi. Quanuis Alciat.in capitu. nouit.nume. 47. de iudi. la-

pſus fuerit in eius intellectu. Scripſit em̃ deciſio. text.in dict.cap.cùm eſſes.in foro conſciẽtiæ pro cedere, non in iudiciali canonico ſeruãdam eſſe.

Quæ communis procedit, etiam ſi notarius ſit talis presbyter,& vt notarius prædicto teſtamento præſentiamq; ſuam adhibuerit,nam duobus teſtibus valebit teſtamentum ex ratione text. in.d. c.cum eſſes. Quem in hac ſpecie intellexit Paul. Pariſi.conſi.51.nu.5.lib.3.& Couar.in dict.c. cùm eſſes.num.13. verſic. Cæterùm hæc interpretatio.

Quæſtio dubia eſſe poteſt, Vtrùm valeat teſtamentum,ſecundum communem intellectum ſuprà adductum ad capi. cum eſſes. ſi alter ex duobus teſtibus eſſet mulier? Et videtur q̃ non. Nam iura, quæ detrahunt ſolẽnitatem & iuris rigorem in teſtamentis condendis, non cenſentur tollere ea,quæ aliàs ſtatuta ſunt circa perfectionem illius actus,vt eſt,quòd teſtes ſint legitimi, & rogati, licèt in minori numero ſufficiant,vt in caſu.c. cùm eſſes. & legis Regiæ.1.titu. de teſtamentis, quam nunc commentamus.&.l.1.tit.5.libr.3. foro legũ. ibi,*buenas teſtimonias*. cum ſimilibus. Probat text. in.l.ſancimus. in ſui ratione. C. de teſtamen. ibi, quod enim nõ mutatur, quare ſtare prohibetur? Et ibi inferius,dum dicit,per teſtes idoneos. Pulcherrimus caſus in.l.ſi quãdo.in prin. C. de inoff. teſtam. De iure autem ciuili non poteſt eſſe teſtis l.qui teſtamento.§.mulier.ff.iſto titul.& in.§. teſtes. Inſtit.eod.glo.in cap,forus.de verb.ſignifi.l. 17.tit.16.part.3. Sexus enim mulierum inſtabilis, ac fragilis eſt.d.c.forus.tex.in.c.de viduis.2.27.q. 1.in illis verbis,ſexus fragilis,ac inſtabilis. Corne. conſil.168.colũ.3.lib.2. Alphonſ.Montalu.in.l.1. titu.7.libr.4.for.legum.Alciat.de præſumpt. regul.1.præſumptio.47.nu.3. Quibus adſtipulatur illud Virgilianum libr.4.Aeneidos.

Varium & mutabile ſemper Fœmina.

Cui concinit text.in.l.filiain orbitate.ibi, nec ex momentarijs volũtatibus matris. & ibi doct.not. C.de inoffic.teſtamen.& Ioan.Fab.in.l.vltim.C. de iur.& fact.igno. Andr. Tiraquel.in lege connubiali.9.num.129. vbi plura memorabilia de leuitate mulierum refert, Et in ſpecie illud Tibulli lib. tertio.Elegorum, cùm de muliere loqueretur.

Sed flecti poterit: mens eſt mutabilis illis.

Et Terenti.in Phormione,Mulieres,inquit, ſunt fermè,vt pueri, leui ſententia. Titus Liuius quoque ſcribit, animum mulierum eſſe paruis rebus mobilem: cuius hæc verba ſunt ex lib. ab Vrbe cõdita.6. Cæterùm is riſus ſtimulos paruis mobili rebus animo muliebri ſubdidit. Et libr. 4. belli Macedonij, Virorum, ait, hoc animos vulnerare poſſet,quid mulierculam cenſetis: quas etiam parua mouent? Propertius item libr. primo. ad Gallum. & libro ſecundo. ad Mecœnatem.

Non eſt illa vagis ſimilis collata puellis.
Si memini, ſolet illa leues culpare puellas.

Nec defuit huic ſententiæ Ouid.libro. 2. De arte amandi. Parua,ait, leues capiunt animos. ſcilicet mulierum, De quibus loquitur. Et alibi inquit, libr.2.Elegiarum.

Verba puellarum foljs leuiora caducis,
Irritaq;, vt viſum eſt, ventus & aura ferunt.

Et Iulius Titus Calphurnius Siculus in Bucolico carmine Ecloga.3.

Mobilior ventis o fœmina.

Igitur eius teſtimonium tanquàm ſi non eſſet in teſtamento,iudicandum eſt,ac proinde teſtamentum tanquam imperfectum ratione ſolennitatis nullum eſt. Tum etiam,quia in teſtamentis legitimi debent eſſe teſtes.capi. cùm eſſes.ibi, idoneis. & in cap. relatum.ibi,legitimis.de teſtamen.

Sed mulier non eſt teſtis omni exceptione maior,quanuis in aliquibus caſibus admittatur. Cæpol.conſil.32.col.2.inter cõſil. criminalia. Decius in.l.fœminæ.ff.de regu.iuris.numer.35.verſic. Et caſu quo mulier. Hippolyt.conſi.5.verſic. Venio modò.colum.5.libr.primo. Aymon Crauet.conſil.99.colum.ſecunda.numer.5.Ludoui. Gozadi. conſil.74.nume.ſexto.idem viſus eſt probare.& Tiraquell.in legibus connubialibus. l. nona. nume.73. Igitur in teſtamentis etiam de iure Canonico non erit admittendum teſtimonium mulierum,niſi lex dixerit.vt latè per Alexan. conſ.70. colum.penulti.nume.13.lib.2.& conſil.177.col.1. nume.5.eod. libr. Et reputat probabiliorem eſſe hanc ſententiam Couar.in cap.cùm eſſes. de teſtamen.nume.14. Albert.Brun.in tracta.de correct. & relax.ſolen. & formæ.quæſtione.8.fol.penul.

Sunt etiam plurimi hanc ſententiam fauentes, in quantum volunt id procedere in legatis ad pias cauſas. Et in his eſt Spec.de teſtam.§.primo.verſi. Itẽ quod eſt mulier. Collect. in dict.c. cùm eſſes. Frede.de Senis.conſil.217.in fine. Roman. in authen.Similiter.16.Speciali.vltima voluntat.C.ad leg.Falcidam. Benedict. Capra.conſi.75.colum. 7.verſi.Ad idem.lib.3.Barb.in cap.relatum. de teſtamen.& conſi.58.Clementiſsimi. col.antepen. libr.primo.& conſi.38.colum.8.lib.3. Soci. qui tamen dubitat conſi.92.col.2.verſi.Quinimò diſputatur.nume.quinto.libr.tertio. Quæ opinio confirmari poteſt ex traditione ſing.Bald.conſi.264. in fin.libr.quinto.quòd licèt in teſtamentis ſufficiant duo teſtes, debent tamen eſſe omni exceptione maiores,ac ne leui quidem macula aſperſi: at mulieres non eſſe huiuſmodi,ſuprà dictum eſt. ergo &c.

Oppoſitam ſententiam tam in teſtamentis cõditis ſecundùm formam & ſolẽnitatem iuris Pontificij dict.capi.cùm eſſes. quàm in legatis ad pias

cauſas

causas sufficere hos testes esse viros, vel mulieres, non habita sexuum distinctione firmat Panorm. colum.prima. &ibi Anchar. & Couarru. in allega.capitu.cùm esses. Et est communis lectura secundum Philippum Corne.consi.261.colum. prima.nume.4.libr.primo.& consi.215. colum.3.numer.6.libr.secundo. Et est opinio communis secundùm Ioan. Crot.in tractat. de testibus.1.part. nume.10. Calder.consil.8.sub rubri.de testamen.

De legatis verò ad pias causas, vel testamentis, quod sint mulieres testes idonei, tenent plures numero,& authoritate, quàm sint fauentes contrariæ,de qua suprà habitũ est in hac quæstio. Nempe istam affirmatiuam tenet Corne. in consilijs paulò antè citatis Bald.in consil.196. Licèt regula riter.libr.quinto.& consil.230. Testamentum. eo dem libr.quinto.vbi tamen dicit, id esse dubium. Angel.consi.233.In causa prædicta.colum.prima. Paul.de Castr.consil.327. Dubium facit.libr.primo.& consi.456.Visis,& examinatis. eod.libr.1. Alexan.consi.177.colum.secunda.lib.secundo. & consi.105.colum.quarta.libr.quarto. & consil. 102.colum.secunda.versi. Circa secundum. lib.7. Corne.consi.168.colum.tertia.libr.tertio.Socin. in tracta.fallen.regu.310.in.36.priuilegio. Petrus Belluga in Specul.Princip.rubri.17.versi. Videamus.colum.penul.vbi tamen nutat.Bald.in.l.prima.ante fin.in lectura.& iterum in repet.colum. 14.versi.Ostenso de principalibus personis num. quarto.C. de sacrosanctis eccles. Petr. Anchar. in dict.cap.cùm esses.4.notabi.& Panormi.colum. prima.& col.fina.de testamen.idem Panormi. in capit.relatum.colum.prima.eod.titulo.Lanfran. Orian.in repet.capit.quoniam contra falsam. verbo.testes.nume. tertio. versicu. Primò quæritur. ibi,inter liberos.Et ibi Felinus & Deci. de probatio.Felin.& Deci.colum.secunda.versic. Retenta communi opini.de testibus.Idem Deci.in.l. fœminæ.nume.secundo.ff.de regulis iuris.Laurent. Calcan.consil.13.colum.tertia.versic. Vndecimò quia mulier.Iaso in.l.hac consultissima. in princ. colum.fina.nume.secundo. C.de testamen. Probari potest.Nam mulieris testimonium regulariter valet.l.ex eo.ff.de testib.l.prima.ff.eo. Catellia.Cotta in memorialibus iuris. verb. mulier regulariter.Paul.Paris.expressè in nostris terminis notat consi.51.col.2.versi.Rursus mulieris in codicillis & vltima voluntate.lib.3.l.10.&.l.17.titu.16. part.3.quibus cauetur mulieres bonæ famæ in omni causa, excepta testamenti, testificari posse. ergo fœminæ attenta iuris Canonici dispositiõe poterunt in testamentis testificari, parìterq; in omni alia vltima voluntate, cùm in numero, & non in qualitate sexus canonica institutio disposuerit, nec etiam ius diuinum differentiam inter masculum & fœminam constituit, reduxeritq; testamẽti solennitatem ad ius gentium, quo quidem iure non distinguitur testimonium fœminę à testimonio viri. Nec obstat, quòd presbyteri parochialis authoritatẽ, præter iuris diuini, aut gentium solẽnitatem ius canonicum desiderauit, quia fuit constitutum, vt legaliùs solennitas iuris gẽtium absq; vlla fraude seruaretur, quod in maiori numero ius primæuum diuinum, aut ius gentium non negauit posse fieri in numero & qualitate à summo Præside, qui Dei vices in terris gerit,& eius factũ, Dei institutum est.cap. inter corporalia. & capit. licet.de transla.episcopi vel electi. ¶ Vtrùm autem de iure regni mulieres possint esse testes in codicillis? Videtur quòd non. Nam in testamentis non possunt, ergo nec in codicillis, in quibus præceptum est â.l.3. Tauri seruari eandem solennitatem,& sic quo ad solennitatem à pari procedunt. ¶ In cõtrarium est nostra opinio,imò quòd possint fœminæ testes esse in codicillis. Nam in dict.l.3. Tauri dicitur,quòd huius legis solennitas seruetur in codicillis, nempè, quòd numerus testium,qui in testamẽtis requiritur, sit necessarius in codicillis:attamen qualitas testium, scilicet, an debeant esse viri vel fœminæ,remanet in dispositione iuris communis,quo cauetur posse. glos. in l.fina.verb.quinque testes.& ibi Bald. nume. 27. C.de codicillis.Cum qua est communis opinio secundum Ias. in additionibus ad Christophorum Porc.Instit.de eod.col.fina.num.3.Roland.Passageri.eam approbat in tracta.de codicillis.rubri.2. nume.8.& communiter tenetur secundum Ioan. Lup.in.l.3.Tauri.num.35.& Cifonta.quæst.7.vbi tenet, quòd etiam hodie testes teneantur se subscribere in codicillis nuncupatiuis.Corne.consil. 119.nume.1.libr.2. & consil.170.nume.1.libr.3. & consil.298. lib.1.num.14. ¶ Dubitatur,An legatarius possit esse testis in testamento, in quo est sibi factum præ legatum? Videtur quòd non: quia testis debet deponere,vbi nullum interesse, seu cõmodum, vel affectio euenire possit, sed hic est huiusmodi,ergo &c.l.nullus.ff.de test.l.omnib⁹. C.eod.titu. ¶ In contrarium est text.in.§. legatarijs.Insti.de testa.Cuius litera talis est, Legatarijs, & fideicõmissarijs, quia nõ iuris successores sunt, & alijs personis eis coniunctis testimonium non denegamus.&.l.qui testamento.in prin.ff.eo.tit. l.dictantibus.& ibi glo.verb.prohibetur. eo.titu. C.Bal.in.l.1.§.huius studij.nu.5.ff.de iusti.& iur. Iaso in.l.si quis nec causam.colũ.2.ff.si cert.peta. Paul.Parisi.consi.32.col.fi.nu.52.lib.2.Barb.cõsi. 58.colum.8.lib.1.Corn.consil.261.num.7.lib.1.& consi.166.nume.4.lib.3.&consil.61.nu.16.eo.lib. tertio.conc.l.8.&ibi glo.titu.5.lib.3.foro legum. &.l.11.titul.1.&ibi Montalu.part.6.

Vtrùm autem hæres, vel fideicõmissarius vniuersalis posit esse testis in testamẽto, in quo sunt instituti modo præmisso? Respon. quòd nõ: quia ad vtilitatem propriam nullus est idoneus testis. l. qui testamento. ff. de testamen. concord. dict. l. 8. titul. 5. libr. 3. for. leg. & l. 11. titul. 1. parti. 6. quæ etiam repellit consanguineum hæredis ad quartũ gradum vsque à tali testimonio. Corne. cons. 266. colum. 3. num. 6. lib. 4. ¶ Est etiam dubiũ, Vtrùm testes debeant esse rogati ad testamenti valorem? Respond. quòd requiritur rogitus testium. l. hæredes palam. §. in testamentis. & ibi gloss. ff. de testamen. text. in authen. rogati. C. de testib. & in authen. de testib. §. & licet. collatio. 7. & l. 8. titul. 5. libro. 3. foro legum. l. 2. l. 4. & l. 7. titul. 1. parti. 6. Corne. consil. 308. col. prima. & 2. nume. 4. libr. 3. Et foro Arago. libr. 6. de testamen. consti. 1. Et secundùm ius commune erit intelligenda lex. 1. tit. 76. libr 4. ordin. Lusita. quæ de rogitu nihil disponit. cùm casus omissus maneat sub declaratione iuris communis, vt est notum.

Dubitatur, An rogitus testium à testatore fieri debeat? Bart. cõcludit quòd sic in. l. nemo potest. vbi Ioan. Annibal nume. 126. ff. de legat. 1. Bald. in l. fin. C. de fideiuss. Idem in rubri. colum. 3. C. de fide instrumen. Intellige siue ab ipso, vel à notario, vel ab alio fiat rogitus, & accersio testium, eo præsente, & non contradicente, vt communiter testes cõuocari, & accersiri solent, sufficit. Ita consuluit Alexan. consi. 47. colum. 2. nume. 4. lib. 2. Et ista est opinio magis communis secundum Iaso. in. l. hac consultissima. colum. 1. nu. 2. C. de testamen.

Ratio potest esse: quia vbicunque lex, vel statutum plures testes ad aliquid requirit pro illius forma solennitate, semper necesse est illos testes fore rogatos à parte. glo. est in. l. nullum. ff. de diuor. singul. secundum Ludo. Roma. in. l. admonendi. colum. 12. versi. Septima. nume. 60. ff. de iure iurã. vbi Catus Sachus nume. 69. versi. Septimo vbi de solennitate formali. ¶ Vtrùm autem præsumantur rogati testes? Responde quòd non, nisi de rogitu eorum constet, quia est solennitas extrinseca. Cyn. in dict. l. hac consultissima. Specula. de teste. §. primo. Barto. in. l. sciendum. ff. de verb. obligat. gloss. in. l. 8. verb. rogadas. titu. 5. libr. 3. for. legum. Et est magis communis opinio teste Alex. consil. 153. Videtur prima consideratione. colum. secunda. versi. Non obstat si diceretur. nu. 9. lib. 2. vbi plures concordantias scripsit Carol. Molinæ.

Sed veritas est, quòd si notarius scribit, & subscribit, præsumitur rogatus. Ias. post Aret. in di. l. sciendum. colum. 12. glos. in authen. de Tabellio. §. nos autem. verb. iniungatur. colum. 4. Bald. in cap. cùm in iure peritus. colum. fina. nume. 18. de offi. delegat. Imol. in. l. hæredes palàm. §. in testamentis. ff. de testamen. & alij plures hanc sententiam firmantes refert Carol. Molinæ. ad Alexan. dicto consi. 153. libr. 2. qui hanc dicit communem opinionem esse. Quanuis de hac opinione dubitauerit Alexan. consi. 48. colum. 2. nume. 6. lib. 5.

Item testes eo ipso, quòd sunt in instrumento subscripti, præsumuntur fuisse rogati. vt per Paul. in. l. hac consultissima. in princ. C. qui testam. fac. possunt. glo. nouissima. l. prima. titul. primo. parti. 6. verb. *Que sean llamados*. Alexand. & omnes in dict. l. sciendum. Hierony. Gratus consi. 30. col. 2. nume. 13. libr. 2. Deci. consil. 11. colum. antepe. nu. 17. libr. primo. qui loquitur, quando vltra dispositionem iuris communis à statuto, formaliter, & conditionaliter requireretur rogitus. Et cõcludit plura, citãdo, quòd sufficiat descriptio, & in notario sola præsumptio. ergo & in specie proposita. Adde Alciat. de præsumptio. reg. 3. præsumptio. 13. numer. 21.

Dubitatur, Vtrùm testes debeant esse vicini? Dicendum est, quòd sic, aut rogati. C. de testibus. ibi, non fortuiti, vel transeuntes veniant. text. est hic in illis verbis. *Vezinos del lugar*. Ratio est, ne falsitas committatur: quia vicini præsumuntur agnoscere vicinum. cap. quanto. de præsumptio. glo. in cap. paratus. verb. nescire. 23. quæst. 1. Bart. in. l. prima. colum. 5. versi. Quæro quid in teste. ff. si cert. peta. & ibi Iaso notabi. 4. Lanfrãc. de testibus. nu. 21. in. 4. volumi. tract. Guido in tract. præsumpt. nume. 17. Troilus Maluiti. de Canonizatio. Sancto. §. restat quartum. num. 12. in. 9. volumi. tract. Facit. l. si vicinis. & ibi Cyn. & Bartol. C. de nupt. glo. in. l. secunda. C. quando fisc. vel priua. Bart. in l. mutus. in fin. princip. ff. de acquiren. hæred. Specul. de compet. iudi. adi. §. primo. versic. Sed nunquid. cap. quosdam. de præsumpt. Curt. Seni. consil. 82. colum. 2. nume. 4. Paul. Paris. consil. 23. col. 24. nume. 218. lib. 1. Vicini autem qui dicantur, declarat Andr. Tiraquel. De vtroque retract. lib. primo. §. primo. glo. 9. nu. 21. & latiùs nu. 26. & Ioan. Montholo in promptuario suo. 2. part. verb. Vicinus. ¶ Quid autem esset, si testis non esset vicinus, tamen est notus. & fidelis, an valeat eius testimonium? Et videtur quòd sic. nam in isto cessat præsumptio falsitatis, qua de causa fuit statutum, quòd fuisset vicinus, ergo sufficit quòd sit notus. Item suadetur. Nam solennitas probatoria testamenti sat est adimpleri per æquipollens, quanuis contrarium sit in forma substantiali, vt est nominatio hæredis. secundùm Barthol. Socin. in. l. prima. colum. fina. num. 12. ff. de liber. & posth. Item probatur in finalibus verbis huius legis, quatenus probat validum esse testamentum cum bonis testimonijs: testis autẽ notus est huiusmodi, & cessat in eo fraudis præsumptio. ergo &c.

Vtrùm

Vtrùm monachus posit esse testis in testamẽto, pluries dubitari contingit? Respon. quòd possunt etiam mendicantes, cum licẽtia prælati. Iaſ. post Bald. ibi in authen. Ingressi. num. 19. C. de sacrosanctis eccles. Facit text. in c. primo. §. verùm. de iur. calum. Specu. de teste. §. sequitur. nume. 5. Paul. l. cum clericis. §. memorati. numer. 6. C. de episco. & clericis.

Quis autem teneatur probare qualitatem vicinitatis? Respon. eo ipso, quod expressa est à tabellione, eam allegans tenebitur ostendere contra assertum à tabellione, pro quo, & eius officio extat præsumptio fidelitatis. Præsumptio enim est pro Notario, ꝙ fideliter exercuit officium suum. capit. ad audientiam. ibi, nec credẽtes ipsum Scriniarium aliud scripsisse, quàm à testibus diceret. de præscriptio. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumptio. 13. Confirmatur ex Bald. in capi. primo. §. si instrumentum. de notis feudo. Refert, & sequitur Francis. Curti. Senior consi. 49. vers. Dum autem vltimo. nume. 75. idem Bald. in. l. secunda. nume. 27. C. de resc. vendi. dicens, quòd si Tabellio dicat, Titius ex certa scientia & non per errorẽ vendidit Mæuio, probabitur scientia venditoris. Et assignat rationem: quoniam ex instrumento publico tres oriuntur præsumptiones. Prima, ꝙ sit verum instrumentum. Secunda, quod sit solenne. Tertia, quòd omnia verba prolata in eo censeantur prolata à partibus. Refert Alciat. loco proximè citato præsumpt. 13. nume. 9. Volens probare contrarium, afficeretur durioribus probationibus: cùm sit præsumptio pro scriptura Tabellionis. Panormi. in ca. quia verisimile. colum. 2. numer. 2. de præsumptio. Philipp. Deci. consil. 105. nume. 4. libr. primo. Et si de qualitate vicinitatis non constaret, testamentum factum secundũ formam huius legis, esset inualidum. vt singulariter probat, hanc legem citando optimus aduocatus Nunius Auendanius respons. 14. per totum. Quales debeant esse testes in casu huius legis? Respon. quòd legitimi, & idonei, omniq; exceptione maiores. vt in simili casu nostri text. consuluit Deci. in dict. consi. 105. col. 3. ad fin. vers. Tertiò respondetur, & dico. vbi citat Bal. & alios, de quibus per eum. Idonei testes dicuntur, omni exceptiõe maiores, id est, qui nulla exceptione repelli possunt. glo. in. §. Item verborum. verb. idoneos. Instit. de inuti. stip. Refert Paul. Parisi. consi. 83. colũ. 3. nu. 19. libr. primo. glo. in cap. at si clerici. in prin. de iudi. & in cap. primo. de consang, & affini. quas omnes commendat Chassan. in consuetu. Burgund. rubr. prima. §. 7. nume. 5. vers. legitima probatio. fol. 79. Præposit. in dict. capit. primo. colum. 2. dixit mirabiles esse Barba. in rubri. de probatio. nu. 29. singu. Iaſ. ad Christopho. Porcium in dict. §. Item verborum. Corset. in sing. verbo. integer. Et fusius agit de hoc Arnald. Alberti. in repe. c. quoniam. col. 205. versic. Et quia suprà dixi. quæst. 16. nu. 25. de hæretic. libr. sexto. Couarru. in epitom. quarti lib. decretal. 2. part. cap. 8. §. 12. nu. 7. Curti. Senior consi. 55. col. 3. vers. Sed ad ista omnia. nu. tertio. Iaſ. consi. 22. col. 2. ver. Testis. nu. 3. libr. primo. Cæpol. in tract. de serui. rusticorum prædiorum. capit. 9. Et nõ solùm in causis criminalibus, sed etiam in ciuilibus debent esse testes omni exceptione maiores, secundùm Philipp. Deci. in dicto cap. at si clerici. num. 33. contra Andr. sic ibi adducta. Facit capit. 1. de testib. & l. idonei. ff. eod. titul. ¶ Erit tamen optima quæstio, Vtrùm debeat inseri in testamẽto, quòd testes sunt legitimi, cùm ista qualitas requiratur in. l. prima. ibi, *por buenas testimonias*. titul. 5. libr. 3. fori. Et hic, ibi, *con buenos testimonios*. Greg. Lopez in. l. prima. verb. *antes siete testigos*. vbi hanc legem refert titul. primo. part. 6. ergo erit exprimenda. capit. primo. quot testes sunt necessa. ad probãd. ingrat. ibi, nisi quinque testibus summæ, atque integræ opinionis probatum fuerit manifestè. lib. feud. refert Roman. singul. 463. Nam vbicunque optima opinio testium est causa inductiua plenæ probationis, quæ aliàs plena esset, tunc de plena & optima opinione est articulandum, & probandum. Ita notabi. dixit Angel. in. l. vel negare. ff. quemadmodum testam. aper. Hippolyt. in singula. 187. qualitas appositа. Grego. Lopez in. l. 15. verb. *De buena fama*. titu. 9. parti. 4. Quæ sententia procedere potest eo casu, quo allegaretur de inhabilitate testium ad ipsius testamenti subuersionẽ: nam hoc casu qualitas requisita ab hac lege, est deducenda & probanda ad obtinendum, vt quia nõ est consanguineus intra quartum gradum. l. 11. tit. primo. part. 6. Item si dicatur quòd non fuit rogatus. Item si allegetur non vicinus, vel huiusmodi, quæ suaderi possunt dominis Lusitanis ad intellectum regiæ legis. 1. titul. 76. libr. 4. suarum regal. ordin. ibi, *que tenha cinco testimunhas varões libres, ò reputados por libres, è sejam mayores de 14. annos*. Cui concordat. l. prima. titul. primo. part. 6. In dubio tamen idonei reputantur. Curti. Senior consil. 55. nume. 3. Cùm autem lex vel statutum minuat numerum testium, testes debẽt esse omni exceptione maiores. Bald. in. l. qui accusare. nume. 4. C. de edend. Angel. in. l. secunda. §. diem. ff. qui satisda. cogan. Philipp. Deci. consi. 105. num. 4. Et ita fuit pronuntiatum in summo Prætorio nostri Regis in causa vnius testamenti secundum Gregor. Lopez in. l. prima. verb. *Siete testigos*. titul. primo. parti. 6. Quanuis ipse de hoc dubitet ratione loci deserti: nam sufficit diminutio testium in numero, non tamen in qualitate, circa quam nihil est di-

ſpoſitum,nec immutatum.Et hoc etiam contingit in teſtamento condito tempore peſtis, & tamen minori numero teſtium non valet ſecundũ communem opinionem,de qua ſuprà hac glo. ergo &c. ¶Dubitatur,an teſtamentum nuncupatiuum iam ſcriptum debeat palam teſtibꝰ legi, teſtatore præſente, & confirmante? Reſpond. q̃ ſic, aliàs erit inualidũ. l.hac conſultiſsima. §. At cum humana fragilitas.C.qui teſta. face. poſſunt. Notat Marcus Antonius Notthæ. in repetitione authenti. quod ſine.quæſtione prima. C. de teſtamen. vbi Bald.& Anto.Panormi.Felin.nume.17. Deci.nume.14.in cap.primo.de fide inſtrum.Specula. de inſtrumento.editio.§.oſtenſo.nume.35.& Carol. Ruin.conſil.1.num.21.lib.primo.& conſil.12.lib. ſecundo. quicquid in contrarium Paul. de Caſtr. dixerit conſil.37.lib.primo.l.54.tit.18.part.3. Anto.Gomez in.l.3.Tauri.nume.107.

el teſtamento que en tal manera fuere ordenado en las mandas [a],y en las otras coſas que enel fuere ordenado,aunque el teſtador no aya hecho heredero algũo:y en tonces herede aquel que ſegũ derecho: o coſtumbre de la tierra auia de heredar:ſi

Quæro vlteriùs, An hodie ſtante iſta lege requiratur teſtatoris ſubſcriptio? Videtur quòd nõ, nam in teſtamẽto in ſcriptis tantùm hoc expreſſum eſt in.l.3.Tauri. in qua habetur legem iſtam ſeruandam fore in teſtamento nuncupatiuo:at in præſenti nullum verbum eſt de teſtatoris ſubſcriptione.ergo &c.Item facit,quòd licèt nuncupatiuum redigatur in ſcriptis,dum tamen nota ſint teſtibus contenta in eo', cenſeturnihilominus tanquàm ſi ſcriptum non eſſet nuncupatiuum, vt in hac lege.gloſſ.in.l.hac conſultiſsima.§.per nuncupationem.in gloſ.prima.C.de teſtam. Grego.Lopez in.l.prima. verb. *O por eſcripto*. titul. primo. part.6.l.103.tîtu.18.parti.3. Cifonta.in.l. tertia. in ordina.Tauri.quæſt.22.nume.25. Ergo quemadmodum valeret voce tantùm emiſſum coram teſtibus,ita debet valere in hoc caſu. ¶ Præſertim cùm iſta ſententia locũ habeat etiam eo caſu, quo potuit adhiberi Tabellio , & teſtator noluit eum vocare. text.eſt hic,ibi. *Y mandamos otroſi que valga el teſtamento que fuere hecho con buenos teſtimonios.* Quo caſu requiruntur ſeptem teſtes, aliàs non valet,vt dicam in glo.fin.infrà hac lege. ¶His minimè refragantibus,tenendum eſt, quòd in teſtamẽto requiratur ſubſcriptio, cùm in contractibus id requiratur, quemadmodum Pragmatica ſanctione ſtatutum eſt per Reges Catholicos in pragma. facta in villa Complutenſi fol. 192. libr. Pragma.

Anto. Gomez in.l.3.Taur.num. 30. Sed nomine inſtrumenti venit Teſtamentum , aliaque quælibet vltima voluntas.glo.prima.in.l.ſi idem. C.de codicill.ergo &c. Præterea id ſtatutum eſt in inſtrumentis propter falſitatem repellendam: quæ ratio magis vi get in vltimis volũtatibus, quàm in cæteris cõtracti bus,vt eſt notum.ergo eadem iuris diſpoſitio locũ habere ḋbet. Ita tenet ad iſtam legem Gregor.Lopez in.l.ſecunda.verb. *Su nome*.titul.1. part.6.ibiq; reſpondet ad contraria,& dicit,quòd multoties dubitari vidit de hoc in regio auditorio,& tutiorem,verioremque hanc ſententiam iudicat. ¶ Requirit etiam ſubſcriptionem teſtium, vt ſingula.probat Matth.de Affli&is in deciſ.166. Fuit dubitatum ſi ad probandum teſtamentum, qui omnino eſt videndus,& non loquitur in teſtãte,ſed in teſtibus adhibitis iuxta formã regiæ conſtitutionis in teſtamento nuncupatiuo. Teſtium ſubſcriptio non requiritur de iure cõmuni , ſecundùm Anto. Capici. referentem Paul. de Caſtr. in quodam conſil.is inquam. in deciſ.Neapolita.29. nume.primo. latius probat Anto. Gomez in dicta.l.tertia.nume. 30.

¶ Item quæro , Cùm lex iſta exigat, quòd teſtes ſint vicini , an in dubio ſi non conſtet de alio domicilio,præſumãtur vicini ? Videtur quòd ſic, cùm in dubio nullus præſumatur forenſis.Feli.in capit.quoniam.de offic. ordi. Ita concluſum reliquit Gregor.Lopez dict.l.prima. verb. *Ante ſiete teſtigos*. titul.primo.part.6. ¶ Vtrùm autem ſufficiat,quòd ſit familiaris,vel inſeruiens alicui ex vicinis loci? Videtur quòd ſic,cùm etiam ſerui dicãtur de plebe.glo.in cap.Rogationes.de conſe. diſtinct.3. quam ad iſtam concluſionẽ adduxit Gregor.Lopez vbi ſuprà.

[a] ¶ *En las mandas*. Legata conſeruantur hæreditate non adita,qualiſcunq; ſpeciei fuerint,ſiue ad pias cauſas,ſiue ad non pias cauſas,vt declaraui in glo. ſuprà proxima. ¶Hic inquirendum eſt. Quo iure peti poſſint?& vtrum exigi valeant ordinariè, vel executiuè? ¶Ad primum dicendum eſt in caſu huius.l. primæ.de teſtament. quòd legatarius debet petere legatum ex conditione huius, vel officio iudicis.Bald.in.l.prima.col.fin.num.9. C. ſi quis omiſſ.cauſa teſtam.Iaſ.in.l.prima.num. 101. ff.de legat.primo.Antoni.Gomez in tracta.de vltimis volun-

volunta.c.12.num.11.Facit in argumen.text. in.l. prima.C.de cond.ex lege.& in.l.prima.ff.eod. titu.iunctis notatis à gloss. & communi opinione ibi. ¶Competit etiam legatario actio hypotheca ria,& rei vendicatio,vt optimè in casu nostræ legis.1.Declarat Anto.Gomez loco præcitato.Dato priùs curatore ipsi hæreditati iacenti,cùm quo formari valeat iudicium.l.prima. ff.de curato. bonis dand.Facit ad.l.final.titu.69.lib. primo. ordinament.Lusitaniæ.ibi, *O qual defendera a dita herança das demandas.* ¶Ad secundum videtur dicendum,quòd via executiua & non ordinaria sit procedendum in solutione legatorum, quando legata sunt contenta in scriptura publici Tabellionis: nam scripturæ, & contractus publici habent executionem paratam.l.5.titu.8.lib. isto.3. ordinam. suprà. & ibi declaraui, ergo & testamentum, seu alia quæuis scriptura manu publica facta, in qua legatum continetur: cui enim verba competunt, & eius dispositio cõpetere necesse est : tum, quia de contractibus ad vltimas voluntates valet argumentum.l. successori. ff. de nego. gest.l. pactum inter hæredem.ff.de pact.cum simili. & quia nomine instrumenti venit vltima voluntas. glos.l.si idem.C.de codicillis.

Secundò suadetur ex text.in.§.illud.in authẽ. de hære.& falc.coll.1.ibi,necessitatem imponẽtes omnino intra annum post additionẽ & legata solui,& quæ à testatore sunt relicta compleri secundùm sui naturam,& omnia agi,quæcunque priùs ediximus.Initiũ autẽ anno damus sicut prius iam diximus ab admonitione ex iudiciali decreto facta.inquit glo.singul. & non alibi secundùm Angel.ibi in verb.decreto, per quandam interloquutoriam quod præcipiat ei vt soluat. ergo summariè absque diffinitiua. Idem firmat Ias. in. l. fina. nume.6. C.de edict.diui Adria. tollen. Et tenent moderni testante ibi Deci.nume.16.Ias. in.l. quæ delegato.nume.5.ff.de legat.primo. Segur. in repeti.l.si ex legati causa.nume.66.versic. Ex supra dictis infertur.ff.de verb.obligat. vbi in expresso hanc partem tuetur:reputatque notandam ad legum regni expositionem, quæ loquuntur in præ legato quintæ partis bonorum: nam ostendendo testamentum iudici sine aliquo vitio,idem iudex ad instantiam legatarij præcipiet statim voluntatem testatoris exequutioni mandari. Boeri. decisio.295.numer.12. citat glos.in dict.verb.decreto.

Præterea de iure regni est.l.48.titul.9.parti.6. ad fin.in illis verbis.*E sin alongamiento,è sin escatima ninguna.* Ergo simpliciter,summariè, & executiuè.Quanuis Gregor.Lopez ibi contrarium voluerit.Quod constat ex eo quòd se remittit ad Roderi.Suarez in loco infra à nobis citato. & est.l.6.titul.10.part.6.ibi, *lo mas ayna que pudieren sin alongamiento,y sin escatima ninguna.* capi.nos quidem.ibi, sine alteratione.&c.de testa.Addendus est Corn. in authen.Ex causa.nume.46. C.de liber.præter.

In contrarium,quòd legata non habeant paratam executionem, tenet Alexan. in.l. si cùm dotem.§.eo autem tempore.nume.6.ff.solu. matri. & in.l.ait prætor.§.si iudex.colum.secunda. nume.5.ff.de re iudi.& ibi Vincent. Herculan. nu. 15.Guillel.Benedict.in repet.ca.Rainutius. verb. Si absq; liberis.2.num.191.chart.77. de testa. Roderi.Suarez in repe.l.post rem iudicatam.fol.123. colum.2.§.Sextus casus. ff.de re iudica. Gomezi. in.l.45. Taur.num.137.Peralta in.l.1.nu.85. ff. de legat.2. Auiles in capitibus Præto. capit.10.verb. *Execucion.*nu.8.Grego.Lupus in.l. fin.tit.9.par.6.

Fundant se in dict.§.si iudex. ibi, condemnet. quod verbum intelligunt per diffinitiuam sententiam,tale enim pronuntiatum non nobis satisfacit,cùm si tale verbũ induceret de necessariò sententiam diffinitiuam aduersaretur dict.l.fin.quæ diffinitiuam non requirit in testamento, sed sufficit interloquutoria, cùm in eo procedatur executiuè,vt est communis assensus doctorum, de quibus loco præscripto,qui constituunt differẽtiam inter hæredem,& legatarium. Tenet etiam Ang. in.l.cùm antea.colum.secunda. versi.Sequitur in litera.ibi,executioni.C.de recep.arbi.¶Vel possumus dicere pro concordia, quòd si legatarius ostendit testamentum in præsentia iudicis, rogatusque à iudice hæres, an præmissum eulogium fuerit conditum à P. contento in eo, ac ab ipso fuisse statutum, & dispositum omne id, quod in ipso est conscriptum,ipseq; hæres simpliciter fateatur,tunc absque dubio executioni mandãdum erit propter recognitionem,& confessionem,maximè stãte Pragmatica regia Caroli Cæsaris, quæ præcipit tales scripturas,seu quid aliud recognitũ à debitore in iudicio executioni fore mandãdum quemadmodum instrumenta publica, & guarentigia in.l. fina. condita in oppido de Madrid Anni 1534. & sic etiam de iure hodierno procedere debet prior opinio. ¶Aut sic rogatus hæres ipse negat,redditq; causam dubiam, & litem inducit, quo casu posteriori spectanda est diffinitiua sententia.ex mente Bald. in authenti. Hoc amplius. C.de fideicom.opp.2.Guillelm.Benedict.vbi suprà.& Suarez etiam in dict. §.Sextus casus.nu.6. Et istud vltimum membrum, quod opposita exceptione contra testamentum, vel aliam scripturam publicam quòd speratur diffinitiua, & interim amittit naturam summariarũ. Bald. in.l. prima.§.is videtur.nume.3. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Robertus Marantanus in Specul. aduq. 4.part.9.distinctio. iudicio. nume.59. ¶Vtrùm autem sit summariè procedendũ in remedio assignato

gnato ad consequendã hæreditatẽ hæredi scripto ex edicto Diui Adriani? Rñdendum est, quod sic. l. fin. C. de edict. diui Adri. tollend. l. secunda. titul. 14. part. 6. Bald. consi. 344. & consi. 400. lib. 1. & consi. 118. libr. 2. Angel. consil. 135. Anchar. consil. 145. Bart. consi. 91. Alexand. consil. 102. colum. vltima. libr. 2. Matthes. sing. 69. Deci. cõsi. 84. col. prima. libr. primo. Ludo. Gozad. consil. 21. nu. 10. Petrus de Ferrar. in pract. in forma libelli, qua petitur hæreditas ex testam. fol. 208. Hierony. Grat. libr. 1. respons. 140. numero. 1. Curti. Iunior. consil. 31. colum. penul. nume. 9. Vtrum autem remedium huius. l. fin. competat Hospitali, quando ei est factum fideicommissum vniuersale? Respondetur competere secundùm veram, & communẽ opinionem, teste Iaso. consil. 214. colum. pen. nu. tertio. libro. 2. ¶ Succedit solenne dubium, An dispositio legis prædictæ fin. locũ habeat in causa nostræ legis Regiæ in testamento nũcupatiuo, postquam ex testium depositionibus est à iudice iussum reddi in scriptis, & sunt redacta dicta testium in scriptis, Vtrùm habeant vim testamenti? Gloss. in dict. l. fin. respondet quòd sic in verb. depositionibus. quæst. fina. Iacob. Butri. Guillel. de Cuno. Bart. Bald. quæst. 3. Angel. qui eam dicit singul. Salyce. Corne. Alexan. Deci. Sebastianus Sapia. num. 82. Et Hubertinus Zuchardus ibi in repeti. num. 346. qui ait hanc communem opinionem esse. Iacob. Butri. in. l. vltima. & ibi Bald. colum. 3. C. de fideicom. Deci. in capi. secundo. colum. fina. versi. quæro. nume. 10. de probat. Alex. consil. 93. colum. fin. num. 18. dicens hanc opinionem magis communem esse lib. 6. And. Tiraquellus libr. 1. de retraict. Lignagier. §. secundo. glos. 1. num. 14. l. 4. tit. 2. part. 6. Boeri. decisio. 295. nu. 11. fol. 280. ¶ Adeò locum habet, quòd etiam si cedatur remedium diui Adriani transit in successorẽ. Andr. Tiraquellus in dict. tract. lib. 1. §. 25. glos. 3. nume. 19. Et quòd sit summarium ex eo constat, quia est possessorium, vt vltra prædictos probat Paul. Parisi. consi. 11. colum. 1. libr. 2. Quid autem, si competat remedium dict. l. fina. contra titulo possidentes? Dic quòd sic. Alexan. consi. 4. nu. 13. libr. 2. ¶ Vtrùm autem remedium. l. fina. præcitatæ impediatur mediante alio remedio à lege, vel statuto addito in fauorem hæredis vel successoris, quo cautum est transire in eum possessionem ciuilem & naturalem à morte antecessoris absque aliqua apprehensione? Et est dicendum quòd sic. Bald. in rubri. de causa poss. & propriet. col. pen. versi. Quæro quæ possessio. Deci. consi. 84. col. 1. Ripa lib. 1. responso. cap. primo. num. 81. Nam & si propter legem, vel consuetudinem acquisita sit possessio iuris, non tamẽ possessio facti, cùm perfectè non possit fateri, quòd habeat plenam possessionem quousque habeat detentationem corporalem. secundum Cynum, Petr. de Bellaperti. & Bald. in. l. ea lege. nume. 10. C. de condi. ob causam. Paul. Alexan. & Ias. in. l. si sorori. col. 1. C. de iure delibe. Dixi latiùs ad Segur. in repet. l. quem admodum. nume. 103. colum. penult. & fina. ff. de acqui. possessio. De quo statuto, dicens possessionem ciuilissimam habereq; omnes iuris effectus, agit Paul. Parisi. consi. 41. col. secunda. nu. 6. lib. 1. Quod est summè cordi tenendum ad intellectũ. l. 45. Tauri. Vtrum autem remedium dict. l. fina. cõpetat hæredi instituto in certa re dato sibi vniuersali? Respon. quòd non secundum communẽ, teste Iasone in dict. l. fina. num. 7. & in. l. quoties. nume. 8. C. de hæred. insti. Ripa in. l. hoc interdictum. num. 18. ff. quorum bonorum. & est verior. Quanuis communem contradixerit Corn. consi. 103. nume. 5. libr. 2. ¶ Hodie tamen fui rogatus de vna quæstione, nempe, si mater teneatur reseruare proprietatem filijs primi matrimonij? Et dixi teneri. Est tamen tantùm hisce in rebus vsufructuaria stantibus filijs prioris coniugij, qui ad hæc bona sunt vocati ex peculiari pœna in eorum fauorem posita propter iniuriam eis iniunctam ab ipsa matre trãseunte ad secundas nuptias. Ideoq; ad hęc sunt vocati præcipuè, nec alij vterini ex secundis nuptijs habebũt concursum cum illis, quibus, vt dixi, facta fuit iniuria, ac ea ratione cum tali onere fuit decreta hæreditas & successio ex parte primi viri eiusque filijs matri. l. fœminæ. C. de secund. nuptijs. Ioan. Lup. in. l. 14. Taur. l. 15. in eisdem ordin. vbi interpretes, præcipuè. D. Castell. & Antoni. Gomez. ¶ Text. in. §. nec illud quoq;. in authen. de nupt. collatio. 4. probat decisionem huius quæstionis. & in eod. authen. §. hinc nobis. §. sed quanta quidem. Corne. consil. 309. colum. 3. nume. 2. libr. 3. l. 23. titu. 11. part. 4. l. 26. tit. 13. part. 5. Francisc. Cremens. sing. 172. & singul. 74. qui omnino est notandus pro declaratione, & limitatione istius conclusionis, vbi dat cautelam aduocato mulieris transeuntis ad secundas nuptias, vt faciat consentire filios primi matrimonij, quia tunc cessabit dicta pœna. Angel. in authen. de non eligendo secundò nuben. in prin. vbi est glõ. verb. copulantur. singu. secundum Roman. consil. 219. col. 2. versi. Quartò idem probatur. ad hoc matrem secundò nubentem post annum luctus voluntate filiorum primi matrimonij pœnas præmissas minimè incurrere. Idem Roma. singula. 248. Tuscis quòd si mulier nubat. Bartholom. Cæpol. cautel. 238. Si mater transit. colum. 1. Ias. in. l. ambiguitates. col. 2. nu. 4. C. de indicta viduita. tollen. & in l. filium quem habentem. col. 6. nume. 13. C. familiæ herciscun. Bald. & Ange. in. l. mater. C. ad Tertullianum. Deci. consi. 206. colum. 1. num. 3. lib. 2.

Gomez

Gomez Arias in.l.46.numer.2. in ordina. Tauri. Cifuentes in.l.15. Tauri.colum.3.verſic.Primò limita.Boeri.deciſio.113.num.6.Guilielm.Benedi. in repeti.cap.Rainutius.verb.qui cum alia matrimoni.nume.266. Quam concluſionem intellige ſecundum eum poſt Rom.Iaſon. & alios ſupra citatos,de licentia mariti,ſeu filiorum poſt annum luctus,quia tunc remittere poſſunt propriam iniuriam,ſecùs intra annum luctus, quia talis licentia eſſet contra bonos mores, ſecũdum prædictos docto.quod nota.Perdit etiam veſtes lugubres,ſi intra annum luctus ad ſecunda vota tranſierit mulier.Couar.de matrimo.2.parte.cap.tertio. §. nono.nume.10. vbi alios ad hoc citat. Quæ faciunt ad intellectum.l.23.in fin.titu.11.part.4.& ad.l.fori,quæ de lecto loquitur.l.6.titu. 6.libr.3.for.leg.

Succedit dubiũ ſingulare, Vtrùm eo caſu, quo teſtator prohibuit certam rem alienare, eamque perpetuò voluit inalienabilem eſſe, perpetuoq; durare in ſua familia,deſcendentium que, ſi aliquo vendicetur contra poſſeſſorem nõ citato ſucceſſore & vocato ad eam,ſententia contra eum lata,præiudicet tali ſucceſſori? Et videtur,quòd ſic. Certi enim iuris eſt, vnumquodq; negotium per prius, & non per poſterius conſiderari. l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi certum peta.l.ſi in emptione. Et ibi Batt.notat.ff.de contrahend.emptio.Gomez Arias in.l.44.num.3.&.4.in ordi.Tauri. ergo ita dicendum eſt in propoſita quæſtiõe, quòd ſit cauſa prima conſideranda,hoc eſt rei poſſeſſor, non autem vocatus poſt eius vitam, cùm ſit quid poſterius,& acceſſorium.nam ad primordium tituli poſterior quoq; formatur euentus.l.vni. §.res verò.C.de impo.lucrati deſcriptione. Curti.Senior conſil.69.col.prima.nume.3.Ludoui.Gomezi.§. Sed iſte quidem.nu.24.Inſtit.de actio.

Secũdò ſuadetur ex textu formali in.l. prima. §.quanuis.verſi.denuntiari.ff.de vent.inſpici.vbi quando lis vertitur ſuper hæreditate,vel bonis alicuius defuncti ſolus eſt citandus hæres vniuerſalis, ad quem principaliter, & immediatè ſpectat negotium: non verò ſubſtitutus, vel alter, cui ſecundariò bona poſſunt pertinere. Quẽ notat Ferdinan.Loazes in.l.filiusfami.§.diui.nume.126.ff. de legat.primo.Anton.Gomez in.l.40.nu.73.in ordina.Tauri.Arias Pinel.in.l. prima.part.3. nu. 48.C. de bon.mat. Ex quibus conſtat hanc opinionem communem eſſe,vt Loazes fatetur, & receptiorem & veriorẽ eſſe. teſte Pinel. vbi ſuprà. Andr.Tiraquel.de primogen.quæſt.35.nu.17.Michae.lib.2.de ſucceſſ.creat.§.15.nu.16.vbi nouiſsimè refert duas opin. contrarias. Quam ſententiã approbat Barto.per.d.§. denuntiari.dicens illum notandum in.l.in diem.colum.prima. num. primo.ff.de aqua pluu.arcẽ.& in.l. ſi diu.ff.ex quib. cauſ.in poſſ.ea.& in.l.ſi quis inſtituatur.§.item ſi conditioni.col.ſecunda.ff.de hær.inſti. & in.l.eo tempore.C.de remi. pigno. colum. 2. Hippolyt. ſingu.259.& conſi.59.nume.10.libr.primo.Diximus poſt Segur.in repeti.l.prima. §. ſi vir vxori. nume.63.ff.de acqui. poſſeſsio. Quibus competit text.in Clemen.fin.& ibi Bonifa. de præben. vbi principale, & non acceſſorium attenditur.

Tertio his adſtipulatur text. in. l. ſi patroni. §. actiones.ff.ad Trebel.vbi ſecundum vnum intellectum ſententia lata contra hæredem nocet fideicõmiſſario non citato. ¶ Quartus eſt caſus pro hac communi ſententia in cap.primo.§. ſi vaſſallus. in vlti. ſi de feudo defuncti fue. conten.inter domi. & agnatos vaſſalli. vbi definitur, quòd ſi vaſſallus agat,vel conueniatur ſuper re feudali,valet iudicium & ſententia etiam in præiudiciũ ſucceſſoris,ad quem feudum debet peruenire.tex.in capit.primo.de cõtrouerſ.inter vaſſallum & aliũ de beneficio. ¶ Contrariam opinionem bis communem eſſe fatetur Deci.in conſi.445.nume.29. libr.4.Pinel.etiam eum & alios refert loco præcitato.& poteſt fundari ex adductis ab Anto. Gomez in.l.40.nume.73.quæſt.19.in ordina. Tauri. & ex cap.cùm ſuper.de re iudi. vbi ſententia lata inter aliquos,non præiudicat tertio, cui intereſt, ſed pro ſuo iure poterit appellare. res enim inter alios acta, alijs non debet præiudicium parare. vt ibi in text.& in gloſſ.ca.cùm olim. de cauſa poſſ. & proprietatis.Igitur ſententia, tertio non vocato,nec citato, & ignoranti lata contra rei poſſeſſorem non nocet. Itaque pro hac cõi contraria. ¶ *Que ſegun derecho.* Scilicet ab inteſtato. Ex teſtamẽto aliqua in ſuperioribꝰ gloſsis annotata ſunt: hic autem pro perfecta huius legis expoſitiõe aliquæ regulæ in materia ſucceſsionum ab inteſtato facili ſtylo deſcriptæ ſubijcere ſtatui. ¶ Illud in prima tractatus huius fronte notandum eſt,in lege Moſis,id eſt antiqua,inter alia myſtica præcepta fuiſſe & illud,quod de ſucceſſoribus loquebatur Numer.cap.27.quòd an noſtra tempeſtate in Iudæorum cauſis ſeruandum ſit necne, eſt videre apud Coraſium in lib.5.cap.16.â num. 6. miſcell. Cui adde Roma.conſil.154.laſ.in.l.qui ſe primo. nume.24.C.vnde liber. Et Chaſſanæ.in conſuet. Burgund.rubri.7.§.primo. verb. *Le plus*. nume.1. Sed ea hodie ceſſante inter Chriſtianos teſtante Ioan. Imol.in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. colum.3.de verbo.obliga. In huiuſmodi ſucceſsione conſiderantur tres gradus, aſcendentium, deſcendentium, & tranſuerſalium. Authen. de hæred.ab inteſt.veni.in prin. verſi. Quia igitur omnis.&.l.ſecunda.titul.13.part.6. Anto. Gomez in tracta.de teſtamen.capi.primo.nume.1.regula.1. Laico ab inteſtato decedenti primo loco ſuccedunt

dunt liberi legitimi,& naturales.§. inteſtatorum. Inſtit.de hæred.quæ ab inteſta.defe.l. pronuntiatio.§.primo.de verb.ſigni.l.tertia.titul.13.part.6. Authen.in ſucceſsione.C.de legit.hære. ¶Extenditur hæc regula.Primò,ſucceditur non habita diſtinctione ſexus.§.item vetuſtas.Inſtit.de hæred. quæ ab inteſta.defer.l.tertia.titu.13.part.6.

Secundò,non habita differentia emancipationis,& patriæ poteſtatis.vide.l.meminimus. §.primo.C.de legit.hære.& authen.de hæred.ab inteſta.veni.§.nulla.colla.9. Nam licèt Bart. dubitet, ſublata eſt huiuſmodi differentia, tantum quo ad ſucceſsionem, tamen non quo ad modum ſuccedendi.glo.l.Gallus.§.& quid ſi tantûm.verb.emãcipatus.ff.de liber.& poſthum. Sunt qui velint ſi miles eſſe gloſſ.in authen.ex cauſa.verb.irritum. C.de liber.præte.vel exhæ.& in.l.illam.verb. huiuſmodi. C. de collat. Eſt hæc communis opinio Matheſilano in tracta.de ſucceſ.ab inteſt.in prin. Iaſ.in.l.ſi emancipati.nume.36.C.de colla.Alex. in.l.fina.nume.4.C.de repeti.hæred.Ang.§.emãcipati.nume.3.Inſtit.de hær.quæ ab inteſta.deferuntur.Grego.Lopez in.l.21.verb. *En poder*. tit.3. part.6. ¶Tertiò,nulla ratione habita natinè ſint, an poſthumi.§.ita demũ.verſi. Poſthumi quoq;. Inſtit.de hæred.quæ ab inteſta.defer. cum ſuo cõmodo pro nato ſit.l.qui in vtero.ff.de ſtatu hom. Nec mirum, cùm etiam aduerſus præſcriptiõem reſtituatur.l.etiam ei,qui priuſquam.ff.de minorib.Et in inſtitutionibus ex præſumpta teſtatoris mente veniant.l.qui quartam.§.fina.&.l.qui filiabus.ff.de legat.2.& eis negotia geruntur. gl.verb. agendum.l.cùm pater.ff.de neg.geſt. Quid quòd & poſthumo ius retractus ſeruatur illæſum. docet Tiraquel.in de vtroque retract.titu. primo.§. primo.glo.9.nume.79. ¶Regula ſecunda.Nepotes auo ſuccedunt inteſtato quatenus patrem repræſentant.§.cùm filius.&.§.fina. Inſtit.de hære. quæ ab inteſta.defe. Authenti. in ſucceſsione. C. de ſuis & legi.hære.l.tertia.titu.13.part.6.Eſt communis Matheſ.vbi ſuprà.tamen ſuccedunt in ſtirpem,non in capita.gloſſ.d.authenticæ.repræſentant ſiquidem adeò patrem, vt ſuccedant non tantùm in legitimam, ſed in fideicommiſſum familiæ relictum,ita vt in ſtirpes ſuccedatur, idq; etiã cum patruo.glo.in.l.cum ita legatur.§.in fideicõmiſſo.verb. primo gradu. ff.de legat.2. Quam ibi Ioan.Imol.ſeq.Paul.& Angel.de Per.& Alexan. conſi.88.& 137.volumi.1. Iaſ.conſil.215.colum.5. volumi.2.Deciusconſil.87.& 427. Anto.Rube. conſi.82.Bart.& Socin.in.l.ſi cognatis.colũ.pen. ff.de reb. dub. quo videtur communis, & tamen reprobatur ab iiſdem ferè omnibus, à Bald.in.d. §.in fideicommiſſo.Rapha.Cuma.conſi.71.Nam ſpeciale eſt,vt in ſucceſsiõe aui nepotes repræſentent ſui patris perſonam, vt inteſtato auo ſuccedant.Secùs verò ex teſtamento.l.tertia. §.ſi duo. ff.de legi.tuto.nam tunc proximior ſpectatur.ita tenent Angel.Aret.in.d.§.cùm filius. & Alexan. conſi.204.volu.2.& conſi.4.volumi.4.Iaſ.conſi. 4.nume.1.volu.1.Deciusin.l.ſi auiæ.C.de ſucceſ. ed.nu.5.& cõſi.1.col.2.& conſi.79.nu.2. cum ſeq. vbi negat glo.probare concluſionem,cùm glo.& doctores eatenus probent,quatenus id quod allegant Bart.in.l.non ſolùm. §.ſi liberationis verba. ff.de liber. legat. quid quòd in tex.eſt,quandoq;, ergo non ſemper.Franciſ.Curt.Iuni.communiorem ait in dict.l.ſi auiæ.num.11. contra glo.quem ſeq.Chaſſanæ.in conſuetu.Burgun.rubri.7.§.10. nume.55.fol.260.Sed opinio contraria poſſet eſſe vera, vt cum dictum foret ſuccederent ità: at ſi ab inteſtato ſucceſſuri eſſent &c. Tamen anniuerſariæ celebrationes conſtitutæ in certa hæreditatis portione, vel fundo, filium, non autem nepotes ſequũtur,vt nec ius retractus,cùm hac proximioris debeatur. Tiraquel.de vtroque retract. titul.1. glo.9.§.11.num.2.&.l.7.titu.7.iſto lib.5.Nepotes autem ſucceſſuri auo,tunc demum patrem repræſentant, ſi tamen ante aui mortem concepti erãt, non aliàs.§.cùm autem quæritur.Inſti. de hæred. quæ ab inteſta. defer. Superior tamen regula fallit,cùm filius morte vel ciuili, vel naturali damnatur, nam tunc pro nullo habetur. l. ſi necem. §. ſi deportatus.ff.de bon.lib.l.prima. C.de hæred.inſtit.§.quod autem.Inſtitu.de capi.dimi. Matheſ. vbi ſuprà.col.3.num.7.Illud tamen notãdum eſt, licèt deportati perdant teſtamẽti factionem tam actiuam,quàm paſsiuam.l.ſi quis filio exhæredato.§.irritum.ff.de iniuſto rupt. & irri.f.teſt. &.l. qui à latronibus.§.primo.de teſtamen.ff.l.15.tit.1. vbi Gregor. Lopez part.6.Tamen.l. 4. Tauri.eis actiuam teſtamenti factionem reſeruat ſecũdum Cifuen.ibi,non tamen paſsiuam. Tamen Grego. Lopez contrarium probat in dict.l.15. Tauri.imò quòd ſit hodie habilitatus actiuè,& paſsiuè.

Regula tertia.Legitimi,idem lege facti filij, parentibus ſuis ſuccedunt, tamen diuerſimodè. Legitimorum autem plures ſunt ſpecies,vt arrogati, adoptati,ficti,& ſpirituales. De quibus ſuis in locis. Tamen quòd breuitati ſtudemus circa diuerſas legitimationum formas,conſule. Angel.Peru. conſi.17.& Præpoſit.in capit. per venerabilem.§. quod autem.qui filij ſunt.legi. Inter omnes legitimandi formas ea eſt potior,quæ reſcripto Principis fit.l.quarta.titu.15. part.4. Licèt quo ad ſpiritualia nihil commodet.glo.verb.quis.cap.ſi officia.59.diſtin,glo.in cap.lege.diſtin.10. Et latè Couar.in.4.decret.2.part.capi.8.§.octauo. vbi plura in hoc videnda ſunt. Et tamen fit bifariam, vel integrè. Primò,eum reſtituendo naturalibus aſſi legitimè

gitimè natus esset.l.prima.2.&.3.cum fin.ff.de natali.resti. aliàs verò tantùm ad succedendum, illa non potest fieri, vt hæc si liberi sint alij legitimi, & naturales. De qua re consule Rode. Suarez in l.quoniam in prioribus.limitatione.12. ad.l. fori. C. de inoffic. testamen. Et quid si de facto addatur, quòd cum alijs fratribus succedat? Paul. in.l. sed si hac.§.patronum. ff. de in ius vocan. & in.l. pactum quod dotali.C.de collatio. Et tu dic eum patri non successurum, etiam si sublatus sit antequâm pater vxorem duceret.per.l.12.Tauri. tantùm gaudet alijs priuilegijs gentilitatis, seu hidalguiæ, nisi tamen sit filius susceptus ex damnabili coitu.l.nona. in pragma. Anni 1544. Posterior modus legitimandi fuit, quando fit capax eorũ, quæ pater in testamento reliquerit, quæ quidem potius est dispensatio quędam, quàm legitimatio Paul.in dict.l.pactum quod dotali.per capit.1.de filijs nat.ex matr.ad Morg. contra. Vide Suarez vbi suprà colum.8.vbi etiam ait pactum validum esse, ne vxor lucretur vltra dimidium lucrorum. Quam communem ait Alexan.consi.25.volumi. 1.& consi.30.volumi.4. Decius in dict.l. pactum quod.nume.15.Facit text.& ibi Ange. Perus.in.l. ab eo.C.de legit.hæred.Bartho.Cæpol.in caute. 114.Guill.Benedict.in cap.Rainutius.verb.Duas habens filias.de testamen.nume.241. Illud tamen ex Paul.in.l. Sed si hac.§. patronum. ff. de in ius vocan.est notatu dignum, filium ita legitimatum fœminas non excludere, quæ aliàs ex statuto excludi poterant, extantibus masculis, licèt Alexã. insurgat contra eum ibidem, vbi tamen mendosè legitur ibi, specialia, pro spiritualia. Nam, vt dicebamus, ab Imperatore legitimatus, non dicitur perfectè legitimatus. Quod etiam sensit glo.fin.ca.fi. 101.dist. Quam opinionem communẽ ait Alexã. quem dum Paul.impugnat, ait falli Decius in.d.l. pactum quod dotali. num.25. Tamen si Princeps adderet, non tantum quo ad successionem, sed & ad cætera legitimare vtique dispensatiuè succederet, reliquis gauderet vi legitimationis, cùm sint diuersa ius succedendi, & legitimationis. Bartolus in.l.potest.ff.de acquiren.hæredit. Bartholo. Soci.consil.246.volu.2. Facit ad cap. quanuis pactum.de pactis.libr.6. vbi filia hæreditati renuntians est filia. Ita in præsenti filius legitimatus ita est legitimatus quo ad omnia, tamen succedet tantùm in his, in quibus pater volet. Vnde ità legitimato pater in relictis potest grauamẽ etiam de totis relictis restituendis imponere. & ita limitatur. l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.testam.consule ibidẽ Suarez limitatione.12. ad leg.fori. Nec mirum, cùm huic legitima non sit debita: tamen vt dubium tollatur, potest addi in rescripto, vt ei possit quodvis onus imponi. Legitimatio, quæ fit per oblationem curiæ, iam exoleuit. Couar.latê in.4.decretal.2.parte.cap.8.§.septimo.nume.4. &.l.5.&.l.6.tit.15.part.4.& ideo cessat dispositio. l.communium. C. de natu.lib. Vide Præposi. in cap.per venerabilem.§.quod autem.num.18. qui filij sint legit. Ange.in authent.quib.mo. nat.eff. sui.§.& quoniam variæ. per quem text. huiusmodi legitimatione fiebant capaces legitimati vt succederent cum legitimis & naturalibus, ita tamen, vt ne plus haberent, quàm cui minus relinquebatur.&c.consule Socin.in consi.246.volu.2.Bald. consi.204.volu.3.& Ias.consi.66.volumi.3.versi. Sexto facit.Ludo.Roma.in.l.necessarijs. ff.de acquiren.hæred.Franc.Cremens.singul.51. Age verò, an legitimatum pater meliorare possit, quod vocant in hoc regno, in tertio, & quinto videndũ est? Et Suarez vbi suprà ait posse, quocunque modo sit is legitimatus. Ange.Perus.vbi suprà.& Alexan.in.l.ex facto.§.si quis rogatus.colum.6.ff.ad Trebel.Ias.in.l.prima.numer.31. C. quando non pet.par.acc.Decius cons.392. vbi communem ait. Anto.Gomez in.l.nona. Tauri.nume.68.fol.58. colum.2. ¶ Nec tamen dubij ratio cessat in legitimato per subsequens matrimoniũ, cui pater, quicquid volet, relinquit, & ita cessat ratio.dict.l.communium.Alexan.in dict.§.si quis rogatus. Ias.in dict.l.prima.nume.31.Bald.in cap.per tuas. de maior.& obedi.Anto.Gomez in dict.l. nona. num. 66. Et expressè tenet Couar.admittendum talem filium in.4.Decreta.2.part.cap.8.§.secundo. nu. 22. Est & adoptiuorum species legitimorum, de quibus est consulenda glos.in princi.Inst.de adoption. Hi succedunt patri adoptãti tantùm ex testamento, in quibus pater vult.l. cùm & adoptiuis.§.sed ne.vers.Quis enim materna.C.de adop. Doctores in dict.§.sed hodie. Vide.l.8.tit.16.par. 4. Est communis Mathesi. vbi suprà.art.1.memb. 3. Nec citra voluntatem succedit, ne fraudes comminiscantur ad excludendum venientes ab intestato &c. Hinc est adoptiuum non contratabulare.l.prima.§.de adoptiui patris. ff.de bonor.poss. cont.tab. nec succedere in feudum. capi.primo.§. adoptiuus. si de feudo defuncti. in vsib.feud. Item nec gaudere priuilegio donationis inofficiosæ reuocandæ, de quo text. & Tiraqu. in.l.si vnquam. C. de reuocand.donat.verb.susceperit liberos. nume.2. idque, ne fraus fiat donationibus perfectis. Item nec petere alimenta ab adoptante. glo. verb. tantummodo.§.sed ea omnia. Inst.de hæred.quæ ab intesta.deferun. Sequuntur ibi Ange. Faber.& Guillel.Benedict.in cap.Rainutius.verb. & vxorem nomine Adelasiam.nume.721. de testamen. vtcunque insurgant in contrarium Specul. & Io. Andr.in titul.qui filij sint legit.§.primo.versicu. Quid de filio adoptiuo.& Bald. in authenti. Nisi

rogati.

rogati.colum.4.C.ad Trebell.& in.l. cùm in adoptiuis.colum.2.C.de adopt. ¶Illud quæri potest hîc, An in filium adoptiuum potentiorem liceat alienare rem litigiosam,cùm potentioribus impares simus per. l.3. ff. de alien. iud. mutand. causa fa.Et prima fronte videtur id fieri posse. quod gl. inter suos.id permittat.glo.verb. interest. ad medium.l.si ita quibus.2.§.ea lege. ff.de verb. oblig. Vnde in nostris scholis in scholasticum cauetur ne fiat alienatio,nisi sit filius, vel nepos: tamen dicendum est in adoptiuum huiusmodi alienationem minimè fieri posse, testante Bald.in.l. ea lege.colum.penul. quæst.5.C.de condi.ob causam. versi.Quintò quæro.Et tamen aliàs in filium, vel nepotem fieri posse cõmunis opinio est in dicta glo.Ioan.Imol.Alex.& Ias.quanuis naturalis,seu spurius sit,vt dixi in.d.l. prima.verbo. *no la puede allegar*.col.1030.titu.8.lib.3.suprà. Quod est optimum ad.l.25.in libro Pragmati.reg.Catholicorũ. Adoptiuus caret beneficio trium legum disponẽtium,vt si pater grauatus de restituenda hæreditate filios suscipiat,liberetur ab ea restituẽda.l.cùm auus.ff.de condi.& demonst.l.cùm acutissimi.C. de fideicom.l. generaliter. §. cùm autem. de inst. & substit.sub.con.fa.Nam adoptiuus filius non facit cessare fideicommissum, vt communis tenet, teste Ias.colum.5.Deci.colum.6.in dict.§.cùm autem. Ab intestato succedit adoptiuus adoptanti cum legitimis & naturalibus.d. versic.Quis enim materna.d.l.cùm in adoptiuis. &.§.sed ea omnia. Instit.de hæred.quæ ab intest.defer.§. sed hodie. Instit.de adopt.Est communis Mathes. vbi suprà membro.3.arti.1.Et Guillel.Benedict.nu.747.& 749. Quod quidem adeò verum est, vt excludat parentes, & quosvis ascendentes adoptantis ab intestato.l.secunda.§.liberi.ff.ad Tertul.glo.1.in.§. præferuntur.Instit.ad Tertul.est etiam communis eisdem.Tamen superior opinio limitatur,quãdo adoptiuus foret in fraudem ascendentium adoptatus, & tamen adoptans data opera moreretur ab intestato.Tunc siquidem parentes possent inofficiosæ donationis querelam intentare,vt tenẽt Mathes.vbi suprà membro.3.art.1. nume. primo. & Guillelm.Benedict.in dict.nume. 749. idque argumento. l. primæ.C.de inoffic. dona. Item si emancipetur non succedit.§.at hi qui.Insti.de hæredi. quæ ab intesta. defer. Est communis opinio ibidem Fabro & Ange.& Guillel.vbi suprà num. 751.Et tamẽ legitimi, & naturales emancipati succedunt eo tantùm, quòd ius ciuile posit tollere, quod introduxit, scilicet ius adoptionis, non tamen ius naturæ, scilicet eum filium verè esse.

Quæ hactenus in filio adoptiuo dicta sunt, habent etiam locum in filia, & nepotibus.l. cum in adoptiuis.§.quæ in filio.C.de adopt. Viso de adoptiuo in potestatem nõ transeunte, subdam de adoptiuo,id est arrogato, qui statim transit cum suis omnibus bonis in potestatem adoptantis.§. sed hodie.Instit.de adopt.l.si adoptauero.ff.de precario. is autem succedit vt legitimi & naturales. Guillelm.Benedict.vbi suprà nume.746.& eandem querelam habet, quam cæteri: nam nisi ex causa pater arrogator non potest ei non relinquere quartam suam.§.cùm autem.versi. Sed & si decedens.Instit. de adopt.l.si arrogator. ff. eodem. Ab intestato tamen adeò succedit, vt excludat ascendentes,cùm habeat cõsanguinitatis iura.l. prima.§.fina.ff.de suis.& legit.hæred. Hanc testatur communem Mathesila. & Guillel. Benedict.vbi suprà numer. 747. adeò vt parentes ascendentes querelam intentare nequeant inofficiosæ donationis, vt contra eum,qui in potestatem adoptantis non transit.

Inter legitimos connumerauimus & filios fictos: hi autem sunt, vt cùm monasteria filiorum loco habentur.glos.l.si ita quis. §. ea lege.verbo. interest.ad medium.ff.de verborum obligationi. glos.verb.instituit.in princip.in capi. in præsentia.de probat. Tamen in puncto iuris secùs est. Tiraquell.in.l. si vnquam.verb. suscepit liberos. C. de reuoc.donat.nume.21.& Barba.in dict.cap.in præsentia. ¶Filij spirituales etiam dicuntur legitimi. vt in titul.de cogn.spirit.Hi reuerentiam suis parentibus spiritualibus debent.capit. primo.30. quæstione.3.Hos si parentes necent, grauiùs peccant,quàm si carnales parentes occidant. gl.verb. parentem.cap.aut facta.de pœni.distinctio.1.approbat glo.Hippolyt.in.l.diuus.ff.ad leg.Pomp. de parric.Inter hos non permittitur matrimoniũ. capitu.Pictauium.30.quæstione.3. quò fit, vt rarò dispensetur.Abb.in capitul.fina. de purga. cano. Guillel.Benedict.vbi suprà nume.764.Hinc potest considerari quantum crimen sit rem habere cum filia spirituali.Sed hi cùm non succedant parentibus spiritualibus, an alimenta vt legitimi debeant habere,quæri posset.Et posse ait Bal. & Salycet.in.l.prima.C.de alen.libe.& Bald.in authẽ. Nisi rogati.versi. Quartò vlteriùs quæro. colum. fina.C.ad Trebell.Philipp.Franc.Perus.in capit. primo.de cogna.spiritua.libr.6.Francis. Curt.tracta.de testi. colum.30. Tamen contraria est vera, cùm sit commnnis.Anto. de Butrio in.c.trãsmissa.qui fil.sint legi.& Card.in.c. per venerabilem. qui filij sint legi.Deci.in consil.399.& Guil.Benedict. vbi suprà nu.761. Andr.Tiraquel.vbi suprà. nu.21. Nec mirum: si enim adoptiuo,qui ab intestato adoptanti succedit,alimenta non debentur, nec his debebuntur, qui non succedunt, & ideo cessat in eis authenti.res quæ.C. communia delegat. &.d.l. si vnquam.Consule Guillel. & Tiraq.

vbi su-

vbi suprà.illum nume.731. hunc 21. Tamen ne illud intactum omittamus, legitimus videtur is, quem nutrices alunt, cùm tamen in nihilo sit, & ideò non succedit.l. nutritoris. C. communia de succes. ¶Præterea agamus de successione naturalium, qui spurijs in multis præstant. Dicendum in primis est, vt naturalis per subsequẽs matrimonium fiat legitimus, iuxta.capi.tanta.qui filij sint legit.non esse in instrumentis dotalibus opus: & sic cessat dispositio.l. cùm quis. C. de natur. libe. quæ videri poterat ea requirere. Nam id dum simpliciter loquitur, videtur sentire gloss. prima. in dict.ca.tanta.vbi pro hac opinione est doctorum communis opinio. & Salicet.in dict. l. cùm quis. Item illud notatu dignũ est, vim matrimonij tantam esse, vt etiam si constitutus in vltimo vitæ articulo velit suum naturalem legitimare, contracto matrimonio id posse quantumcunque dubitatum sit à Doctoribus in.l. sed est quæsitum. ff. de liber. & posthu. & in.l.eam quam. C. de fideicom. Et hæc est verior & communior Ioan. And. Abb. Anto. & Præposi. in dict.cap.tanta. Abb. in capi.commissum.de sponsa.not.1. Ias. in dict.l. sed est quæsitum.nume.6. &.7. vide Feli.num.15. Decium nume.56. in capit. in præsentia. de probatio. Egregiè probat Anton. Gomez in.l.9. Tauri. nume.57. ¶Sit igitur quarta regula in naturalibus liberis, quæ plura habebit capita. Ex testamẽto naturalis succedit patri suo, si alij filij existunt, in vnciam vnam, quæ tamen est cõicanda cum matre. l. matre. C. de nat. lib. l. prima. tit. 6. lib. tertio. for. l. 10. Tauri. Tamen non nihil mutat. l. 8. tit. 3. part. 6. & dict. l. 10. tamen si filij non sunt, sed tantùm ascendentes, relicta illis sua legitima, in omnia bona succedit. Idque etiam immutat dict. l. 10. vbi nec filij, nec ascendentes, nec alij descendentes sunt in medio, diuersa reperiũtur disposita. Olim siquidem tantùm sex vncias pater poterat naturalibus eorumque matri mandare, hodie verò totam substantiam licet. authenti. licèt. C. de natur. liber. & sic. l. humanitatis. C. eod. corrigitur in illis sex vncijs, quas permittebat solùm relinqui. Sed vt propiùs ad rem accedamus, ab intestato patri suo naturalis succedit extantibus alijs filijs, ascendentibus vel vxore in nihilum dict. authen. licet. & authen. quib. mo. nat. effic. sui. col. 4. ante fi. versi. si verò filios non habens. & col. pen. versi. si quis igitur habens. vbi tamen vult pasci à fratribus legitimis, quare sola alimẽta ferunt. vide. l. 8. titu. 13. part. 3. Cifuent. in. l. 10. Tauri. Matheſi. vbi suprà arti. primo. memb. 2. Chassanæ. in consuet. Burgun. rub. 8. §. tertio. nume. 3. Petr. Vbald. in de success. ab intesta. num. 35. Guillel. Bened. vbi suprà nu. 773. Xuarez in. l. 1. tit. 6. lib. 3. for. fol. 92. tamen vide. l. 9. tit. 13. part. 6. Alimenta non tantùm filio naturali dantur, sed & eius filio, id est, nepoti. At verò vbi naturales nullum habent in medio nec ascendentem, nec descendentem, nec vxorem patris, patri succedunt in duas vncias. authẽ. quib. mo. nat. effi. sui. col. 4. ante fi. versi. si quis autem. & d. auth. licet. ¶Nepotes aũt ex filijs naturalib⁹ sunt naturales nepotes auo, etiam si ex legitimo sint procreati matrimonio: vt etiam illi sunt nepotes auo naturales, qui sunt susceptí à filio legitimo ex concubina naturaliter. Nepos igitur auo naturalis ei potest ex testamento succedere, si alij filij, vel nepotes legitimi non sint, in omnia bona l. fina. C. de nat. libe. vbi Salice. & Roderi. Xuarez in dict. l. prima. tit. 6. lib. 3. for. fol. 93. col. 3. Tamen ab intestato capit quicquid pater eius naturalis poterat. authenti. quib. mod. nat. effi. sui. vers. De nepotibus enim. Consule Salice. in dict. l. fina. q. prima. Azonem in rubr. C. de nat. lib. in summa. Chassanæ. in consuetu. Burgund. rubr. 8. §. tertio. nume. 3. & Xuarez vbi suprà part. 2. & est hæc tenenda, quicquid velit Ioan. Baptist. d. S. Seuerino in. l. si qua illustris. col. 18. C. ad Orfic. & Matheſi. vbi suprà. artic. 1. memb. 4. num. 4. vide. l. 10. Tauri. Naturalis an matri illustri succedat, videndum. Sed in primis circa personas illustres cõsulas oportet Bart. in. l. prima. C. de dignit. lib. 12. & in. l. prima. C. vt dignit. ordi. seru. & Purpur. in rubric. de offi. eius, cui mand. est iur. Chassanæus in catalogo gloriæ mundi. parte. 7. consideratione. 3. versi. Septimus casus. vide Couar. vbi suprà nu. 15. Mulier autem illustris in præsenti specie vocatur honesto ex loco nata, vt pote vel nobilis, vel ingenua tam ratione sui, quàm viri. l. 11. titul. 13. part. 6. Xuarez in. l. prima. tit. 6. lib. 3. for. num. 98. pag. 2. ad dictam. l. si qua illustris. Matris igitur illustris testamento naturalis eius filius nihil potest capere nedum ab intestato. dict. l. si qua illustris. maximè si legitimi extant. Consule Ioan. Bapt. Xuarez, & Chassanæ. vbi suprà. & Guil. Benedi. in ca. Rainutius. verb. Et vxorem nomine Adelasiã. nu. 647. cum seq. de testa. Bal. in. l. eam quam. nu. 25. C. de fideicom. vbi tamen limitat si per vim fuit illustris cognita, nam tunc etiam cum legitimis ad hæreditatem venire potest. Barth. Soci. cons. 148. volu. 1. Chassanæ. vbi suprà nu. 14. Hippolyt. in. l. 1. §. item diuus. col. 2. ff. ad. l. Corne. de Sicar. Cum quibus facit doctrina Ange. Perus. in. l. 1. §. remouet. ff. de postul. Quæ quidem omnia faciunt ad quæst. illam, de qua in. c. commissum. de sponsa. Nam ante copulã vtriq; coniugũ licet religionem intrare: quod quidẽ etiã habet locũ, si copula ante ingressum sit per vim extorta ab sponso, cùm vis ei nocere non debeat. argum. l. prima. §. is quibus connumeramus. cum gloss. verb. sponsam. C. de raptu virginum. & text. & gloss. verbo. noluerit.

capi.rapror.27.quæſt.prima. Contrarium tamen notauimus in.l.prima.gloſſ. prima.titul. primo. ſupra iſto libr.quinto.

¶Spurij adeò legibus odio ſunt, vt nec ex teſtamento, nec ab inteſtato patribus ſuis ſuccedant teſtantibus. Alexan.in.l.Gallus.§. Quid ſi is.num. ſexto.ff.de liberis & poſthum. Doctores in.l. prima.C.de nat.lib.& in authen. Ex complexu.per textum ibi. C. de inceſtis nupt. vbi etiam doctores volunt matris aſcendentibus nullatenus ſuccedere: nec mirum, cùm text. ibi alimento priuet eos. Tamen de æquitate canonica eis alimenta ſunt, qui velint præſtanda per cap. cùm haberet. in fin.de eo qui dux.in matr.quam pol. per adulte. Conſule Barto.in dict.authen. Ex complexu. & in.l.fina.ff.de his quib.vt indig.& in.l.fina.§.ſi à ſocero. ff. de his quæ in fraud.cred. & in.l. Mæuius.ff.de legat.ſecundo. Eſt communis Barthol. Socino in conſil. 167. volumi.2.nume.primo. & Alexan.conſi.74.volumi.3. Adde.l.9.Taur.cum ſequentibus.vbi huiuſmodi alimenta conſtituuntur intra quintam, & fiunt tranſmiſsibilia. Couar. vbi ſuprà.capi.octauo.§.ſexto.numer.15. Ex ſpurijs filijs nepotes auo non ſuccedunt ab inteſtato. authen.quib.mo.nat.effi.ſui.colum.fi.verſic. vltima ſiquidem. ibi, neque habebit quoddam ad præſentem legem participium ſi inferas cum.§§. præcedentibus, in quibus de filijs & nepotibus naturalibus diſpoſitum fuit. Vide Bartol.in dicta.l. Gallus. §. quid ſi is. vbi etiam communem teſtatur Alex.nu.6. De ſpuriorum ſucceſsione latè. D. Couar.in.4.decreta.2.part.c.8.§.5.& dixi in.l.22. tit.3.libr.1. ſuprà. Ex ſpurijs filijs nepotes inſtitui non poſſunt patris contemplatione, & tamẽ poſſunt propria, Bart.in.d.§.quid ſi is.vbi magis communem dicit Alex.nu.7. Sed vbi dubitatur, cuius ſit cõtemplatione inſtitutus: potiùs ſua quàm patris cenſendus eſt inſtitutus. Eſt etiam communis docto. teſte Iaſ.in.l. qui in aliena. §. interdum.ff. de acq.hær.per gl. iunctam tex. in.l.auus neptis. ff.de iur.dot.verb.habuiſſet. vide Fort.Garſ.in.d. l.Gallus.§.quidam rectè.nu.45.& Alexã.in.d.§. quid ſi is.nu.7.&.8. Extenditur etiam ad ſpurios nepotes ex clericis. communis Alex. qui in omnibus cum patribus eodem iure cenſentur. vide Alexan.vbi ſuprà.nu.8. Couar.in tract. de matrimo. par.2.c.8.§.5.nu.17.& Cifuent.cum Pala. Rub. in l.9. Tauri.& Nicol.de Vbal.vbi ſuprà.col.4. Bartho.Soci.conſi.161.volu.2.nu.2. Reſtat videre, an huiuſmodi ſpurij matri ſuæ ſuccedãt? Et quidem de iure communi etiam cum legitimis ſuccedunt ab inteſtato matri. §.nouiſsimè. Inſtitu. de Senatuſconſul.Orfici.l.hac parte.&.l.ſi ſpurius. ff.vnde cog.l.11.titu.13.part.6.l.ſi ſuſpecta. §. de inofficioſo teſtamento.ff.de inoffic.teſtam.communis Barto.Bald.& Salice.in dict.l.ſi qua illuſtris. Matheſi.vbi ſuprà.arti.primo.memb.2.num.2.Ang. in dict.§.nouiſsimè.Roderi. Xuarez in.l.1.titu.6. pagina.5.fol.98.verſi.Hæc de ſucceſsione maſculorum. Hæc autem quæſtio extendi poteſt. Primò ſpurium præteritũ à matre etiam habere querelam inofficioſi.dict.§.de inofficioſo. idque etiã ſi expreſsè eum exhæredet ſine cauſa. Xuarez vbi ſuprà. Secundò ſucceſſurum auo & aſcendẽtibus matris. Matheſ.vbi ſuprà. Reſtringĩt tamen quando mater eſt illuſtris, vt dictum eſt ſuprà, etiam in filio naturali. Doctores in dict.l.ſi qua illuſtris. Et is eſt caſus, in quo filio nocet matris nobilitas. vide Barthol. Chaſſanæ. vbi ſuprà part. 7. conſidera.3.verſi.7. quid in filijs presbyterorum an ſuccedant matri dixi in.l.ſecunda.titul.15.libr.8.infra.

¶Huiuſmodi autem ſpurij legitimari nõ poſſunt à Comite Palatino ex facultate ſimplici legitimãdi, vt doctores communiter docent in capi.fin.de fil.presbyt. Intellige tamen ſi ſint illuſtrium perſonarum, nõ aliàs. At verò quomodo ſpurius poteſt naſci ex damnato coitu, etiam de huiuſmodi dicendum eſt. Volebat Angel.in dict. §. nouiſsimè. tunc naſci ex damnabili coitu, quãdo ex coniugato & ſoluta naſceretur. Sed fallitur, etiã ſi ijs pœna imponatur. vt etiam in.l. ſecunda. titul.15. libr.8.&.l.81. Tauri. Nam is tantùm ex damnabili coitu naſcitur, quando mater poterat plecti capite. l. Gracchus. C. de adulte. Eſt communis Matheſi. vbi ſuprà. Socin. conſi.148. volu.1. Xua. vbi ſuprà fol.98. Bald.& Sali.in dict.l. ſi qua illuſtris. Vide Cifuent.in.l.9. Tauri.nu.2. Damnatus coitus quis dicatur, tractat Couarru. de matri.2. part. §.quinto. num.15.l.9. Tauri. ¶Spurius igitur ex damnabili coitu matri non ſuccedit glo. d.§. nouiſsimè.verb.admitti & glo.2.d.§.de inofficioſo. gloſ.in authen.ex complexu. verb. indigni.gloſ. verb.cum legitimis.in.d.l.ſi qua illuſtris. text.in authen.quib.mod.nat.effi.ſui. Eſt communis Socin.conſil.148. volumine primo.numer. primo. Xuarez in dicta.l.prima.fol.98.Matheſil. vbi ſuprà.Bald.& Salicet.in dicta.l. ſi qua illuſtris. Verum eſt tamen ſi coitus ſit damnabilis ex parte tantum patris, non autem matris, vt cùm vi fuerit oppreſſa, eum matri ſucceſſurum. Baldus in.l. eam quam.C.de fideicommiſſ.numer.21.Xuarez vbi ſuprà. Sed hæc de iure regio aliter ſe habent: nam ſpurius cum alijs legitimis filijs non ſuccedit: vt nec naturalis, poteſt tamen ijs quinta relinqui. Vbi verò non ſunt legitimi, plebeiæ matri ſuccedit ordine ſuo. Illuſtri ſpurius non ſuccedit vt naturalis. Tamen illud notato quo ad legem nonam Tauri. vbicunque ſpurius matri ſuccedit, eum auo, proauo, & auiæ, & proauiæ cum cæteris aſcendentibus matris ſucceſſurũ: nam. d.l. tantùm à

tùm à succesione expellit, vbi legitimi extant. ¶Quinta regula sit de filijs clericorum, qui manseres vocantur, glos. capit. nisi cùm pridem. verb. manseres. de renunt. non autem incestuosi. vt volebat glo. l. 2. verb. filij. C. de episcopis & cler. quæ communiter reprobatur à Bald. in capit. in præsentia. nume. 35. de probat. Manseres ergo clerico non succedunt nec ex testamento, nec ab intestato. glo. in authen. quib. mo. nat. effi. sui. colum. fina. versic. vltima siquidem. verb. participium. colum. 7. Bald. & Salic. in. l. secunda. C. de episcopis & cleri. Xuarez vbi supra colum. penul. l. 22. tit. 3. libr. 1. ordi. suprà. & l. secunda. titu. 3. libr. isto. 5. & l. 9. Tauri. Hactenus de descendẽtibus actum est: nunc verò subdam de succesione ascendentium, & sit prima regula. ¶Regula prima inter ascendentes incestuosos ab omni succesione excludit, & ècontra. l. si quis incesti. C. de incest. nup. Consule ibidem Bald. num. 3. authe. ex complexu. eod. titul. ¶Regula secunda. Parentes legitimi & naturales succedunt filijs in suas legitimas. gloss. verb. titulo. in authent. Nouissima. C. de inoffic. testamen. idque adeò, vt si exhæredentur, possint que relam intentare contra testamentũ inofficiosum, & præteriti dicunt nullum. l. 6. Tauri. vbi in tertio grauare permittit. vide Mathesil. in de successionibus ab intest. arti. secundo. in princ. sed dict. l. 6. imponit modum. l. prim. tit. 6. libr. tertio. for. Nam hæc permittebat ei, qui filijs carebat, cui voluisset, sua relinquere &c. ¶Parentes legitimi & naturales olim ante ius authent. ita succedebant ab intestato, vt pater matrem excluderet. l. secunda. §. obijcitur matri. colum. 3. ff. ad Tertul. l. 2. C. eod. text. & glo. in. §. præferuntur. Insti. eod. Tamen hodie ex æquo succedũt cum fratribus vterque parens. authen. defuncto. C. ad Tertull. atque adeò hi omnes pariter, tamen per stirpes succedũt parentes, fratres vtrinque coniuncti, & filij fratris præmortui si sint. in authenti. Vt fratrum filij. in princ. & in authen. de hæredi. ab intesta. veni. §. si igitur defunctus. versi. Vnde consequens est. col. 9. l. 4. titu. 13. part. 6. l. 10. titu. 6. lib. 3. for. Mathesi. vbi suprà. Guillel. Bened. vbi suprà. verb. Et vxorem nomine. num. 638. Id autem velim intelligas, etiam si pater filium emanciparit. De fiducia contracta non est hic curandum. l. 2. C. ad Tertul. Doctores in dict. authen. defuncto. Illud etiam notã dum est eos vocari, qui sanguine iuncti sunt, salua gradus prærogatiua, vt in dict. authen. Est videre, nam proximus quisque præferri debet: nam matre extante, auus paternus etiam non succedet, vtcunq; filium repræsentet. glo. 3. in dict. authen. defuncto. vbi etiam. 4. glos. inter auos ita vult distribui, vt si ex altero gradu supersint auus & auia & ex altero tantum auus vel auia, illi duo capient non amplius, quàm alter eorum. Superior autem est communis opinio Bald. & Sali. in. d. authen. defuncto. Mathesil. vbi suprà. arti. 2. in prin. Xuarez in. l. 4. tit. 13. part. 3. Hic non est, cur dicamus secundùm naturam fieri, vt descendentes, ascendentes repræsentent, & ideò liberos patruis præferri, aut saltim æquari. Quod tamen in nepote cessat, scilicet, vt auum repræsentet ad matrem excludendam, nam foret contra naturam, vt viuacior auus suo nepote esset cursu naturali. Salicet. in dict. authenti. defuncto. colum. prima. tamen l. 7. Tauri. corrigit dict. authenti. defuncto. & authenti. vt fratrum filij. colum. nona. Illud tamen notatu dignum est, præmortui filij bona ex æquo diuidi inter ascendentes, vt suprà, si tamen sint filij marte quæsita. Nam ea, quæ ab altera linea constaret eum accepisse, vtique alterius lineæ ascendentes non caperent. l. quod scitis. §. finautem. C. de bon. quæ libe. vbi vide Bart. & Paul. & Bart. in l. post dotem. ff. solut. matrimo. & Ias. ibi colum. fina. & Bartol. in authenti. Itaque. C. communia de succes. & consi. 18. Lud. Roma. consil. 40. Abb. consil. 75. volu. 1. Est communis Alexand. consil. 150. volu. 2. & Mathesi. vbi suprà art. secundo. nu. 18. & Bald. nouel. in de dote. part. vltima. quæstione. 14. Est etiam communis Antonio Rubeo consi. 79. Communiorem esse refert Gregor. Lopez in. l. quarta. tit. 13. part. 6. Cifuent. in. l. 10. Tauri nume. 11. Guillel. Bened. vbi supra. nu. 636. Barthol. Chassanæ. in consuetu. Burgund. rub. 7. §. 6. num. 8. Facit. l. de emancipatis. verb. exceptis. C. de legit. hæred. Quam quidem cõclusionem etiã ad nepotes Barto. & communis extendit. l. 10. tit. 6. libr. 3. for. Sed quòd hæc communis violet literam. d. l. quod scitis. Bald. tenet contra Bart. & negat distinctionem faciendam in dict. authenti. de functo. nume. 4. Imò quòd æqualiter debeant venire aui, seu parentes ad bona filij non facta distinctione vnde ei euenerunt. Ioan. Lup. in dict. l. sexta. nume. 19. & ibi optimè Antoni. Gomez in legibus Tauri. Couarruuias de succesio. ab intesta. conclusi. secunda. Et dicit communem Greg. Lopez in dicta. l. quarta. verbo. *Egualmente*. Philipp. Corneus consil. 6. & 7. volumine. primo. & 94. volumi. 3. & 265. volumi. 4. & Salicet. in authenti. Itaque. C. communia. de succes. & Cuman. consi. 122. Ait communem Bald. in consil. 31. volumi. 2. cum quo facit. l. quarta. titul. 13. part. 6. ibi, *Todos los bienes*. & l. sexta. Tauri. Tamen dicito in his regnis, & in quibus similis est, cum Bald. sentiendum, & iudicandum, in alijs cum Barto. Cuius tamen opinionem aiunt Barthol. Socin. consil. 89. volumi. 2. & Aymon Crauet. consil. 176. de iure communi cessare, vbi fratres ab intestato morientis cum patre succedunt: nullam si quidem tunc

fieri distinctionem. Sed vbi alter parentum priuatur succedendi iure, tota hæreditas ad alterum defertur, vt cùm mater transit ad secũdas nuptias, in alterum tutela non translata. l. omnem. C. ad Tertul. vel cùm intra annum filio impuberi tutorem non petijt. l. sciant qui. C. de legit. hæred. l. matres. C. ad Tertullianum. §. fin. Instit. eod. Sed id ampliationes suas & restitutiones admittit, vt testatur Ioan. Bernar. Diaz in regul. verb. mater. vide Cifuent. in. l. sexta. Tauri. & in. l. 10. nume. 6. Mathesil. vbi suprà. arti. 2. membr. 1. num. 18. Guilielm. Benedict. vbi suprà. num. 644. Illud etiam addendum est, vbi mulier transit ad secundas nuptias non postulato tutore suo impuberi, bona secundi mariti tacitè pupillo obligari. l. si mater. C. in quib. cau. pign. tac. contra Guillel. Benedi. vbi suprà nume. 643. Anto. Fanens. in de pignoribus. 2. memb. quartæ partis principalis. Vide tex. Bal. & Guillel. in dict. cap. Rainutius. Fanensem in. 4. memb. 2. partis. nume. 156. Notat & Hippolyt. in sing. 248. Huic si correlatiuè procedit, limitatur titulus. C. ne vxor pro mar. Tamen vide Cifuen. in dict. l. sexta. & Ioan. de Neuiza. in sylua nuptia. fol. 67. Tu tamen interim fac huiusmodi conclusiones, quarum sit prima. Mater, si vnicum filium habeat, ei decedenti ab intestato (si aliàs indignã se non fecit) succedit pleno iure. l. fœminæ. §. illud. versi. Quòd si. C. de secund. nupt. Mathes. vbi suprà. Licèt gloss. fina. in authen. ex testamen. C. de secund. nupt. velit contrà. quam reprobat Guilielm. Bened. in dict. cap. Rainutius. verb. Et vxorem nomine. nume. 646. ¶ Secunda. Mater conuolans ad secunda vota petito tutore filio, ei succedit in bona à filio quæsita pleno iure. Bart. in. l. generaliter. C. de secundis nupt. per authenti. de non eligen. secũdò nuben. mul. §. cùm igitur. vbi gloss. verb. firmè & Angel. vide Mathesil. vbi suprà. nume. 20. & Guillel. Benedict. vbi suprà. numer. 644. & 449. vbi ait hanc communem.

¶ Tertia. Mater plures habens filios, eis petito tutore, transiens ad secunda vota, vni, vel alteri ex illis decedentibus ab intestato succedit in bona à patre habita, ita, vt tantùm vsumfructum habeat, & superstitibus fratribus proprietatẽ reseruet. d. l. fœminæ. l. hac edictali. & l. generaliter. C. de secundis nupt. Quod quidem custodiendum est, etiam in patre & auis tam paterno, quàm materno. l. 15. Tauri. Id autem fit, quòd videatur fratribus superstitibus ex primo matrimonio iniuria facta. Verum tamen est, si aliquis ex fratribus superstitibus, vel omnes eam aduersum mortuũ ingratitudinem cõmiserint, vt posset frater eos etiã persona turpi instituta exhęredes facere, ea bona, in quibus mater vsumfructũ habet, perdere quo ad dominium huiusmodi fratres ingratos. argum. §. ingratitudinem. in authen. de nup. colum. 4. ante finem. vbi est gloss. verb. lucrum. & Ang. Nam causa, quæ fratrem exhæredem facere permittit, repellit eundem ab intestato. Sequitur Ias. in authenti. licet. C. de liber. præterit. vel exhære. nume. 11. & in authen. Ex causa. colum. 3. C. eod. Sequitur Guillelm. Benedict. vbi suprà. nume. 646. eam comprobat. l. 12. titul. 7. part. 6. Vide Couar. in cap. Rainutius. nume. 7. de testam. vbi num. 8. ingratitudinis causas persequitur latè, & doctè satis. Bart. tamen in. l. fratres. nu. 6. C. de inoffic. testamen. negat id, quod proximè dicebamus, scilicet, fratrem repelli ab intestato per. l. cognatis. ff. vnde cogna. vbi respondet ad. l. fina. C. de secun. nup. quæ videtur contrà facere, & ait illis fratrem repelli à iure, quod hæreditario iure ei competebat. Item respondet ad. l. cùm patronum. ff. de iure patro. & ait faciliùs tolli iura patronatus, quàm sanguinis. l. penul. de bon. libe. cum. l. iura sanguinis. ff. de regul. iur. Sequitur Bartolum, Angelus sibi contrarius in. l. prima. in fine. C. de inoffic. testamen. & Socin. in. l. tertia. §. filius autem. ff. de liberis & posthu. Ias. etiã sibi contrarius in. l. in arenam. num. 1. C. de inoffic. testam. Guillel. Bened. vbi suprà. verb. in eodem testamento. 2. nume. 26. Franc. Curt. Iunior in authen. Non licet. num. 18. C. de liber. præter. vel exhæred. Chassanæ. in consuetu. Burgun. rub. 7. §. secundo. versi. fina. nu. 13. Tamen si bene rem perpendas, non sunt inter se cõtrarij, sed diuersi. Et ideò dicas oportet. Primò, Causa, quæ fratrem exhæredatum turpi persona instituta ex testamento repelleret, sufficiens est ad repellendum eum ab intestato. Et ita superior opinio est accipiẽda. ¶ Secundò. Causa, quæ sufficiet ad excludendum filium exhæredatum à successione paterna, non sufficit ad excludendũ eundem ab intestato, & ità posterior opinio venit intelligenda. Et sic etiam intellige. l. in arenam. C. de inoffic. testam. & authen. non licet. C. de libe. præter. vel exhære. In feudum filiorum ascendentes non succedunt. cap. 1. de natura succe. feu. Feli. in cap. ecclesia. colum. 17. de consti. ¶ Tertia conclusio. Pater filio naturali ab intestato in duas vncias, ex testamento in id, quod filius poterat, succedit in authẽ. quib. mod. nat. effi. sui. col. penul. versi. In quibus enim casibus. Mathesi. vbi suprà. art. secundo. memb. 2. num. 6. & Guillel. Benedi. vbi supra. verb. & vxorem. nu. 703. per regulam à Bart. positam in. l. fi. nu. 5. ff. de his quib. vt indig. Quo fit, vt successio huiusmodi ab intestato sit reciproca. Doct. Couar. in tract. de succes. ab intest. conclusi. 12. num. 13. & conclusi. 13. Sed nota, quòd vbi pater in duas vncias successit, quæ tamen ei ad alimenta non sufficiũt, põt ab hæredibus alimentorum reliquũ petere, cum ea hinc inde sint debita. Do-

ta.Doctor.in.c.cũ haberet. de eo qui dux.in matri.quã poll.per adult. Vide Barth.Soci.in consi. 148.volu.1. Ex regula Bartoli potest inferri,patrẽ filio naturali non successurum ab intestato, quando postquam eum suscepit, duxit vxorem, & ex ea habuit suos legitimos. Nam cùm filius ei succedere non possit,nec è conuerso.Guil.Benedi. vbi suprà num.704.& Mathesi.art.secundo.memb. 2.nu.6.Arg.authen.licet.C.de natur.libe.

¶Quarta regula. Spurio filio pater non succedit, etiam si sit ex non damnabili coitu, ab intestato, cùm nec ei succedat vt suprà.& authent. Incestas. C.de incest.nupt.Mathesi.vbi suprà nume.9. Facit meliùs.l. hac parte.l. si spurius. ff. vnde cogn. Cisuen.in.l.10.Taur. Quod quidem adeò verum est,vt pater filium huiusmodi adoptare nequeat, nec legitimare.Ang.§.penul.num.8.Insti. de succes.cog.per glo.dict.l.hac parte.verb.nascuntur. successionis gratia.Ita tenet Ludo.Roma.in sing. 621.per.l.legem.C.de natu.lib. ¶Quinta regula. Mater filio suo vel naturali, vel spurio, dum tamen descendentes absint, ab intestato succedit, excluso patre.d.l. hac parte. &.l. si spurius. Facit etiam.§.vulgus.Instit.de succes.cogna. Mathesil. vbi suprà nu.2.Cisuent. vbi suprà. & etiam Guil. Bened.num.704.Id autem etiam esse verum volunt doctores,cùm mater Illustris:quo casu Barto li regula frangitur. Nam filij huiusmodi matri nõ succedunt, etiam si non esset damnabilis coitus, quicquid teneant Ange.nume.7.Porcius.2. in.§. nouissimè.Instit.de.S.consult.Orficia.Ex quo infertur bene in.l.9.Taur.etiam spurijs filijs matres succedere,cùm sit æquius eas admitti, quàm transuersales. ¶Sexta regula. Adoptiuus pater,in cuius potestatem adoptatus non transijt,ab intestato non succedit.Dyn.in de succes.ab intesta.Mathesi.vbi supra.art.secundo.memb.3.& ibi Ludouii.Bologn.in additio. vbi citat. §. quendam. qui tamen non extat. Id etiam Mathesil.extendit ad fœminas,cùm tamen non adoptent principis autoritate.Sunt qui velint adoptantem vnà cum patre naturali ab intestato succedere: tamen nisi in castrensibus,vel quasi non videtur fieri posse.Verùm est adoptantem succedere posse, si is sit, qui in potestate adoptatum habeat, vt si sit vnus ex ascendentibus.Mathesil. & Guil.vbi suprà.per.l. cùm in adoptiuis.§.si verò.C.de adopt.Vnde nulla est dubij ratio,cùm pater arrogauit filium,nam arrogatione semper acquiritur patria potestas, & ita ab intestato succedit arrogator. §. mortuo. Instit.de acquisi. per arroga.& glos.verb. venturi.§. cùm autem.Instit.de adopt. Et pro posita regula Bartol.de correlatiua successione facit tex.l. si arrogator.ff. de adopt. vbi & in alijs locis doctores distinguunt,an succedatur puberi,an ei, qui testamentum cõdere possit. Nam in illo casu est opus fiducia.Tamen consule Mathesil. & Guillel. vbi supra. ¶Septima regula. Pater spiritualis, id est, susceptor ex sacro fonte, non succedit filio spirituali,cùm is illi non succedat. Mathesi.vbi supra. ¶Octaua regula.Legitimato vel oblatione curię, vel Principis rescripto.vt in.l.communium.§.primo.C.de nat.libe.vel restitutione natalium, succedit pater,si tamen alij filij non extent. Doctor. vbi suprà.De legitimato per subsequẽs matrimonium,non est quid dicam, cùm in omnibus similis sit alijs legitimis, vt suprà habitum est.

Hactenus de ascendentium & descendentium linea pertractatum est, modò in hac vltima parte restat nobis, vt de transuersalium successione tractemus. ¶In primis tamen scito vocari agnatos ad decimum vsque gradum, suo tamen ordine, vt proximiores præferantur. Non item de cognatis videtur dicendum,quo ad gradus.vt glos. magna. in princip.in.l.fin.C.vnde legit.& glos.fin. §.fin. Insti.de succes.cognat. cum quibus facit authent. de hæredi.ab intesta.ven.§. si igitur defunctus.2. cum.§§.duobus sequen.&.l.quinta.tit. 13. part.6. vbi tamen corruptè legitur,dozeno,pro.dezeno. &.l.12.titu.6.lib.3.for.Est communis Mathes.vbi suprà artic.3.memb.1.nu.3.Deci.consi.85.& Suar. in.l.quoniam in prioribus.limita.11. ad.l.fori.C. de inofficio.testamen.¶Verum est tamen etiam in millesimo gradu computari successionem,quoties agitur de succedendo in dignitatem aliquam, vt Comitatum,Ducatum &c.Bald.in capitu.primo.§.Capitanei.de feudo Marchiæ.vbi etiam tenet idem Iaco.Aluarot.& Matthæ.de Afflict.Est communis Decio consil.85.Hippoly. singu.422. Xuar.in dicta limita.11.colum.penul. Sit igitur regula. ¶Prima. Proximior in linea transuersali & gradu,& consanguinitate excludit remotiores,vt cùm non sunt in eodem gradu,vel si sint, tantum ab altero latere coniuncti. authen. Vt fratrum filij. in princip. & authenti. Cessante. & authenti. Post fratres.1.&.2.C.de legit.hære.glo. fin.in authenti.Itaque.C.communia de succes. l. quinta.titu.13.part.6.&.l.12.titu.6.libr.3.for.Guillel.Benedict.vbi supra.nu.659. Mathesil.& Bolog.vbi supra.arti.tertio.memb.1.colum.prima. Tamen regula superior procedit inter fratres ipsos, & fratrum filios.gloss.secunda.in authen. Post fratres. 1.& ibi Paul.Castr.& authenti.Cessante. C.de legit.hæred. Vide Bartol. in.l. post consanguineos. §.legitima hæreditas.ff. de legit.hæredi. & Chassanæ.in consuetud.Burgund.rubri.7.§.n. nume.6. Vide.l.quintã.titu.13.part.6.& Cisuent. in.l.octaua. Tau.nu.6.Illud tamen non est omittendũ, receptissimam omnium esse sententiam ad successionem gradus computari, secundùm ius ciuile,

non canonicum, teſte Deci. conſi. 85. nu. 3. & Matheſi. vbi ſuprà artic. 3. in princip. num. 3. ¶ Modò autem dic, quòd vbi fratres præmortui concurrũt cum nepotibus (*sobrinos*) id eſt, alterius præmortui fratris filijs, ſuccedetur in ſtirpes, ita vt quantum ſinguli fratres capient, tantum & omnes filij ſimul illius præmortui fratris. text. in authen. vt fratrum filij. in princi. verſic. Hoc itaque. nam omnes illi vnam præmortui perſonam repræſentant. l. 8. Tau. Couar. in de ſucceſsi. ab inteſt. concluſione. 8. Illud etiam in præſentia inſpectiõe dignum, quando ſunt fratres, & cõſanguinei, & vterini, licèt in bona parte præmortui labore, & induſtria ex æquo ſuccedant, non tamen in reliquis: nam eſt habenda ratio, quæ bona ei præuenerint ex parte & contemplatione matris, & ex alijs, & ita diuerſimodè ſuccedetur. iuxta gl. verb. filij. in authen. Poſt fratres. 1. & doctor. C. de legit. hæredi. & text. l. de emancipatis. §. primo. verſic. exceptis. C. eod. l. 6. titu. 13. part. 6. Bona vero conſideranda ſunt in hac ſpecie, non quatenus à tranſuerſalibus matris proueniunt, niſi quatenus ab ipſa matre, vel ab eius aſcendẽtibus. Nam quæ à tranſuerſalibus venere, ex æquo cum alijs forent diuidenda. Et ita limitat. d. verſ. Exceptis. Matheſi. & Bologn. vbi ſuprà. nume. 665. ¶ Secunda regula. Patruus, & auunculus ab inteſtato ſuccedunt nepotibus ſuis ita, vt excludat conſobrinos, & patrueles defunctorum. l. auunculo. C. communia de ſucceſ. & ibi Bald. Salicet. & Corn. quæ lex incorrecta manet. Bald. conſi. 131. volu. 4. Alexand. conſil. 166. volu. 5. Nicol. Boeri. deciſi. 302. & cõſil. 32. num. 4. dicit communem Rube. conſil. 102. Couar. de ſucceſſ. ab inteſta. num. 9. ¶ Tertia regula. Vbi plures conſobrini ex diuerſis fratribus ſucceſſuri ſunt, ſuo conſobrino in ſtirpes magis placet ſuccedere, quàm in capita. In hanc procliuior videtur ſententia Tiraquel. in de vtroq; retract. tit. primo. §. 11. gl. 12. Prius tamen relatis tantùm non diuerſis ſententijs grauiſsimorum doctorum, ſed & communibus opinionibus conſulendum cenſeo: & notandam Accurſij varietatem modò hãc, modò illam opinionem aſſerentis. gloſ. verb. Superſtites. §. hoc etiam. Inſtit. de legi. agna. ſucceſſ. gloſſ. verb. in tres partes. l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis & legit. hær. à quibus eſt diſcedendum, & tenendum cum gloſſ. in authent. Ceſſante. verb. in ſtirpes. C. de legit. hær. gloſſ. fin. in. l. lege. C. eod. gl. verb. vt puta. & verb. vendicationem. l. prima. §. fina. ff. ſi pars hæred. pet. & gloſſ. verb. fuerint. in authen. de hære. ab inteſta. veni. §. ſi igitur defunctus. 1. verſ. ſi autem. Et hæc eſt communis magis, & tenenda ex relatis à Tiraquel. Adde ijs. l. 5. titu. 13. part. 6. & l. 12. titu. ſexto. lib. tertio. for. Cifuen. in. l. octaua. Tauri. & Petr. Ferra. in forma libelli, quo agitur per hæredes ab inteſtato. verbo. nulli. colum. 14. Ex ſuperiori communi elicitur etiam, quòd ſi plures patrui ſuccedant ab inteſtato, & cõcurrant cum vno auunculo, ſuccedetur eodẽ modo. Doct. in dict. l. auunculo. Matheſil. vbi ſuprà. artic. 3. nume. 30. & ibi Bologni. ¶ Quarta regula. Spurio nato ex damnabili coitu trãſuerſales eius nec ex parte patris, nec ex parte matris ſuccedũt, cùm is illis non ſuccedat. argumen. authen. Ex cõplexu. C. de inceſt. nupt. Matheſi. vbi ſuprà. artic. tertio. membr. 2. nume. tertio. & Guillel. Benedi. vbi ſuprà. verb. & vxorem. nume. 709. Tamen ſi natus ſit ex coitu non damnabili, tranſuerſales ex parte patris ei non ſuccedent, ſed tantum ex parte matris ab inteſtato. l. hac parte. l. ſi ſpurius. ff. vnde cogn. §. nouiſsimè. Inſti. de ſucceſ. cogn. Matheſil. vbi ſuprà. nume. 4. & Guillel. numer. 704. Quod quidem adeò verum eſt, vt, etiam ſi ſint fratres tres ex diuerſis concubinis, ſibi inuicem non ſuccedant ab inteſtato. gloſſ. fin. dict. l. hac parte. Vide Matheſ. & Guillel. vbi ſuprà. Concluſio, & regula ſuperior limitatur, quando ſpurij forẽt ex libero, & ſeruo, vel contrà, vel ex duobus ſeruis (quo caſu ſunt ſpurij ſeruorum melioris conditionis) Inſtit. de ſeruil. cogn. verſicu. Hos enim liberos. Quod tamen vt debeat intelligi, vide vbi ſuprà Matheſil. & Ludoui. Bologn. nume. 8. & Guillel. Benedi. Id autem fit, quòd de iure ciuili ſerua domino ſuo non audebat nubere &c. Vide etiam Nicol. de Vbal. de ſucceſſ. ab inteſta. part. 3. num. octauo. qui tamen numer. 9. eſt reprobandus ex ijs, quæ Guillel. ſuprà. Id autem, quod de ſpurijs diximus, ijdem Matheſ. Guillelm. Bologn. & Vbald. volunt habere locum etiam ſi ſpurij ſint fœminæ illuſtris, cùm iure digeſtorum non eſſet differentia inter filios ſpurios illuſtris, & plebeiæ: ſed dict. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfici. vetuit, ne illuſtri ſpurius ſuccederet, & è cõuerſo: ſed in tranſuerſalibus nihil eſt immutatum, vnde tranſuerſales inter ſe poſſunt ſuccedere. Ita doctor. ſuprà citati. Ex quo intelligitur. l. nona. Tauri. ¶ Quinta regula. Adoptiuis non tranſeuntibus in poteſtatem adoptantis, eorum tranſuerſales nunquã ſuccedunt ab inteſtato, vt nec hi illis. l. cùm in adoptiuis. §. ſed ne articulum. verſicu. Et ideo. C. de adopti. Guillel. vbi ſuprà. nume. 710. Si tamen in patris poteſtatem tranſijt, & ſuccedit is, & ei ſuccedi tur ab inteſtato. Doctor. in. l. qui per adoptionẽ. ff. de adopt. Guillelm. dict. nume. 710. ¶ Sexta regula. Legitimato plenè per reſcriptum Principis ab inteſtato ſucceditur à ſuis tranſuerſalibus, & is illis ſuccedit. Ludoui. Bologni. in addi. ad Matheſil. in artic. tertio. membr. 3. l. 12. Tauri.

Quæ autem ſuprà dicta ſunt, ceſſant, quando ex tranſuerſalibus aliquis eſt incapax ſucceſsionis:

nis: nam tunc eo prætermisso, cæteri admittuntur, acsi non essent, cùm ipse non possit capere, vt putà, cum est factus seruus pœnæ, vel in metallum dãnatus. l. quidam sunt. ff. de pœnis. vel cùm patitur mediam, vel maximam capitis diminutionem. §. quod autem. Instit. de capit. dimi. vel cùm ipse commisit, vel eius frater crimen læsæ maiestatis. l. quisquis. 1. C. ad legem Iuliam maiesta. vel cũ in hæresim incidit, vel defensor hæretici fuit. cap. prohibemus. §. credentes. de hæreti. vel si fiat monachus, maximè Franciscanus vt in cap. exijt. §. ad hæc cùm fratres. colum. 5. de verb. signifi. lib. 6. & in clemen. Exiuit de paradiso. eod. tit. Quod quidem in monacho adeò verum est, vt etiam si fiat Episcopus, à successione repellatur. Ita docet Vbald. in de succes. ab intest. quæst. 1. De alijs in capacibus idem Vbald. Vbi tamen nulli sunt ascẽdentes, vel transuersales, succedunt aliæ regulæ ad modum breues. ¶ Prima regula. Si coniuges sint, alter alteri succedit. vt in titu. C. vnde vir & vxor. & l. 6. titul. 13. part. 6. ¶ Secunda. Vbi non est vir, nec vxor vt inuicem succedant, fiscus capit ea bona tanquam vacantia. l. 1. & l. vacantia. C. de bon. vacan. libr. 10. & d. l. 6. Fran. Lucas de Parma in de fisco & eius priuilegijs. & Guillel. Benedi. vbi suprà num. 799. Vnde est reprobanda gloss. 1. l. quo tutela. ff. de regul. iur. quæ volebat tutorem datiuum, vel testamentarium, vbi nullus foret, admitti. Reprobant eam ibi Bartol. Alberi. de Rosat. & Philip. Corn. in. l. nutritoribus. C. communia de succes. vtcunque eam sequatur Bald. in. l. si qua illustris. C. ad Orfici. & Bart. sibi contrarius in. d. l. nutritoribus. C. supra citat. communia. de succes. ¶ Tertia regula. Furioso succedit, qui eius curam agit, cùm qui poterant succedere, se indignos successione sua negligentia faciunt. argu. l. si captiui. C. de episcopis & cleric. ¶ Quarta regula. Monacho statim dum professionem facit, ab intestato succedit monasterium, tanquam filius. vt in authen. Si qua mulier. C. de sacrosan. eccles. De his consule doctores in locis suprà citatis. ¶ Quinta regula. Clericis ab intestato in bonis patrimonialibus succeditur à suis, vt suprà in laicis. Tamen, si non habet cognatos, ecclesia. glo. c. cùm tibi. de verb. signifi. Quæ etiam regula in sanctimonialibus priuatis seruari posset. tex. & gl. c. fin. 12. quæstio. fina. Consule doctores ibidem. & in capit. ad hæc. & cap. relatum. de testamen. dixi suprà lib. 1. titu. 3. in. l. prima. colum. 115.

Dubium insigne censeri solet, Vtrùm vsusfructus cesset per religiõis ingressum, quem facit vsufructuarius? Gloss. in authen. Idem est. verb. ex lege. C. de bonis, quæ libe. & gl. in authen. Ingressi. C. de sacrosanct. eccle. quam approbant Cyn. Alber. Barto. num. 42. & num. 49. & Areti. Rosellus ibi in repet. nume. 18. id dicens tenendum fauore religionis. Et ita Baldus, Paul. Raphael, & Corne. in authenti. Idem est. suprà citata. dicunt vsumfructum manere penes monachum viuente vsufructuario, siue sit pater, siue quiuis alius. & sic nõ redit ad proprietatem per monachationem. Pater enim, vel quilibet alius licet monachus naturaliter viuit, & sic perdurat vsusfructus, monasterio autem quatenus capax est, omnia deferũtur, quæ monachus habebat. dict. authen. Ingressi. C. de sacrosan. eccle. Et fratres habẽt gubernatores, & ministros, qui eorum industria proprietatem diligẽtiori cura, prout præsumitur ex eorum sanctimonia, & diligentia, quam maiorem habent, quàm laici, custodient. Nec potest induci in argumentũ contrarium illa communis per cap. cùm simus. de regul. quæ habet, patre ingresso religionem, & professo, statim legitimam ei adiudicandam fore filijs, cùm non sit perpetuum. vt in glo. 1. istius legis. 1. versic. Dubitatur præterea vtrùm filius possit petere legitimam à patre mortuo ciuiliter. Nec si verum foret, esset accipienda consequentia ad vsumfructum, de quo est nostra quæstio. Nec sua deri potest oppositum huius decisionis ex eo, ꝙ in patre cessat patria potestas, cuius occasione ei assignatur vsusfructus: nam dico, quòd hæc iura non amittit, cùm imò duplicentur per monachationem, addendo paternitatem spiritualem paternitati temporali & naturali. Nec iura fauorabilia cessant per ingressum religionis, dummodo ex vi regulæ compati possint, & monasterium, vt dixi, geret negotia per suos Syndicos, & administratores, ad quæ pater legitimus administrator teneretur, si existeret in seculo, & fortè diligentiùs ea bona tuebitur. Hanc conclusionem tenet, & communem fatetur Panormit. in capit. cùm constet. colum. secunda. nume. secundo. de pigno. Idem facit subtilis & dignissimus magister iubilatus meritissimè in hac Salmanticensi vniuersitate, omniũ terrarum orbe, sine iniuria communi consensu præstantissima Doctor Antonius Gomez in. l. 48. nume. octauo. in ordinatio. Tauri. vbi plures hanc communem veritatem tuentes adfert. Speculat. de statu monach. §. primo. versic. 46. Guid. Papæ decisio. 477. nume. quarto. & decisio. 595. vbi refert ita fuisse iudicatum. Et placet Augusti. Befoi. quinque fundamenta pro hac sententia adducenti in capit. in præsentia. numer. 529. de probationibus. post Philipp. Decium. numer. 66. vbi citant ad hoc Ioan. de Imol. in. l. cum filio. ff. de legat. primo. Et dicit communem Ioannes Crot. in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. nume. 30. ff. de liberis & posthumis. Alexand. consil. 139. colum. 2. num. 5. lib. 2. Et aliquos huius sententiæ homines citat Marian. Socin. consil. 10. numero. 20. libro. 1.

Et est verior secundum Deci. vbi suprà. Et quòd sit magis communis & verior nouissimè testatur Arius Pinel. in.l.prima. part. prima. numero. 51. C.de bonis mater.glos.in. capit.si qua mulier.in glos.1.ad fin.19.quæst.fina.& glos.fin.in.l.idem erit.§.si quis duobus.ff.de assignand.libertis. Cæpol.consil.22.colum.secunda versi.Item adduco. numer.4.

Et ista est tenenda, quanuis contrariam in patre profitente religionem dixerit communiter teneri Salice.in dict.authen.Idem est.colum.prim. Et Gregor.Lopezin.l.5.verb. *El usofructo*.titul.17. partit.4. Et magis communem Antoni. Gomez loco proximè citato,qui, vt dixi,ab ea recedit.& Salicet.in dict.authen.Ingressi.& ibi.Iaso.num. 48.colum.final.Riminald.in.§.1.num.128.Insti. Per quas personas nobis acqui.Hippoly.singula. 668.& Boeri.decis.197.colum.fina.num.10.id ex presse diffiniens.Couar.in capitul.secund. num. 8.de testamen.profitens hanc opinionem vltimã communem esse,ac ipse eam sequitur contra religionis fauorem,&(pace salua)non bene,quemadmodum ex præmissis in priori opinione constat, à qua in iudicando,& consulendo minimè recedẽdum fore existimamus.

Assiduè contingere solet, filium natum esse in octauo mense,moriq; post duos tresve dies, ideoque inter auum ex parte matris, & eius generum maritum filiæ præmortuæ est quæstio, vtrũ auus vel eius pater debeat succedere ab intestato? Quo casu respondendum est,talem filium natum in dicto mense toto non posse viuere,ac esse tanquam si natus non esset: & sic successio matris consideranda est,& nõ filij sic nati,qui nunquam habuit, nec habere potuit,paterque ipsius matris excluso marito ab intestato est admittendus. l. nam & si parentibus.ff.de inoffi.testam.l. 6. Tauri.

Confirmatur. Nam natus in octauo mense naturaliter viuere non potest, secundùm Michael. Scotum lib.physionomiæ.capitul.10. & alios plures,quos refert Matthæ. de Afflict. decis.236.vbi hanc conclusionem pro socero contra generum approbat.Et facit pro ea.l.13.in ordina.Taur.quatenus vult quod nascatur eo tempore,quo naturaliter viuere possit,non aliàs.Et ibi Hispanus Antoni.Gomez num.quart.idem sensit.

Sed est dubium casu,quo natus fuit,viuus,& vixit viginti quatuor horas,& tempore,quo secundùm naturam poterat viuere,nempe in septimo, nono,vel vndecimo mense iuxta formam dict.l. 13.Tauri.quo casu fuit hæres matri prædefunctæ, & maritus prætextu filij posteà mortuo successit in bonis maternis,an veniat tantùm ad bona nũc in esse deducta,vt in bonis dotalibus,arrhis,& huiusmodi, vel iure sibi translato debeat venire ad alia bona soceri socrusq; relicta ab intestato, vnà cum alijs leuiris,fratris suæ vxoris prædefunctæ, & patrui magni sui filij.cuius causa successit? Dixi,quòd solum præsentia,quæ tempore vxoris erant ipsius,venit filius,& eius maritus pater ad bona filij, eo autem filio defuncto in vita auorum, nihil repræsentat, quia non est in rerum natura, nec ei poterat esse successio in vita ipsorum, cum viuentis non detur hæreditas.l.qui superstitis.ff. de acquir.hæredi.Sed extincta est causa repræsentationis in descendentibus,& pater non sit socero successor ab intestato, ergo eo excluso tanquam si nunquam fuisset,veniet hæreditas ad legitimos successores ab intestato,secundum regulas traditas in hac materia,& in præsenti glos.suprà. ¶His etiam adijcitur, Pater assignauit legitimam filio suo, ac eam ei tradidit ante mortem: filius petit augmentum inspecto tempore mortis patris:cæteri fratres dicunt potiùs inspiciendum esse tempus assignationis,est quæstio, Vtrùm tempus assignationis viuẽte patre factæ,an mortis sit cõsiderandũ? Aduertendũ esse ad tẽpus assignationis, ea ratione iuuatur. Assignatio legitimæ eo tempore,hoc est,in vita fieri optimè potuit à patre,& si casus diminutionis contingeret,quia pater efficeretur pauper,prout sæpe contingere solet,nam ante obitum nemo felix,ipse filius nollet reddere,nec cõferre legitimam susceptam à patre cum fratribus,ergo nec eo casu debet venire ad augmẽtum contingens post assignationem : non enim ferendus est is,qui lucrum amplectitur, onus aũt ei annexum contemnit.l. vni. §. pro secundo.ad fin.C.de cadu.tollen.glo.in.capit. accedentes de præsc.¶Prætereà initium perfectum, in esseque deductum in actu est in consideratione,nec ex casu superuenienti reuocandus erit.l.si Gaudentius C.de cont.emp.Dixi in notabili quæstione in.l. 1.glos.1.versi.Nonò mouetur talis quæstio.titul. 6.libr.1.supra isto lib.ordin.regiarum. Sed actus assignationis legitimæ in specie proposita fuit huiusmodi,igitur pro hac parte.Prætereà quòd filius non possit agere ad supplementum legitimę receptæ à patre.Ita Iacob.Butriga.in.l. pactum.C.de colla.dicendo,quòd est attendendum ad tempus legitimæ datæ,nec vlteriùs curandum sit, si paternæ facultates accrescant,sicut nec si diminuerentur,quia non debet quis postulare, cuius contrarium non esset petiturus.l.si ea lege.C.de vsur.l. pen.C.de solu. Et hanc doctrinam pro eleganti refert & sequitur Bald.in.l.2.C.de reuoc.ijs quæ in fraud.credi.&in.l fin.3.colum. C.de vsuris rei iudi.& in authen.res quæ.C.communia delegat. versi. Quæro, statuto cauetur.Angel.in.l.si proponas.ff.de inoffi.testam.&in.l.stipulatio concepta.ff.de verb.oblig. Alexan.in.l. pacta. circa finem.

nem.C.de collationib.¶In oppositum est verior opinio,ac cõmunior, quòd in omni legitima semper attendatur tempus mortis parẽtis.l. cùm quæritur.verb.mortis tempore. C. de inoffic.testam. & ibi Paul.de Castr.Bald.reprobata opinione Iacob. Butriga. in.l.pactum. C. de collat. & in.l. quanuis.quæst. fina.C.de fidei com. Roma. in dicta.l.stipulatio. Alexan.in.l.in ratione. ff.ad leg.Falcid. Iaſ.in authẽ. Nouissima.3.colum. C. de inoffic.testam.& in.l. quod Seruius.ff.de cond.ob caus.qui omnino est videndus.Et hanc communem existimat Couar. in cap.quanuis.3.part.§.primo.nume. secũdo. de pact.lib.6.aduersus Iacob.Butriga.Et pro hac opinione communi contra Iacobum est.l. 23. Tauri. ibi, *al tiempo de su muerte*.Couar.in cap.Rainutius. §.primo.num.8.de testamen. Dic, aut recepit voluntariè à patre legitimam absque renuntiatione iurata, & tunc poterit petere supplementum, attento tempore mortis. Aut renuntiauit supplementum cum iuramẽto,&attendatur tẽpus mortis. Et sic in ista vltima intelliges opinionem Butrigar. communem: &in.1. distinctione alteram communem, quæ tenet tempus mortis considerãdum,vt egregiè docet Couar.dict.§.primo.tertiæ partis relectio.cap. quanuis pactum.nume.2. plura ad id citando.de pactis.lib.6.

el testador no hiziere testaméto: y cumpla se el testamento: y si el testador instituyere heredero [a] en el testamento: y el heredero no qsiere heredar †: vala el testamento: y el heredero no qsiere heredar †: vala el testa-

a ¶ *Si el testador instituyere heredero*. Theorica à iure communi tradita, quòd hæreditate non adita, legata non debeantur.per.l.si nemo. ff.de testamẽ. tutel.cum alijs à me suprà citatis in.1.gloss.versic. Nunc tamen quæro hæreditate non adita.hîc correcta patet: quæ procedit hæreditate non adita ex testamento mero iure valido,destituto tamen ex causa exhæredationis,seu repudiationis, secùs si nullitas proueniret ex defectu solẽnitatis, quia isto casu non debetur hæredi scripto,etiam in foro animæ, nempe quia decessit ante perfectionẽ testamenti quo ad formam & solennitatem præsentis legis, & ex ea clarè constat: qua forma detracta, actus est nullus.l. ex imperfecto. C. de testamen.&.l.nolumus.iuncta glo.confirmat. eod. titu.C.§.eadem oratione.Instit.quib.mod. testamen.infir.quibus cauetur ex testamento imperfecto nihil deberi, etiam si relictum sit factum Regi,seu Imperatori. Probatur, nam in actu gesto à testatore præsumitur factum esse iuxta mentem legis,& eorum,quæ sunt statuta à iure: igitur hac conditione cessante, disposita ab ipso tanquam sine eius voluntate,quæ primum locum obtinet.l. in conditionibus.ff.de condit.& demonstra.cum simi.irrita erit eius dispositio.l.si quis locuples.ff. de man.testa.voluntatem testatoris interpretandam fore,vt reddatur concors iuri communi. Est l.si duo. ff.de acqui.hæred. Bartol.& alij notant in.l. heredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel.& in.l. vt iurisiurandi. ff.de oper.libert. Paul.Parisi.consil.40.colum.penul. nume.34.lib.2.& consil.89.colum.4. nu.26.eod. libr.2.Corn.consi.295.num.7.lib.1. & consil. 161. nume.15.libr.2.&consi.124.nume.15.eod. libr. & consi.72.num.3.lib.2.Anto.Rubeus consi.39. nu. 2.Boeri.consi.2.nume.6.

† Heredar. Vel quia nõ potuerit cũ sit in captax, nihilominus debebitur fideicommissum,quia cũ actus nolũtatis & impotẽtiæ æquiparẽtur, ergo stante hac lege debebitur ex casu impotentiæ contra opinionem cõmunem de iure cõmuni. vt in pũctis huius legis expendit Gregor. Lop.in l. 14. verb. defendido. quem vid.titu.5.par,6.

Secundo,quia lex imponens formam testamẽtis,vt falsitas cesset,est iusta, ac proinde ab omnibus subiectis est seruanda in vtroque foro tam animæ,quàm fori exterioris glo.in cap. quæ in ecclesiarum.de consti.Panor.Felin.& Deci.nu.8.in.c. primo.eod.titul.Innocen.in capi.quia pleriq;. de immuni.eccles.Iaſ.in.l.nemo potest.2.lectur.nu. 106.ff.de legat.primo.S.Thom.12.quæst.96.arti. 4. Est communiter recepta secundum Couar. in cap.cùm esses.de testa.num.6. & in capit. primo. nume.16.eod.titu.& in epitom.4.decreta.2.part. capit.7.§.septimo.num.9.Felin.in cap.primo.colum.9.nume.18.de sponsa.dicit eam singul. & est communis opinio secundum Ludouic.Gomezi. in capit.2.nume.34.de consti.libr.6. Domi.Soto lib.primo.de iusti.& iure.quæst.6.art.4. Quibus est addendus Bal.in procem. feudo.nu.6. dicens, legem ciuilem esse partem legis diuinæ. Probatur.Lex omnis humana ab æterna deriuatur,secũdum illud Prouerb.8.Per me reges regnant,& legum conditores iusta decernunt.cap. quo iure.8. distin.cap.quod præcipitur.14.quæst.1.capi.2.de maio.& obedi. & ad Roma. 13. Lex enim ciuilis si prohibet,ligat in foro conscientiæ,obligatq; trãsgressorem ad peccatum,si permittit, modò lex iusta sit,excusat agentem, ex traditione prædictorum authorum.Igitur hæc ciuilis lex in foro animæ ac exteriori habere locum fatendum erit.

Tertiò suaderi potest,quia potestas testandi restricta est ad terminos iuris,nec contra legẽ quicquam statuere licet.l.nemo potest. ff. de legat.1. text.in authen.de nupt.§.disponat testator,vt dignum est,& erit lex. Et istæque volũtates, de quibus dicit text. in.§. Hinc nobis. in dict.authenti. de nupt. ibi, quia vbique custodire morientium

voluntates volumus. & in. l. omnium. C. de testamen. ibi, voluntates etenim hominum audire volumus, non iubere. Detracta ergo potentia per leges dicentes quem non posse testari sine solennitate iuris, ergo remouetur omnis actus. ex Boetio teste Bald. in. l. prima. nume. 55. C. de sacrosanct. eccles. l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi. l. nemo potest. ff. de lega. primo. cap. cùm super. de off. delegat. ¶ Quarto confirmatur. Ista est forma, & solennitas substantialis, & non tantùm probatoria. Bart. in. l. nemo potest. ff. de leg. primo. vbi Aretinus colum. 2. & Ias. 1. lectur. num. 17. & in. 2. num. 21. & Ripa nume. 35. dicit opinionem istam communem esse. Idem fatetur Albert. Brun. in tracta. Quotuplex sit forma. fol. 13. colum. 2. Bal. in. l. cùm quis. colum. 2. num. 4. C. de iuris & facti igno. Alexan. colum. 2. in. l. prima. ff. de condi. indebi. & ibi Iaso. nume. 17. Deci. in. l. 2. C. de bono. possess. secundùm tabul. colum. 3. quibus citatis dicit communem. D. Couar. in dict. capi. cùm esses. num. 8. & melius probat Ioan. Crott. in dict. l. nemo potest. num. 16. Si solennitas substantialis est, non refert, quanuis alio modo constet legatario, vel hæredi, nec talis probatio est admittēda in foro conscientiæ. ¶ Item & quinto. Nam validum est argumētum de facto iudicis ad partem, vt probabo, tamen iudex ex testamento minus solenni non posset permittere retentionem rerum hæreditariarum, seu legatarum hæredi, vel legatario, ergò ità necesse erit fateri in casu nostræ propositionis, quo nec testator, seu eius hæres titulo directo tamen minus solenniter facto non poterit retinere. Antecedēs probatur in. l. si ob causam. C. de euictio. l. prima. C. si in caus. iudica. Declarat Bart. in. l. tertia. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Soci. in. l. prima. §. per seruum corporaliter. num. 7. ff. de acquirend. possess. ¶ Iudex autem etiam certò sciens hæreditatem, seu legatum relictum in minus solenni voluntate Petro absque vlla fraudis suspicione, non ei, sed venientibus ab intestato ad iudicat, ex eo, quòd tale testamētum nullum est. l. si vnus. l. ex imperfecto. l. hac consultissima. C. de testamentis. voluntas non solennis pro nulla iudicatur: & id quod nullum est, non parit obligationem etiam. vt docet Bald. in repeti. l. primę. nume. 55. versi. Vnde ego dico. C. de sacrosanctis eccles. ergo in foro animæ non poterit peti, nec retineri. ¶ Postremò hanc sententiam probat Baldus in. l. si post diuisionem. nume. 5. C. de iur. & facti igno. & in dict. repe. l. primę. col. 15. numer. 55. Frater Francisc. de Victoria ad S. Thomā in. 2. 2. quæst. 62. arti. 1. quorum opinio est communis secundum Ias. in dict. l. post diuisionem. nume. 5. colum. 2. & Fortun. in tract. De vltimo fine vtriusq; iuris, illatio, 15. & doct. Didac. Couar. in capi. cùm esses. num. 8. de testamentis. vbi subijcit hanc opinionem sibi magis placere. Antoni. Gomez in. l. Tauri. 3. numer. 120. vbi plura ex hac theorica deducit. Opinionem contrariam, imò quòd relicta in minùs solenni testamento in animæ iudicio debeant solui ab hærede, qui certus est illam fuisse postremam voluntatem defuncti, ac per consequens eo foro posse retineri, probari potest. ¶ Primò. Nam solennitas in vltimis voluntatibus fuit instituta ad falsum & cōtrarium voluntati defuncti pulsandum, & sic de ea constare possit. l. si. C. de fideicom. §. primo. Instit. de testam. de ea autē constat hæredi quantum ad institutionem de eo factam, vel veniētibus ab intestato derelictis alijs, ergo tenentur eis in foro animæ restituere, cùm aliàs peccarent alienum retinendo contra testatoris voluntatem, de qua illis cōstat, ac similiter hæres, vel legatarius poterunt retinere talem rem eis relictam in minùs solenni voluntate. cessante causa fraudis, cessare debet effectus præsumptionis, cum de veritate prædictis constet. cap. magnæ. de vot. cap. cùm cessante. de appella. cap. non debet. de consanguini. & affinita. Nec obstat quod dicebam in primo fundamento, quòd testator velit se conformare cum iure communi: nam potest inrelligi ab intestato, & quando nihil constat per probationes & coniecturas de contraria eius volū tate, quemadmodum hic constat. vt colligitur ex Philip. Corn. consi. 138. col. fi. nu. 9. lib. 2. ¶ Secundò suaderi potest. Nam vbi consensus est causa acquisitionis, ex quo quis naturaliter manet obligatus ex sua promissione, ac hæres, vel causam habens à tali promissore, & datore, præsumptio legis non eam naturalem obligationem tollit, nec tollere potest cōtra expressam veritatem, de qua agendum est in foro interiori animæ. ca. tua nos. de sponsa. capi. inquisitioni. de sent. excom. ¶ Ex tali enim legato, vel relicto naturalis obligatio orta fuit. glo. obtineas. in. l. si post diuisionem. C. de iur. & facti igno. glo. in. l. prima. ff. de condi. indebi. & in. l. cùm quis. C. de iur. & fact. igno. & ibi Iacob. Butriga. Bartol. & Bald. Corneus consil. 137. colum. 2. num. 3. libr. 2. Est communis secundùm Ioan. Annibal. in. l. nemo potest. nume. 17. & nu. 474. ff. de legat. primo. & ibi Crottus nu. 16. idem firmat, ergo hæres tenetur soluere relictum in tali voluntate minùs solenni, aliàs peccaret. ¶ Sic ergo lex iusta seruanda erit in vtroque foro, nisi sit fundata super præsumptione, qua cessante, non ligat in foro animæ. Sic respondendum erit ad secūdum fundamentum pro contraria sententia adductum. Nec obstat tertium fundamentū: nā quanuis potentia sit sublata à iure, non tamen procedit quo ad naturalem, ex qua resultat obligatio in foro animæ, quæ etiam à Principe tolli nequit. §. sed na-

sed naturalia. Instit. de iure natu. executionem tamen in foro fori impedire potest, quę causatur ex ortu ciuilis obligationis, nec ex hoc infringuntur leges, cùm intentio legum sit potiùs ad hoc, vt postremæ voluntates seruentur, quàm ad ipsas annihilandas cessante falsitate. ¶ Nec obstat quod dicatur solennitas substãtialis quia factũ testatoris, vt est nominatio hæredis, est de substãtia: aliæ verò sunt probatoriæ, quæ explicari possunt duobus testibus, vt erat de iure diuino, iuxta illud Christi testimonium, In ore duorum vel trium stat omne verbum, idque omnes gentes custodiebant. Et Aragonenses duorum testimonio testamenta solennia iudicant, vt patet libr. 6. fororum Aragoniæ tit. de testamen. consti. incip. Super testamento. ibi, duobus iurantibus, si plures haberi non poterint de ijs, qui interfuerunt: siue sint testes, siue spondalarij: ibi duo, vel vnus illorum iuret, & valeat testamentum. Et vide aliam constitutionem incip. Si testator. libr. 5. fororum Aragoniæ. titul. De tutoribus curatoribus. &c. fo. 124. col. 4. & in regno Franciæ testamenta sine iuris solennitate condita valent, dummodo duo testes affuerint. Nicolaus Boeri. in consuetu. Bituricens. titu. *Des coſtumes concernans les teſtamens.* §. primo. Et in ciuitate Senensi est consuetudo, quòd testamẽtum factum coram tribus testibus valeat. Angel. in. §. fina. Instit. de testamen. & Venetijs seruatur secũdùm Ioan. Andr. ad Spec. de instrum. editio. §. cõpendiosè. sub num. 14. versi. In fine. Boeri. vbi suprà. Sed sic est, consequens erit fateri, quòd veritas testamenti perfecta & formalis erit illa, quæ probatur duorum testimonio, cùm hæc sit secundùm ius diuinum & naturale, ergo seruanda in foro Dei, vbi de apicibus iuris non est curandum.

Nec obstat argumẽtum de facto iudicis ad partem, cùm iudex sæpenumero iudicet etiam contra veritatem secundum allegata & probata, tamẽ pars iudicat secundum conscientiam ex actu practico, quam habet, quanuis iudex præcipiat in foro fori contrarium. capit. Dominus noster. de secund. nupt. Optimus text. in cap. Inquisitioni. §. fina. de sentent. excommuni. ergo nihil obstat. ¶ Tertio ista opinio probatur authoritate doctorum, vt apparet ex citatis à Couarruuias in dict. c. cùm esses. nume. 5. Ex quibus videtur magis communis. Et Tiraquell. in legibus connubi. glos. 4. nume. 22. fol. 262. colum. 2. voluit Anchar. in reg. Possessor. colum. 8. quæstio. 1. de regul. iur. lib. 6. Imol. & Alexand. colum. 6. in. l. nemo potest. ff. de legat. primo. & Iaſ. ibi colum. 12. in. 1. lectura. & in. 2. col. 16. & Ioan. Monte ferret. in repe. ti. fol. 8. col. vltim. versic. Nunc prosequor. Iaſo. in l. si post diuisionem. nu. 13. C. de iuris & facti igno. & in. l. si non sortem. in princip. ff. de condi. indebi. Alciat. de quinq; ped. præsc. fol. 4. Albert. Brun. in tract. de potentia & eff. formę. fol. 57. col. 3. & fol. 60. col. 1. Bald. in. l. testes. col. 1. nu. 5. C. de testam. Philipp. Corne. consi. 119. num. 34. lib. 2. vbi dicit, quòd est cõmunis opinio illa, de qua suprà diximus, nempe ex minus solenni voluntate oriri obligationẽ naturalem. Et dicit magis communem in consil. 278. colum. 1. libr. 1. Iaſo consil. 67. colum. 5. lib. 3. Segur. in repe. l. 1. §. si vir vxori. num. 125. versic. Et idem de electione. vbi plures authores huius sententiæ inserui. ff. de acqui. possess. Est etiam communis teste Corne. consi. 10. colũ. 1. lib. 1. & transeunt cum ea omnes secũdum Ripam in dict. l. nemo potest. num. 96. versi. In eadem glossa. ibi, sed ope exceptionis. vbi aliqua corollaria deducit. E theologis hanc sententiam approbat Sylvest. in sum. verb. hæreditas. quæst. 7. & verbo. testamentum. 1. quæst. 5. versi. Quartum. secundùm Archi. Hadria. Papa in quodlib. 6. conclus. 2. illatio. 2. ad fin. fol. paruæ impressionis. 112. colum. 2.

Quorum sententia probatur, quarto ex doctrina Innoc. in cap. quia propter. de electio. dicentis electionem validam iure naturali ratione consensus eligentium, nullam tamen ex defectu solennitatis iuris positiui, validam, & firmam esse in foro animæ. Quam sequitur Panormi. in capit. primo. de in integr. restit. col. fin. num. 19. Ludo. Gomez. in cap. 2. nu. 23. de consti. Iaſ. in rub. ff. de acqu. hæred. num. 21. Ioan. de Molina in tract. de differentijs inter forum contentio. & animæ. differentia. 29. char. 15. Sylvest. verb. Alienatio. q. 13. Andr. Tiraquel. de iure mariti. glo. 4. num. 21. Boeri. deciſ. 1. nu. 13. Et Segur. in repe. l. 1. §. si vir. num. 125. ff. de acquirẽ. possi. Quæ sententia extenditur, testibus prædictis authoribus, ad omnem actum, in quo est prætermissa solennitas iuris positiui, vt in foro animæ non teneatur quis de hoc sibi facere cõscientiam,

mento en las mandas †, y en las otras cosas que en el se contienen: y si alguno dexare a otro en su postrimera volũtad por heredero, o le legare, ò mandare alguna cosa para que la den a otro alguno a quien sostituye en la herencia, o manda: si el tal

† En las mãdas. Declarat hanc legem Greg. Lopez in. l. 6. titul. 10. partit. 6. in verbo. Fasta vn año. versi. Hodie vero attenta. l. regni. quem vide. & in. l. 20. verb. no mueſtra. tit. 22. parti. 3.

scientiam, ex quo non interuenit ibi aliqua deceptio, & adfuit consensus habentium actum explicare. ¶Quinto loco adducitur fundamentum tale. Ex testamẽto non solenni oritur obligatio naturalis secundum communem, vt probaui paulò antè in hac gl. vers. Secundò suaderi potest. Nam vbi consensus est. Quod patet, cùm testamẽtum sua origine, & inuentione sit de iure naturali, seu gentium, licèt solennitates sint de iure ciuili. Bartol. in l. interdum. ff. de condi. indeb. & l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. tex. est in l. in eo. §. fin. cum l. sequen. ff. de acqui. rer. domi. Et tale testamentum dicitur validum de iure gẽtium, quod habet voluntatem testatoris, quæ probatur ex testamẽto inualido. l. fin. ff. de reb. eorum. l. in testamento. ff. de fideicom. liber. Ergo cùm sit validum de iure gentium, & adsit consensus testatoris in tali postrema voluntate, ex eo causatur naturalis obligatio, quæ est de iure gentium. l. cùm amplius. §. is natura debet. de regu. iur. ff. ac proinde erit tutus petendo, vel retinendo in foro animæ.

¶Sextò, solennitas, quòd plures testes in actu vltra duos est probatoria, non tamen substantialis. l. fina. versic. Cùm enim. C. de fideicom. facit, sic inducendo eam. vbi dicitur, quòd ideò in testamento requiruntur septem testes, nè quid falsitatis in eo committatur, cùm per plures homines veritas magis eluceseat. Probat ergo ille tex. quòd solennitas septem testium ideò est necessaria in testamento, vt per ipsum probetur voluntas testatoris. Si ergo testamentum sit factum coram minori numero, est testamentum: sed quia voluntas testatoris non potest probari debito numero testium, ideò non sortitur effectum. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tutel. Confirmatur. Nam si esset ista solennitas substantialis, non autem probatoria, sequeretur quòd ex testamento minùs solenni non oriretur obligatio naturalis, quod tamen est falsum, vt prædiximus. ergo &c. Antecedens probatur in l. prima. §. si quisita. ff. de verb. obliga. Ex his igitur responderi potest hanc vltimam communem sententiam veriorem, & probabiliorem iudicandam fore. ¶Quibus autem remedijs debeantur legata, & fideicommissa ex testamento minùs solenni, est consulendus Gualdens. de arte testandi. titul. 2. cautel. 3. pagella. 34. & 35. ¶Quæro cuius effectus & operatiõis sit clausula codicillaris, Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum &c? Respond. quòd plures enumerat Antoni. Gomez in l. tertia. Tauri. nu. 75. vbi poteris videre. Guillel. Benedict. in repet. capit. Rainutius. verbo. matrem in super Cleram. nume. 47. de testamen. vbi tenet, quòd clausula codicillaris in testamento filij de consensu patris facta esto, quòd non valeat vt testamentum, valebit tamen tanquam donatio causa mortis. Alios duos effectus ponit ipse Guillel. Benedi. in verb. testamentum. 3. num. 17. quem omnino videatis. Ista clausula facit testamentum valere iure fideicommissi. Alexan. dicit hanc communem in consil. 19. colum. 3. nume. 9. lib. 6. quo in loco plura citat in præsidium istius communis conclusionis. Paul. Parisi. consil. 11. colum. 3. nume. 32. lib. 3. Socinus in l. Gallus. §. quidam rectè. nume. 10. ff. de liberis & posthu. Corne. consi. 96. nume. 6. lib. 2. & consil. 126. nume. 4. eod. lib. 2. Idem Corne. consi. 133. colum. 1. num. 2. lib. 3. & consi. 306. col. 2. eodẽ. 3. volumi. Barto. in l. prima. ff. de iure codicillo. Bald. in l. vlti. C. eod. tit. Aymon Crauet. consil. 22. nume. 8. Deci. consi. 369. nume. 2. & consi. 431. nume. 8. Iaf. consi. 104. colum. 5. num. 3. lib. 4. glo. l. ex ea. ff. de testa. l. Scæuola. ff. ad Trebel. text. in princip. Instit. de codicil. l. 2. tit. 12. part. 6. ¶Intelligas tamen, quando testamentum est nullum ratione solennitatis, secùs si ratione voluntatis, quo casu nihil operatur clausula codicillaris. l. fideicõmissa. §. primo. de lega. 3. Barto. in l. si is qui. nu. 1. ff. de testam. Deci. consi. 205. nu. 10. & consil. 394. nume. 6. Guillel. Benedict. in repe. ca. Rainutius. verb. testamentum. 3. num. 17. de testam. Vital. de Cambanis pag. 13. §. clausula codicillaris si non valet. &c. ¶Intellige secundo, in testamento in scriptis de iure nostri regni, cùm in nuncupatiuo nõ habeat locum per. l. 3. Tauri. qua cautum est eandem solennitatem adhibendam esse in codicillis, quæ seruanda est in ista lege. 1. in testamento nuncupatiuo. ¶Plures quæstiones huic negotio summè necessariè scriptas reliquit Celsi. in clausularũ tract. §. clausula codicillaris. fol. paruæ impressionis. 51. colum. 2. cum seq. & Vital. de Cambanis in suo tract. etiam clausula. pagina. 11. cum duob. sequentibus. §. clausula codicillaris. Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum Paul. de Castr. in l. codicillis. §. Lucius Titius. nu. 2. ff. de legat. 2. & in authen. Ex causa. nu. 14. C. de libe. præter. & in l. ex ea. nu. 2. ff. de testamen. Ioan. Coras. in l. filium quem. nume. 41. C. famil. herciscun. & in l. hæreditatem. nu. 6. C. de impube. & alijs substitu. Deci. consi. 287. num. 4. & consil. 242. nu. 2. Curti. Iunior consil. 148. colum. 6. nu. 11. vbi inter alia allegat sing. doctrinam Bald. in l. quoties. C. de hære. instit. quod supplet defectum institutionis. Deci. consi. 77. colum. 3.

Dubium autem non contemnẽdum vt in hac materia subijciamus æquũ mihi videtur, Vtrùm, scilicet, clausula codicillaris censeatur apposita ex consuetudine Tabellionis, ex quo de Stylo apponi solet, vel censeatur adiecta ex petitione & voluntate testatoris? Quod ex rogamine & voluntate testatoris censenda sit appositio talis clausulæ,

probat

probat Imol. in repe. l. filio præterito. col. 8. versi. Et per prædicta. ff. de iniusto rup. irrito q; facto testamen. Alexan. consi. 125. colum. penul. vers. Nec obstat quòd notarius istas clausulas. nume. 10. lib. primo. & consi. 142. colum. 4. num. 4. lib. 2. quod repetitur consi. 102. libr. 3. & consi. 1. colum. 5. versicu. Et licèt quidam celeberrimus. num. 21. lib. 5. Corne. consi. 150. colum. 3. nume. 6. versi. Nec obstat etiam id quod dicebat. libr. 3. Barbat. in capit. quod translationem. colum. 6. nume. 26. de off. de legat. Deci. in. l. vt liberis. num. 14. C. de collatio. Barba. in consi. 6. in fin. lib. 3. & consi. 54. col. pen. eod. lib. 3. & consi. 58. col. 9. libr. 4. Deci. in. l. semper in stipulationibus. colum. penul. ff. de regul. iur. & in capit. cùm. M. de consti. colum. 2. Andr. Alciat. in. l. prima. §. si quis ita. notab. 3. ff. de verb. obligat. Hierony. Grat. qui hanc fatetur communem opinionem consi. 112. colum. 3. libr. 2. Ripa in l. Centurio. colum. 26. versi. Aduerte quia de consuetudine. nume. 80. ff. de vulga. & pupil. Ripa in l. si vnquam. quæst. 21. nume. 42. C. de reuocã. donat. Couar. de testamen. in. 2. part. rubr. num. 14. Tiraquel. de iure constit. limita. 31. nu. 13. Pro qua sententia communi faciunt adducta per Iacob. de Segur. in repeti. l. tertię. §. fina. nume. 31. cum pluribus sequen. ff. de liber. & posthu. tenet Deci. in cap. cùm. M. colum. 2. num. 7. de consti. qui allegat plures alios approbãtes istam opinionem. Et nouissimè tradita à Licentiato Menchaceñ. lib. 1. de succes. creat. §. sexto. nume. 53. Quæ theorica in practica ad multa est vtilis.

Contrariam opinionem, imò nisi expressè fuerit à testatore dicta clausula apposita, non censeri ex eius voluntate, sed ex stylo & cõsuetudine Notariorum, tenent Bart. in. l. prima. quæst. 6. nu. 10. ff. de iure codicil. Bal. in. l. quoties. colum. prima. C. de hære. insti. Cardina. Zabarella consi. 120. versicu. Item tales renuntiationes. Tiraquel. de iure constit. alios refert limita. final. nume. 12. & transire videtur Rip. cum hac opinione in dict. l. Centurio. nu. 80. Decius eam dicit communem cons. 304. colum. 5. & Tiraquel. in repe. l. si vnquam. in princip. nume. 122. C. de reuocan. donat. vbi plures huius sententiæ doctores citat. Denique eam sequendam existimat Curti. Iunior consi. 101. nume. 11. Couar. in citata rubri. de testam. 2. part. nu. 14. Quæ opinio videtur verior ex eo, quòd debet legi totum testamentum coram testatore extensè, vt suprà dixi. Et etiam ad Segur. vbi suprà. nu. 31. Quæ lectio præsumitur facta, cùm pertineat ad officium Tabellionis. cap. ad audientiam. de præscript. dixi in glos. 1. versicu. Quis autem teneatur probare qualitatem vicinitatis. ¶ Dubium autem est, Vtrùm testamentum, cui iuramentum est interpositum, habeatur loco clausulæ derogatoriæ ad primum testamentũ, vt necesse sit facere mentionem de tali testamento iuramento firmato? ¶ Et quòd habeat vim clausulæ codicillaris tale iuramentum, tenet Segur. in repet. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. nume. 138. ff. de lega. secundo, citat. l. cùm pater. §. filijs matrem. ff. de lega. 2. Bartol. in. l. prima. §. si quis. ff. de verb. obliga. & sic facit illum valere eo modo, quo meliùs valere potest. per dict. §. filijs matrem. Idem tenet Segur. in repe. l. filius dum in ciuitate. nume. 22. ff. de verb. obligatio. versicu. Ex hoc posset inferri, quòd si. ¶ Quòd autem primum testamentum, cui testator iuramentum addidit de non reuocãdo illud, ex hoc contineat clausulam derogatoriam circa secundum Barto. in. l. si quis. in princip. colum. fi. ff. de legat. 3. Reputat notandam doctrinã Segur. in dict. l. filius dum in ciuitate. nume. 23. vbi plura olim â me fuerunt addita. Et est communis opinio teste Couar. in. 2. part. rubri. de testamen. nu. 19. chart. 12. versi. Secundò infertur. vbi plures huius sententiæ refert authores. Et sic requiritur specialis mentio illius primi testamenti iurati, aliàs si de eo & iuramento non fuisset facta mentio specialiter, non censeretur reuocatum per posterius. Tiraquel. de iure mariti. glos. 7. numer. 153. vbi in nume. 203. adducit plures hanc opinionem communem dicentes. Gomezi. in cap. primo. nu. 188. de constit. libr. 6. Communem etiam fatetur Selua. de benefi. 3. par. quæst. 14. nume. 17. versi. Decimoquintò pro ista parte. Paul. de Castr. consil. 284. nume. 4. lib. 1. Guido Papę decisio. 127. nu. 2. & consil. 64. colum. 1. versi. Est tamen. Et Grego. Lopez in. l. 8. titu. 1. part. 6. in glo. 3. ¶ Sunt tamen plures, qui contra istam communem sententiam tenent, & eam communem firment, vt est Alber. Brun. in tracta. de forma. colum. 24. Frederi. dicit communem consil. 47. Ioan. Anani. consi. 55. Aymon Crauet. consi. 126. colum. fina. num. 7. Soci. consi. 3. colum. 4. numer. 18. libr. 3. Chosmas Guinier in pragma. sanctione Gallicana. de collatio. §. vt verò. versi. Ad verbum. fol. 204. Couar. in rubri. de testamen. 2. part. chart. 12. colum. 2. & 3. vbi videatis. & Andr. Tiraquel. vbi suprà nu. 203. vers. Decimumtertium genus. Imò quòd satis sit exprimere clausulam derogatoriam in genere, dicendo, Non obstante quocunque alio testamento, quod ante hoc cõdiderim, quod cassum, & irritũ decernens, quibuscunque clausulis derogatorijs à me fuerit conditum. Marti. Nauar. in repet. capit. si quando. exceptio. 1. satis copiosè rem differit, posteriorem hanc opinionem approbans. de rescript. extra. Plura adducens probat hanc partem Selua. de beneficio. 3. part. quæst. 14. nume. 3. ¶ Concordari tamen possunt hæ opiniones communes contrariæ. Quia aut loquimur in clausula apposita

appoſita à priuato, vt tunc nihil importet in caſibus, in quibus requiritur ſpecialis expreſsio, & hoc caſu procedat prior opinio. Aut loquimur in clauſula generali poſita à Principe in lege, vel reſcripto, qui eſt lex animata, & tunc ſufficit abſque ſpeciali expreſsione, quia poteſt fingere expreſſum, quod expreſſum non eſt, quo loco procedat poſterior ſententia ex mente Andr. Tiraquell. in legibus connubiali. gloſſ. 7. nume. 204. ¶ Succedere poteſt dubium, vtrum hæreditas directò relinqui poſsit in codicillis? Reſpon. quòd non. l. 2. C. de codicil. l. non codicillum. C. de teſtam. l. hæreditas. C. de his quibus vt indign. §. penul. Inſtit. de codicill. Socin. in tracta. fallen. reg. 309. incip. Hæreditas. Socin. regul. 169. Gualdenſ. de arte teſtandi. tit. 2. num. 1. & in titu. 10. caute. 8. Fallit tamen inter liberos. Bart. in l. militis codicillis. ff. de teſta. militis refert Alexand. & Iaſ. in citata. l. 2. Socin. vbi ſuprà. Alexand. in. l. hac conſultiſsima. §. ſi quis autem. col. 3. nu. 4. & ibi Iaſo. penul. col. cum ſeq. Guiliel. Benedict. in. c. Rainutius. verb. teſtamentum. 3. nu. 57. de teſta. qui fatetur magis communem hanc ſententiam. ¶ Licèt contrariam communem firmet Paul. Pariſi. conſi. 35. nume. 6. lib. 2. Rom. eam tenet conſi. 179. colum. 3. Bald. in. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. verſi. Sed hîc quæro. ¶ Item dubitari poteſt, An clauſula codicillaris cenſeatur appoſita inter liberos. & glo. in. l. cohæredi. §. cùm filiæ. verb. non valuit. ff. de vulga. & pupilla. tenet partem. vbi Ioan. de Imol. col. 2. nu. 14. dicit eam menti tenendam, diligenterque fore notandam Alex. col. 3. num. 10. Areti. col. 4. nu. 8. Iaſo. nu. 18. ſubijciens, quòd nemo vnquam illi. gloſ. contrariauit. Sequitur Alexan. in. l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. nu. 12. C. de teſtam. vbi Iaſ. num. 8. Curti. Iunior nu. 15. Dixit notab. Iaſ. in. l. 1. §. ſi quis ita. col. 9. nu. 27. ff. de verb. obliga. & in. l. fina. nu. 15. C. de codicill. & in authen. nouiſsima. nu. 21. & in. l. eam quam. col. 6. C. de fideicom. Couar. in. c. Rainutius. §. 1. col. 2. verſi. Secundo intelligi poteſt. de teſtam. Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam. nu. 86. ſecundum antiquam impreſsionem: in nouiori verò num. 103. verb. libertis. C. de reuoc. dona. Deci. conſi. 248. nu. 7. & à Segur. in repe. l. Imperator. nu. 24. ff. ad Trebell. Præſcriptam gloſſ. dixit ſolennem & ſing. Iaſo. in conſi. 26. col. 2. verſi. Illud etiam puto. lib. 1. Hippoly. in conſi. 118. col. 2. nu. 10. & ſingula. 36. ad fin. Notat Gregor. Lopez. in l. 7. verb. *seria valedero*. tit. 1. part. 6. Ferdinan. Gomez Arias in. l. 1. nu. 73. Tauri. Aymon Crauet. à Sauiliano conſi. 34. col. 2. lib. 1. ¶ Et iſtam opinionem communem cum prædict. glo. teneas, quanuis communem contra eam eſſe dixerit Gualdenſ. de arte teſtandi titul. 3. in cautel. 1. nume. 7. quæ prærogatiuæ locum habent, quando pater æqualiter inſtituit liberos, non aliàs Roma. conſ. 179. & 335. Philip. Deci. in. l. 1. colum. fina. C. vnde lib. & conſil. 105. nume. 6. & conſil. 631. column. 1. Quod procedit, quando inæqualitas eſſet magna, non aliter, ſecundum Curti. in. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtamen. Tiraquel. in l. ſi vnquam. verb. donatione largitus. nume. 107. C. de reuoc. dona. Optimè per Anto. Rube. conſi. 6. nume. 3. & conſi. 7. vbi vide. ¶ Dubium autem erit hic tractandum, An legitima ſit relinquenda filio, titulo inſtitutionis, vel ſufficiat eam relinquere quoquo titulo, ſtante lege iſta regia ordin. Et videtur quod non. Nam licèt conſeruentur legata abſque hæredis inſtitutione, eôue inſtituto, nolente adire hæreditatem, ad inſtar authen. Ex cauſa. C. de libe. præte. & quæ annotaui ſuprà hac lege in gloſſ. 1. nihil tamen eſt diſpoſitum quo ad inſtitutionem, quæ omni iure etiam Regio, Cæſareo, & Pontificio deſideratur, vt dicto loco aſſerui. Satis enim eſt, q̃ corrigat ius commune quo ad aliquid, nempe quo ad dationem legatorũ hæreditate non adita, nõ tamen quo ad inſtitutionis omiſsionem. ex notatis à Ioanne de Imol. in rep. l. filio præterito. nu. 73. ff. de iniuſto rup. ¶ Item leges poſteriores ſunt intelligendæ per priores, at leges Partitarum communes totius regni Caſtellæ ſe cõformant cum iure ciuili, quod requiratur titulus honorabilis inſtitutionis. l. 5. & ibi. Greg. Lopez in parti. *como heredero*. tit. 8. parti. 6. Et eſt communis opinio, vt ſatis latè probat Segur. in repe. l. cum patronus. num. 40. & ibi dixi. ff. de leg. 2. gloſſ. in authen. Nouiſsima. verb. titulo. & in. l. omnimodo. verb. vel fideicommiſſo. C. de inoff. teſtam. Couar. dicit cõmunem hanc opinionem etiam in teſtamento condito inter liberos in ca. Rainutius. §. 1. nume. 2. de teſtam. Anto. Rubeus. Alexandri. conſi. 72. colum. 1. communis in auth. Nouiſsima. ſuprà citata. ſecundum Salic. & Iaſo. colum. 5. num. 16. gloſ. verb. inſtituit. & ibi. Prob. de teſtament. Carolus Molinæ. in additione ad Alexan. conſi. 168. colum. 2. num. 5. in verb. inſtitutionis. lib. 5. Et eſt vera & communis in vtraq; ſchola Canoniſtarum & Legiſtarum ſecundum Guiliel. Benedict. in repet. c. Rainutius. verbo. in eodem teſtamento relinquens. 1. nume. 136. de teſtamẽ. Gualdenſ. de arte teſtandi. titul. 3. cautel. 1. Et procedit etiam in terris eccleſiæ ſecundum magis communem opinionem, teſte Rip. in rub. nume. 44. ff. ſolut. matrim. quam ibi confirmat Iaſ. nume. 31. Et dicit communem. nume. 32. in priori lectura. Quanuis Alexand. in teſtamento facto in terris Papæ communem dixerit contrariam in. l. inter cætera. ff. de lib. & poſthu. quem Iaſ. & Rip. vbi ſuprà referunt, & reprehendunt.

¶ Ergo

¶Ergo per subauditos intellectus non sunt inducendæ legum correctiones. glo. in cap. cupientes. §. quòd si per viginti. in verb. petere. de electione. lib. 6. quam sæpenumerò Doctores in diuersis locis laudant tanquam singula. Et nos alibi plures eam citantes retulimus. ¶Contrariam opinionẽ, imò quòd institutionis titulus non sit hodie in regno necessarius ad valorem testamenti per hanc legem tenent aliqui, eam punctuantes, prout audiui, quæ tamen declaratio in iure nostri regni, quod omnibus regnicolis commune est, vt scripsi in procœmialibus quæstionibus. 3. quæst. superinducta est, & contra mentem huius legis, prout ex eius lectione, etsi sit ingenio nimis obtuso vnicuique constare poterit. Cùm ergo à lege non sit solennitas institutionis correcta, superstitiosum erit talem correctionem adijcere. ¶Secundò fundatur. Nam quando legitima est aucta per aliquã legem, satis est eo casu, quòd legitima relinquatur quocunque titulo, vt est Bald. traditio in. l. maximum vitium. C. de libe. præte. colum. 6. nume. 15. Eum sequitur Paul. in. l. fina. §. in computatione. nume. 12. C. de iure deliberand. Et est opinio communior secundum Nicol. Boeri. decisi. 188. nu. 5. Ioan. Lup. in. l. 6. nume. 3. in ordina. Tauri, illam doctrinam sequitur, & alij, de quibus per Boeri. vbi suprà. Sed mihi falsa est ista doctrina, vt dixi ad Segur. in repe. l. cùm patronus. nume. 40. ff. de legat. secundo. quia augmẽtum intelligitur quantum ad quantitatem, non tamen quo ad diminutionem solennitatis, vt colligitur ex Bart. doctrina in. l. prima. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. vbi statutum recipit interpretationem à iure communi. Item quia opinio Bald. est falsa, & communiter reprobata secundum Petrum de Rauen. in Alphabeto aureo. verb. legitima. colum. 3. fol. 73. & est tenendum contra Bald. teste Iaso. in authẽ. Nouissima. numer. 24. C. de inoffic. testa. Roma. & Alexan. in. l. si quis priore. num. 5. 6. & 7. ff. ad Trebel. Suadetur ex Calder. consi. 32. sub rubr. de testa. dicenti, quòd si statutum auget legitimam filiorum, in eo locum habebunt iura communia de legitima loquentia, vnde filius in tali legitima nõ poterit grauari, quemadmodũ dispositum est in iure communi per. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testamen. ¶Item & tertio. Lex permittens contra iuris dispositionem alicui filiofamiliàs testari, est interpretanda iuxta regulas iuris communis, vt faciat testamentum cum testibus legitimis, & rogatis. Item etiam sine præiudicio tertij. Bart. in dict. §. lex Falcidia. Bald. Paul. & Areti. in. l. si quæramus. ff. de testa. textus singula. in. l. si quando. in princip. C. de inoffi. testamen. Item etiam: nam statutum recipit interpretationem declaratiuam à iure communi. cap. cum dilectus. de consuetu. ergo lex amplians legitimam, debet intelligi cum qualitatibus legis ampliatæ. Bald. in rubr. de causa poss. & proprieta. colum. fina. argumen. l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pact. dotal. ergo titulo institutionis erit legitima etiam aucta filijs relinquenda, cùm in hoc leges anteriores non sint correctæ. ¶Hinc infero, legitimam auctam relinquendam esse filijs titulo institutionis, etiã stantibus legibus regijs Hispaniæ. vt. l. 28. Tauri, quæ solùm ex testamento quintam partem bonorum parentum reliquit dispositioni testatoris, reliquas quatuor partes legitimam filiorum iudicauit. ¶Item lex Lusitanię duas partes bonorum patris liberis pro legitima reseruauit: tertiam liberæ dispositioni testatorum ascendentium reliquit. vt cõstat lib. 4. ordi. Lusita. tit. 70. §. primo. incip. *Seu padre*. Quam videant Lusitani. ¶Idemq; existimo in regno Aragonum, cùm filijs pater teneatur aliquid relinquere loco legitimæ, etiam si res minima fuerit, vt inter eos seruatur ex fororum lib. 6. de testamen. nobilium. & in titul. De testamentis ciuium. ibi. possunt vnum ex filijs quem voluerint hæredem facere, alijs filijs de suis bonis quantum eis placuerit dimittẽdo. Supple etiam. Quod prædictum forum ideo fuerit cõstitutum, vt hac via filij parentibus cogantur obedire: qui si scirent parentes nil vltra quintam sui patrimonij partem posse filijs detrahere, fierent ipsis parentibus inobedientes, & insolẽtes, cùm sint ceruicosi, & suarum voluntatum, vt in plurimum sectatores. Tamen illud relinquendum erit iuxta declarationem iuris communis, scilicet, titulo institutionis per prædicta. Quod est menti tenendum. ¶Deducitur secundo intellectus ad Regiam legẽ quintam in ordina. Tauri. quòd facultas testandi concessa filijs constitutis sub patris potestate, ea in lege procedit seruatis regulis iuris communis, per prædicta in versi. Item & tertiò. Suadetur: nã certum est, quòd quanuis à iure quis habeat liberam & plenam facultatem testandi, id tamen accipiendum est absque præiudicio tertij, & tantùm debet regulari facultas ad ius formatum quod habet in suis rebus. l. 1. & ibi notat Bald. ff. de milita. testam. glo. in. l. fina. verb. patre. ibi, Saluo tamen vsufructu patris. C. sent. passis. vbi probat, quòd si pater deportatus est, & per hoc filius eius est exẽptus à potestate sua, feceritque testamentum ante restitutionem patris, valebit circa propria bona ipsius filij, nempe castrensia, vel quasi, & aduẽtitia respectu proprietatis: non vero circa vsumfructum, quem pater habebat in eis. concessio eñ Principis intelligitur sine præiudicio tertij. l. 2. §. merito. & §. si quid à Principe. ff. ne qd in loco publi. l. quod auus. C. de emancipatio. liber. notatur in capi. ex tuarum. de autho. & vsu pall. Philipp. Corne.

Corne.consil.127.colum.fina.nume.60.libr.2.& consi.196.colum.1.num.3.eodem.libr.2.

Item suadetur: quia facultas testandi in tertia parte, concessio particularis est,& corrigẽs ius cõmune. vt patet in.l.prima. §. sed filius famil. ff.de legat.3.cum alijs concord.à me citatis suprà hac lege.in glo.prima.Ergo prædicta lex.6.Tauri,iuncta lege præceden. 5. est restringenda, vt quantò minus fieri possit,lædat ius commune.l.præcipimus.C.de appella.cap.cùm dilectus.de consi.Corne.consi.143.colum.2.nume.7.lib.2.Roma.consi. 199.colum.3.versi.Secundò principaliter.etiam si statutum nihil operaretur,tamen interpretãdum esset secundùm ius commune, ne quis indebitè damnum patiatur.gloss.in.l.fina.§.in computatione.in verb.confundantur. C.de iure deliberã. communiter recepta secundùm Philip.Deci.consil.37.colum.3.numer.7.libr.1.Pariſi. consil.144. nume.25.libr.4.Imol.in capit.Rainutius.nu.205. de testa.Est glo.singu.in cap.paratus.verb. si verba.23.quæst.1.Barthol.Cæpol.in consil.20.incip. Est in quæstione.colum.3.nume.6. vbi citat gloss. dict.§.in computatione.Satis enim est, quòd operetur effectum testãdi quo ad proprietatem, non tamen quo ad vsum fructũ patri quæsitum: quia vbi statutum contra ius commune vnum effectũ operari potest,nõ debet duplicem inducere, cùm sint ad ius commune statuta reducenda,quantum fieri possit.Roman.in dict.consi.199.col.4. Quia filius fa. in bonis,in quibus acquiritur vsus fructus patri,est notum non posse testari.l.fina.§.filijs autem.C.de bonis quæ libe.Optimè per Anto. Rube.consil.46. colum.2. ¶ Præterea non est inutilis hæc facultas ipsi filio fami.cùm iam testari possit de proprietate illa, quæ vendi possit, vel censuari,& est æstimabilis, vt dixi olim ad Segur. in repeti.l.Imperator.nume.78.ff. ad Trebell. Nec obstat lex.5. Tau. ibi, *como si estuuiesse fuera de su poder*. Nam verba ista sunt referenda quo ad testamenti valorem, & quo ad alia, quæ non tendunt in præiudicium patris,alterius ve tertij, per prædicta. Quanuis doctissimus Anto.Gomez in dict.l. 6.Taur. contrariam opinionem velit defendere, quæ nec in iudicando,nec consulendo est sequenda, cùm sit correctoria,& non expressa à iure. argum.l.præcipimus.C.de appella. notant Barbat. & Alexand.in additioni.ad Bald.in dict.l. maximum vitium.sub nume.15.verb.in contrarium.& verb.institutionis.C.de libe.præter. defendendo contra Bald.quòd requiratur etiam hodie titulus institutionis propter magnos effectus resultantes ex tali titulo. Hanc nostrã declarationem posteà comperi per Gregor. Lopium in.l.13.in gl.2.tit.1. part.6. quæ est notanda in practica aliàs obtenta in iudicio contradictorio. ¶ Quæro, Vtrùm testamentum iuramento firmatum habeat vim clausulæ derogatoriæ circa primum? Ioan. Andr. in regul.quod semel.nume.3.de regul. iur.libr.6.Bart. in.l.si quis in principio testamenti. ff.de lega.primo.& est communis, à qua in iudicando non est recedendum, teste Bartholom.Soci.in.l.si mihi. §.in legatis.num.11.ff.de legat.primo.Bald. Paul. Fulgos.Alexan. & Iaso nu.8. qui dicit hanc communem in.l. sancimus. C. de testamen. Reputat singu.ipsemet Ias.in.l.si conuenerit.colum.4. nume.13.ff.de iurisdi.omni.iudi.Et nobilem Guido Pap.decisi.128.incip. Et pro ista parte.Ioan.Lup. in repe.cap. Per vestras.§.12. incip.Limita tamen & intellige.nume.23.fol. 116. colum.2. dixi ad Segur.in repeti.l.filius dum in ciuitate. nume.23. ff. de verb.obligat.Guiliel.Benedict. in cap. Rainutius.verb.Testamentum.2.num.17. de testamen. quo in loco nume.19.credit procedere istam opinionem altero de duobus concurrentibus, nempe, si testator in posteriori testamento vltra iuramentum in eo interpositum reuocaret generaliter, saltem genericè, omne aliud testamentum à se factũ. Posterior casus erit, si adijceret illud suũ secundum testamentum iuratum omnibus alijs ante hoc conditis præcellere. ¶ Ex qua declaratione deducere licet, testamentum secundum iuratum, non tamẽ habens alteram de prædictis clausulis,inualidũ & nullũ esse quo ad præcedens cõtinens clausulã derogatoriã. ¶ Vtrùm autẽ Tabellio adijciens iuramentũ in testamento sit puniendus pœnis statutis de iure regni in.l.6. tit. primo. libr.3.suprà.& in pragma.182.lib.pragma. Et videtur quòd non: quia tale iuramentum est nullum, ac per consequens ex nullo actu, nullus sequitur effectus,hoc est,pœnæ in tali lege statutæ. per notata à Bald.in.l.non dubium. C. de legi. à Carol. Molynæ.in consuetu.Parisien.titul.primo. §. 22. nume.32.Segur.in.l.prima. §.si vir vxori. nu.157. ff.de acquirend.possess. ibique aliqua addidimus. remota etenim causa principali, & iuramentum remoueri necesse est.l.fin. C.non numerata pecunia. vbi regulatur iuramentum secundum naturam contractus,super quo interponitur. & habetur in lib.5.obseruantiarum Aragonum.rubri. de testam.cuius litera hęc est.Item obseruatur,quòd vltimum testamentum semper valet, licèt primũ testamentum esset iuramento vallatum de non reuocando illud. ¶ Suadetur. Nam vbi principalis contractus nullus est, & legi contrarius, etiam in pœnæ adiectione non tenet.l. Seius & Augerius.l.quod de bonis.ff.ad legem Falcid.l.non dubium.C.de legib.l.fin.ff.de constit. pec.c.Petrus & Guil.de offi.delega.glo.& Felin.in capi.significantibus.colum.vlti.eod.titul. vbi etiam hoc notant Bald.Panormi.& Barba. Felin.in cap.tua.colum.3.

lum.3.de iureiurand. Idem in ca.nobis.de simoni. l. si homo mortuus. l. ita stipulatus. la magna. ff. de verbo.obliga.vbi Rip.nu.36. Alexan. consi.32. lib.2.&ibi Carol.Molinæ.glo.in.l.si patronus.§. patronum.verbo.Fabiana. ff. si quid in fraud.patro. Ias.in.l.impossibilis.col.fin.de verb.obligat. Ias.in.l.si prætextu.1.colum.fin.C.de transact.& in.l.principalibus.num.3.colum.3. ff.si cert. peta. Fabia. de Monte in tracta. de empt. & vend. 6.q. princip.nu.53. Ias.in.§.fuerat.nume.76. Instit. de actionib.&in.l.certi condictio.§.si nummos.nu. 36.ff.si cert.peta.&in.l.ex testamento.col.1.nu.1. versi. Non omitto vnum.C.de fideicom.&in.l.1. §.si vir vxori.col.4.num.18.ff.de acqui.poss.&in l.eius qui in prouincia.§.quas verò.nu.3.ff.si cert. peta.Carol.Molinæ.in consuetu.Parisien.tit. primo.§.primo.glo.5.nu.31.Barto.in.l. diuus Traianus.nu.1.ff.de testam. milit. qui plura adducunt, communem q; fatentur hanc sententiam, nempe cassato principali, & accessorium ac clausulæ in eo contentæ &c. ¶ Ex quo potest intelligi Regia lex 49. Tauri, quòd habeat locum in matrimonio valido, secùs in nullo ratione consanguinitatis, aliove impedimento iuris, ratione prædicta. Tum etiam, quia loquitur de matrimonio valido & vero, probat ibi, *el que contraxere matrimonio.* nã verba in sensu principaliori sunt accipiẽda, & sic in matrimonio de præsenti, & valido, in quo perpetuum præiudicium versatur patri, cùm semel filia nupta, ampliùs non poterit dici virgo, sed vidua, saltem quo ad hominum æstimationem: & habet talis actus perfectus causam in se perpetuã, cùm morte coniugum dissoluatur. De intellectu prædictæ legis latiùs (Deo dante) dicam in.l.vni. titu.6.infrà hoc libro. Et declaratur constit.1. de exhæred.filiorum lib.6.fororum Arago. ibi, nuptias duxerit contrahendas, eandem de bonis dotare minimè teneantur. ¶ Hodie tamen puto, q; etiam si interponatur iuramentum ad validitatẽ testamenti, quòd notarius non incidit in pœnam prædictæ.l.6.titu.11.lib.3.suprà. quia est actus reuocabilis absq; interpositione iuramenti, ergo absq; pœna potuit apponi. argum. eorum, quæ scribuntur à Doctore Didaco Segura in repet.l.1.§. si vir vxori.nu.138.ff.de acq.posse.&est prag.regia.211. fol.158.col.3.regum Catholicorũ. Ex quibus possent Dñi Lusitani.l.1.tit.3.lib.4. ordin.suarum restringere, & intelligere. ¶ Deducitur etiam ex dictis in præcedenti quæstione testamentum iuramento firmatum reuocari posse per secundũ, quãuis reuocans sit periurus. Priorem partem firmat glo.in cap.vltima voluntas.13.q.2.Bald. in authẽ. hoc inter liberos.nu.12.C.de testam.&in authẽt. Sacramenta puberum. nu.14. C. si aduers. vendi. Paul.de Castr.in.l.fi.ad fi.C. si cõtra ius vel vtili. pub.Curti.Senior, qui plures huius sententiæ refert authores consil.52.nu.2.Panor.in capit.sicut. nu.4.de sponsa.Ioan.Coras.in.l.admonendi. nu. 28.ff.de iureiurand.Rip. in capi.1.nu.58. de iudic. Paul.Castren.consil.284.nume.2.libr.1.quorum opinio communis est secundum Imol.in ca.cùm contingat.col.24.nu.35. de iureiurand. & Couar. in rubr.extra isto tit.2.part.nu.15.vbi alios refert, dicentes hanc opinionem communem fore, quos non libet transcribere. Quantum ad secundam videtur quòd reuocans testamentum iuramento firmatum, non sit periurij macula notãdus. Est Barto.sententia in.l. si quis. in principio.nu.14.ff.de lega.3. iterum in.l.stipulatio ista.ff.de verb.oblig. &in.l. cùm duobus. §. idem respondet.1.nu.2.ff. pro socio. Cyn.in.l.1.C.de sacrosan.eccle.col.fin. nu.13. dicens hanc opinionem communem esse legistarum. Alexand.in dict.l.stipulatio.nu.5. Fatetur communem. & Angel.à Gambellio.in tracta. de testam.glo.1.verb. & iurauit. Ioan.Crott. eam defendit in dict.l.stipulatio.nu.18. Ioan.Mayneri.in.l.quandiu.nume.121.ff.de regu. iur. Ias.in.§. item si quis postulante.num. 69. de actio.vbi Gomezi.communem dicit nu. 36. & Ripa in ca. cùm M.nu.72.de consti. Couarru.in rub. de testam.2. part.nu.15. versi. Secunda opinio partim ex præmissis constat. refert Anto.de Rosellis in tract. de Concilijs.§. dubitatur insuper an si beneficium. nu.26.fol.82.col.2.in.10.volumi.tract.secundum impressionem Lugduneñ. Anni 1544. Et Philip. Francus in regul. Quod semel. de regu. iur. libr.6. nu.3. ¶ Ab hac communi Barto. & aliorum libenter recederem, imò firmarem periurum esse ex tali reuocatione, quanuis actus teneat contra iuramentum. Nam licèt lex ciuilis improbet iuramẽtum in pluribus casibus, nihilominus cõtraueniẽs tali iuramẽto à iure ciuili reprobato remanet periurus. Hosti. & Io. Andr. in.c. quemadmodũ. de iureiur. Ang. in tract. de testam. glo.104.col.1. ibiq; respondet ad.l.stipulatio hoc modo. ff. de verbo. oblig. ¶ Secundò. Nam iuramento firmanẽ dispositiones hominũ, etsi sint cõtra bonos mores ciuiles iuris secularis artificio. casus in.c. quãuis pactũ. de pact. lib.6. &.c. cũ contingat. de iureiur. c. licèt. eo. tit. & lib. notat Bal. in.l. pactum. q.18. C. de pactis. ¶ Ergo quanuis cõcedamus tale iuramentum esse contra bonos mores ciuiles, non tamen impeditur effectus iuramenti, cùm ad illud seruandum de iure Canonico, quo in hoc standũ est, sit obligatus. ¶ Tertiò adstipulatur. Nam quanuis secundus actus valeat contra actũ primum iuratũ, nihilominus reuocãs manet periurus. gl. sing. & cõiter approbata secdm Curt. Senio. cõsi. 52. col. 3. nu. 10. quæ est percelebris tenẽs Couar. aliosidẽ dicentes referente in rub. de testa. 2. part. nu. 15. in princ.

& in.2.parte epitomes.4.Decretal.capit.4.nu.9. & cap.6.nu.2.Ripa lib.3.respon.ca.16.nu.8.Imol. in dict.cap.cùm contingat.nu.35.Ludo.Gomezi. in.§.item si quis postulante.nu.36.Insti. de actio. & in.§.quædam.eod.tit.col.6.nu.16.Ias.in.l.duo bus.§.idem Pomponius.num.10. ff.de iureiuran. & in.l. si non sortem.§.si centum.colum.3. nu. 7. ff.de condi.indebi.Alciat.in cap.cùm contingat. num.180.de iureiuran.Deci.consi.475. nume.18. Ludo.Gomezi.in capi.1.nu.71. & nu.139.de constit.lib.6.ergo pro confirmatione istius cõclusionis aduersus prædictam communem sententiam.

Quartò authoritatibus doctorum probãda est hæc opinio,& in primis Ioan.Andr.in capi.quod semel.de regu.iur.lib.6.Paul.Castren.in.l.fin.nume.6.C.si contra ius vel vtili.publi. Imol. inquit tutiorem esse in dict.cap.cùm contingat.num.35. Felin.in cap.cum accessissent.nume.12.& ibi Deci.nume.7.de constit.Imol.in cap.cùm esses. nu. 32.isto titu.Philipp.Corne.consi.60.num.10. lib. 2.Ias.in.l.si ità quis.§.ea lege.num.24. ff. de verb. obligatio.Alexan.in dict.l.stipulatio hoc modo. num.5.eod.titu. Et est communis secundum Alciat.in dict.cap.cùm contingat.num.77.Guiliel. Mayneri.in.l.nemo potest.nume.93.& in.l.quandiu.nu.121.ff.de regu.iur. Couar.de testam.2.par. rub.nu.15.versi. Tertia igitur opinio.Oldrad.consil.127.nu.2.Speculat.de instrum. editio.§. compendiosè.num.25.Felin.in capi. in præsentia.nu. 6.de probatio. Et istam magis communẽ esse profitetur Alexan.consil.18.col.2.num.2.lib.2. quicquid ibi in cõtrarium senserit Carol. Molinæus. ¶Fœdere concordiæ existimo dicendum testamentum secundum cõtra iuramentum primum, existente noua causa,validum esse in vtroq; foro. argumen.tex.in capit.non debet.in princ.de consangui.& affin.& cap.peruenit.de iureiuran.cum simi. ¶Aut nulla superuenit causa de nouo excogitata,& tunc reuocãdo illud,est periurus, ac per consequens in foro canonico, quod tractat de salute animæ,per denuntiationem euangelicã posset impediri,& sic non erit validum,secundũ opinionem Specu.dict.§.compendiosè.nu.25.quam ità intelligendam fore censuit Ioan.Corasi. in dicta.l.admonendi.nu.31.fieri non posse dicitur id, quod cum peccato fieri posset, imò dicitur impossibile,glo.in.l.cùm donationis.C.de transact. l.filius.ff.de condi.insti.glo.in cap.ad audiẽtiam. de sponsalib.verb.habere.igitur nimirum,si in foro Dei sit inualidum tale testamentum secũdum, repugnante primo iuramento cõfirmato. ¶Confirmatur:quia ad seruandum primum testamentũ ratione iuramenti poterit ecclesia compellere illud reuocantem.Singul.est doct.Ioan.Fab.in.l.1. col.fina.ad finem.C.de sacrosan.eccle. ¶Sit ergo conclusio, quòd reuocans ex causa inexcogitata tempore testamenti,ꝙ possit illud mutare, iuxta communem Bart.& aliorum sine periurij labe.Si verò pura voluntas sit,non regulata tali causa,erit periurus,ac posset defendi primũ iuratum, secundùm opinionem communẽ.¶Quæri potest.Aliquis fundauit primogeniũ in filium suum, dicendo, quòd vocabat ad eum suum filium maiorem natu, & sic successit filius atque nepos testatoris in maioria:ex nepote est filia in linea descendenti:est dubium, Vtrùm ista debeat venire excluso masculo fratre collaterali, vel masculus alterius lineæ sit in eo fœminæ præferẽdus? Videtur quòd primogenium fit ad conseruationem familiæ.l. pronuntiatio.§.fina.ff.de verbo. signi. & sic in ea memoria testatoris extinguitur. ergo masculus alterius lineæ in defectum masculorum censeturvocatus,& sic ex voluntate fundatoris erit admittendus.argu.l.in conditionibus.ff.de condi.& demõstra.l.licet.ff.de lega.1.In cõtrarium videtur,quia nomine filiorum fœminæ continentur, nec fit sexus differentia.l.maximum vitium.C.de lib.præteri.ibi,Qui enim tales differentias inducunt,quasi naturæ accusatores existunt,cur non totos masculos generauit, vt vnde generarentur, nõ fiant. l.liberorum.§.fina.ff.de verbor.signifi.Sed fœmina non fuit exclusa,ergo erit admittenda excluso patruo, vel collaterali masculo. Facit, nam si primo genitus reliquerit filiam & fratres, exclusis masculis, veniet ad primogenium patris. Verbi gratia,Cùm duo essent filij,primo genitus successit solus,excluso secundò genito: deinde ipse primo genitus moritur relicta vna tantum filia, certè ea succedit, excluso etiam patruo secundò genito.Nam quandiu supereſt aliquis siue masculus siue fœmina ex linea,ad quam hæreditas semel peruenit,alia linea postposita, non fit trãsitus ad istã lineam iam exclusam.Isernia in cap.1.in prin.nu. 2. De eo qui sibi & hæredi. suis masc. Præpositus in cap.primo.nume.10.fundamento.15.pro nepote. De feudo Marchiæ, Ducatus,& Comitatus. Sigismundus Lofred.consil.39.nume.28. Tiraquellus in tracta. De primogenitura.quæstione.10.nume.21.& quæstione.14.Docto.Couar.lib.Practicarum quæstio.capit.38. numer. octauo. Ioannes Lup.in repetitio.rubr.de donatio. inter virum & vxo.§.69.nume.30. per capit. 1. de natis suc.feud. nam disposita in feudis locum habent in maioratibus, & ferè similia existimari solita sunt secundùm Bald.in.l.cùm antiquioribus.col.6.C.de iure delibe.Couar.lib.3.Variarum resolut.c.5.nu.5. versic.Quintò feuda.& maioratus. Ergo cùm fœmina à primogenio non fuerit exclusa, veniet, etiam patruo excluso, ex suprà dictis. Præterea filiæ si non excludantur expresè sunt habiles ad

succeden-

succedẽdum in maioria, seu regno, deficientibus masculis, de iure, & de facto. Bald. consil. 275. nume. 4. lib. 2. ca. significauit. de rescr. c. licet. de vot. l. 2. tit. 15. part. 2. vbi Grego. Lopez. verb. *La fija mayor*. Probatur in. l. 12. titu. 33. part. 7. vbi habetur, q̃ in eo dubio, vbi ambiguum est ex duobus simul natis, quis iudicãdus sit primò natus, constituitur casus, quo masculus & fœmina simul fuerunt nati, & dicit ipsa lex masculum præsumi primò natum, atque ideo eum habiturum ius, & bona primogenij. Igitur ibi mihi est text. fœminam habituram primogenituram, si constat sine dubio primò genitam fuisse. Sicut Esau respectu fratris Iacob, qui primò in lucem exijsse apparet Geñ. 25. Et sic in specie proposita, cùm non excluserit fœminas in institutione maioriæ fundator, paremq̃ dilectionem habuisse ad vtrunq; sexum apparet. Quod tamen intelligendum est deficiente filio masculo, etiam minore quam sit fœmina: nã hæc interpretatio ex communi sensu omnium recepta est in nostra Hispana republica, vt primogenium secundò genitus, quanuis minor natu excludat filiam primò genitam. Quod consentaneũ est voluntati fundatoris, qui voluit nomen suum perpetuum esse in familia, per transitum verò ad filiam cùm ipsa efficiatur de foro mariti, non est dubium contra voluntatem testatoris fuisse, ergo non est dicendum. l. licet. & ibi Barto. ff. de legat. primo. l. in conditionibus. ff. de condi. & demonstrat. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellia. & quæ notat Paul. Parisi. consil. 71. colum. secunda. libr. 4. Bald. in capi. Cumana. colum. tertia. nu. 5. de electio. & in singulari quæstione Soci. consil. 56. colum. 2. nume. 5. libr. 3. Adde Alberi. in. l. cæterum. §. vxori. nume. 4. ff. de vsu & habi. Grego. Lopez in. l. 21. titul. 31. parti. 3. dicentes, quòd legatum habitationis relictum à marito vxori, si ipsa transeat ad secũdas nuptias, cessat, quia cessat per secundas nuptias memoria mariti prædefuncti: si tamen duraret in viduitate, censetur esse in primo. l. mulieres. C. de incolis. lib. 10. l. 6. titu. 2. lib. 4. supra. præsertim cùm verba secundum communem ac vulgarem hominumq; receptam significationem recipienda sint. cap. ex literis. 1. de sponsa. vbi Præposit. Felin. in cap. cùm tu. nume. 15. de test. & in capi. per tuas. nume. 5. de proba. Iaſ. in. l. 3. §. Nerua filius. nume. 11. ff. de acqui. possess. & in l. stipulatio ista habere. §. hæc stipulatio quoque. nume. octauo. ff. de verborum obligat. cum concord. latè congestis ab And. Tiraquel. lib. primo. de retract. §. secundo. glos. prima. nume. 5. & consuetudo in maioricatibus multùm operari solet. Ioan. Orosc. in. l. de quibus. nume. 69. ff. de legib. Ex quibus videtur dicendum, quòd in iure patronatus, cùm in Hispania fiat ad instar maioriæ, & ob nomen familiæ conseruandum, filius in æquali gradu etiam minor præferatur fœminæ primogenitæ, per rationes, de quibus suprà. Facit notabile dictum Bal. in. l. prima. ff. de sena. vbi masculus præfertur fœminæ, quando inter se discordãt in præsentando. Tradit Deci. in. l. fœminæ. num. 47. versic. 26. Si mulier. ff. de regul. iur. ergo ità dicendum est in quæstiõe proposita. Sed Baldi opinio in præmissa quæstione non multùm vrgere videtur contra fœminam in iure patronatus, quãuis in causa subiecta ab aliquibus fortissimis practicis adduci soleat, vt vidi, quia est intelligẽdum cæteris paribus, vt declarat Felin. in ca. quoniam. ad fin. de testib. & quando prælatus in hac controuersia vellet gratificare præsentato à viro, quare poterit etiam gratificare præsentato à muliere æquale ius habente, vel neutrum admittere, & liberè prouidere lapso tempore presentandi. Et sic dictum Bald. simpliciter adductum, est falsum. Item ille loquitur, cùm ius patronatus competit pluribus in solidum, nos verò, quando vnus tantùm est vocatus ad ius præsentãdi, nam in isto casu masculus minor natu est filiæ fœminæ, etiam si sit maior ætate præferendus, dum tamen aliud ex testatoris voluntate non colligeretur, nempe quia fuit fœmina fundatrix iuris patronatus, & fortè fœminam primò vocasse ad illud iudici appareret, vel ex verbis id colligeretur, nam tunc nõ est faciendum discrimen in spiritualibus inter masculos, & fœminas, cùm omnes vnam mercedem debeant apud Deum recipere. Ad Corinth. 3. & ad Galat. 3. & text. in authenti. de monach. §. hinc autem. collatio. 1. Paul. Citadin. in tract. iuris patro. 3. part. quæst. 3. nu. 9. Pro masculo igitur consulere oportet in dubio. Et ità fuit decisum, quanuis per aliquos iudices & peritissimos cõsultores aliter fuerit consultum ac decisum in gradu appellationis coram metropolitano iudice sancti Iacobi. Ex præmissis ergo constat, quòd masculus erit præferendus sorori primò genitæ existenti in eodem gradu. Ad idem Couar. lib. 3. Variarum resolut. cap. 5. nu. 5. Ac idem in dubio erit dicẽdum in iure patronatus. Si tamẽ vocauit filium primogenitum, & habet filiam successor excludere debet collateralem masculum. Quia cùm filias in linea descendentiũ non excluserit, etiam fœminę competit nomen filij & primogenitæ: præsertim cùm sit proximior respectu lineæ testatori, & etiã antecessori. arg. l. cùm ita legatur. §. in fideicõmisso. ff. de legat. secundo. Couar. insigniter libr. practica. quæstio. capi. 38. vbi agit de. l. 40. Tauri, in qua cautum est, primogenitum ex filio præferendum esse secundò genito, quod in tantum locum habeat, quòd etiã si mares fœminis in maioratibus sint præferendi, attamen filia primogeniti præ-

mortui in vita patris auíque eiuſdem fœminæ excludit patruum maſculum ſecundò genitum, vbi ex conditionibus & legibus primogenij fœmina non excluditur. Hoc enim ex ratione eiuſdem legis approbat Couar. dict. cap. 38. num. 8. vbi citat Sebaſtianum Neapoda. in conſuet. Neapolita. rubri. de ſucceſſ. ab inteſta. verb. ex maſculis. Matthæ. Afflictus in titul. de natura ſucceſsio. feudi. nume. 54. Thom. Grammati. deciſio. 1. nume. 28. referens ita pronunciatum fuiſſe in regno Neapolitano per ipſum Regem Fernandum anno 1480. Quod etiam commemorat Matth. Afflictus vbi ſuprà, qui ab hac opinione non audet recedere, tametſi maximè dubitet, quippe qui ſemper in hac controuerſia declinauerit in fauorem patrui aduerſus fœminam. Sed pro nepte tenent And. Iſernia in cap. 1. nume. 2. de eo qui ſibi & hær. ſuis maſculis. Præpoſitus, Alexandri. in capit. 1. de feudo Marchiæ, Ducatus, & Comitatus. 15. fundamento. Pro nepote. Sigiſmundus Lofredus conſil. 39. nu. 28. Tiraquellus tract. de primogenitura. q. 14. Ioan. Lup. in repet. rubr. de donatio. inter virũ & vxo. §. 69. nume. 26. Et eſt de mente Baldi in. l. venia. colum. fin. C. de in ius vocan. Gregor. Lopez in. l. 3. verb. *Mugeres*. col. 2. in princi. titu. 13. part. 6. quanuis Lofred. Ioan. Lup. Bald. & Gregor. Lop. non ſe explicẽt, an fœmina eo caſu ſit expreſsim à primogenitura excluſa, quo in caſu aliqui errãt, eam admittere exiſtimantes, excluſo patruo maſculo, quia eo caſu non erit admittenda ex conſtitutione fundatoris. Plures alias quæſtiones in materia maioriæ ponit Gregor. Lopez in dict. l. tertia. verb. *Mugeres*. per diſcurſum. 12. columnarum. titul. 13. parti. 6. Triginta & ſeptem quæſtiones in materia maioricatus ponit Antoni. Gomez, omnino videndus in dict. l. 40. Tauri. Quando verò fœmina eſſet excluſa expreſsè ex fundatione, filius ſecundò genitus eſt præferendus nepti, quia maſculus eſt in propinquiori gradu in linea deſcendentium quàm ſit fœmina ex filio primogenito prædefuncto abſque maſculo: quia hoc in caſu maſculus patruus eſt in eadem linea directa fundatoris, & ſic deficiente maſculo ex linea bipartita, venit ad aliam particulam, excluſa nepte. Et poterit eſſe exemplum in difficiliori caſu. Duo fratres maſculi in vna linea ſunt, nẽpe Ioſephus, & Laurentius, ſucceſsit Ioſephus natu maior, bipartitur linea, nam ambo ſimul ad primogenium venire non poſſunt: defunctus eſt Ioſephus ſine filio maſculo, redire oportet ad Laurentium, excluſa fœmina ex inſtitutione fundatoris excludentis fœminas: nam in præſenti caſu defuncto vno, tranſit maioria ad alium fratrem: non enim fit tranſitus de linea ad lineam: nam omnes filij teſtatoris ſunt in vno gradu, eademq; linea, ab vna radice prouenientes, quemadmodum ſunt digiti procedentes ab vna manu, omnes enim ſunt in illa manu, à qua deriuantur. Vel ſi filum retorſum haberes in manu retentum à ſuo principio, quo ſtante, in pluribus filis, ex quibus retorſio conſtat, extendiſſes, quam plura emanarent fila ab vno tamẽ ſubiecto, & in vno puncto pendent omnes rami ſeu fila, & reſpectu radicis in vna linea, & non diuerſa exiſtere, non eſt dubium. Patruus eſt in hoc exemplo, Neptis verò in linea diuerſa & diſtante reſpectu aui, cùm ſit in ſecundo gradu deſcendentium, ergo præferendus erit fœminæ. Ex qua ratione ſi lex Regia. 40. Tauri non eſſet, patruus debet præferri etiam nepoti maſculo, cùm ſit in proximiori gradu, & nepos in remotiori, & ſic admittendus erit in ſolidum, reiectis filijs fratris. contra gloſ. in. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. verb. proximo. ff. de legat. 2. cum qua tranſeũt ibi Imol. colum. fin. verſi. in gloſſa proximo. & Angel. de Periglis. Barthol. Socin. in. l. ſi cognatis. colum. 13. num. 40. ff. de reb. dub. vbi in effectu communem dicit, & Iaſ. conſ. 215. col. 4. in. 3. dubi. lib. 2. cõem veriorem & probabiliorem ac in iudicando & conſulendo tenendam eſſe firmat, & adducit plura fundamenta pro nepote. tenet Ioã. Lup. plures ad id citando in dict. l. 40. Tauri. num. 3. & ſubditis Antoni. Gomez nume. 65. Veriorem & tenendam dicit. Pro hac parte plures refert cõcordantias Bartholomæ. Chaſſanæ. in conſi. 53. §. vndecimo facit. & in Catalogo gloriæ mũdi. 5. part. conſi. 42. verſi. Prima fuit opinio. Capella Toloſana deciſio. 433. incip. Item fuit quæſitum, an ius primogenituræ. vbi Stephan. Auffreri. dicit hanc opinionem & ſententiam communem Guiliel. Benedict. in repet. c. Rainutius. verb. in eodem teſtamento relinquens. in. 1. num. 198. de teſtamen. Boeri. in conſuetu. Bituricen. titul. *Des coſtumes concernans teſtamens*. §. 2. Felin. remiſsiuè in ca. conditis. numer. 15. de præſcriptio. Aequiorem, communiorem, ac melioribus rationibus comprobatam dicit Montolonius in promptuario iuris diuini ac humani. in verb. primogenitus. ſecũdùm relationem Chaſſanæi dict. conſi. 42. Sed in meo libro nullum ſermonem de hoc articulo reperio eo in verbo. Facit Tiraquell. in tract. de primogenitura. quæſt. 40. nu. 13. vbi plures refert, qui hanc opinionem ſequuntur. Et magis communem teſtatur Alciat. lib. 8. iuris Parergon. cap. 15. & de cõſuetudine ſeruari apud quaſcunq; gentes ex relatione aliorum tradit Couar. in dict. cap. 38. verſic. Vndecimò illud. ¶ Contrariam opinionem, imò q̃ in primogenitura inſtituta à teſtatore ſeu homine quolibet fundatore filius ſit admittẽdus tanquã proximior teſtatori, tenet Bal. cõtra gl. in. d. §. in fideicommiſſo. etiam ſi res ad plures deuenire poſsit,

reposit, vt ibi gloss. dicit. Quam sententiam optimè probat Decius in. l. 2. colum. 2. numer. 6. C. de succes. edicto. vbi Ias. & Curti. Et est magis communis, quòd patruus insolidum admittatur, excluso nepote, secundùm Philipp. Deci. consi. 79. dubio. 1. & consi. 480. nume. 9. Pro patruo est magis communis opinio, secundùm Alex. consil. 4. libr. 4. Matthæus de Afflictis in rub. de succesio. feudi. nume. 88. libr. feudorum. & Couar. vbi refert alios in dict. capit. 38. versic. Nec tamen olim. Quanuis ipse ibi numer. 6. etiam non stante lege Tauri regia. 40. existimet verioremillam opinionem, quæ fauet nepoti aduersus patruum. Sed lege regia non stante, veriorem existimarē opinionem, quæ fauet patruo, per rationem suprà dictā, ad quam prædicti non aduertunt, falso existimantes fieri transitū & digressionem de gradu ad gradum, seu de linea ad lineam. Quia & si plures filij sint, remoto eo, qui est in eodem gradu, facit locum secundo, nec fit digressio lineæ, quinimò in eadem est bipartitio per concursum plurium, qui ex natura & lege primogenij non possunt simul venire, sed vnus in solidum: obstaculum primi cessans, veniet ad secundum, cùm sit proximior testatori secundùm veritatem: nam alia est persona patris, alia filiæ, alia nepotis, ergo proximiori gradu inhærens fundatori præferēda erit, hoc est patruus, qui primum gradum & lineam tenet, cùm nepos sit in remotiori fundatori, de cuius bonis agitur, & succesione. Et idem dicendum existimaui in priori parte harum regiarum consti. in 1. prima. colum. 242. titu. 6. lib. 1. loquendo in iure patronatus, vbi ex fundatione filius primogenitus fuit vocatus ad illud, & adduxi duas opiniones inter se ad inuicem pugnantes, vnam pro patruo, alterā pro nepote, vt in præsenti actum est.

Oritur tamen dubium, eo casu, quo aliquis fundauit primogenituram vocādo succesiuè ad eam descendentem natu maiorem, vt fieri solet, cum clausulis solitis, adijciendo clausulam, Et volo, quòd non possit perdi per quodcunq; delictum quantumcunq; nefandum, & enormissimum, siue hæresis, vel criminis læsæ maiestatis committendum (quod Deus auertat) per meum succesorem, nisi fuerit tale crimen commissum in primo capite, hoc est in personam propriam regis. Post aliquos succesores fundatoris, quidam maioriæ possessor commisit crimen læsæ maiestatis in personam vel filiorum regis, seu consiliariorum, vel huiusmodi: est quæstio, Vtrùm sit confiscandum primogenium, vel venire debeat eo condemnato propter tale crimen in sequentem vocatum? Respondendum est ad vocatum, & non ad fiscum transire, ac à quibuscunque possessoribus is vocatus poterit res primogenio debitas vendicare. l. fi. §. sin autem. versi. Quod similiter. C. communia de legat. præsertim cùm possessio iuris & facti remoto antecessore ipso iure absque aliqua corporali apprehensione transeat in ipsum. per. l. 45. Tauri. cum notatis à me ad Segur. in repet. l. quē admodum. num. 103. ff. de acquir. poss. cum declarationibus positis in simili statuto à Tiraquell. in tracta. de morte. 2. parte. 1. declaratione. Præterea quando testator ex facultate à iure sibi concessa posuit clausulam, ne dominium transiret ad fiscum, sed quòd ante præambulam horam quàm crimen committatur, transeat in sequētem in gradu, non venit fiscus, sed vocatus. tex. est singul. in l. Imperator. in princ. ff. de fideicommiss. liberta. vbi litera Modestini Iurisconsulti dicit, Imperator Antonius cùm Firmus Mutiano Tragœdos tres legasset, & adiecisset, quos tibi commendo, ne alicui alij seruiant, publicatis bonis Mutiani, rescripsit debere eos publicè manumitti. Et sic ex illo textu constat rem prohibitam alienari, in fiscum minimè transferri. Quem Barto. notat, & alia iura per eum videnda ad hoc citat & additio. in prædicta. l. Imperator. nu. 1. Iaso in. l. filius familias. §. diui. 2. lectura. num. 19. ff. de legat. 1 Alexā. per nouem fundamenta optimè probat in consil. 23. incip. Testator instituit filios hæredes. lib. 1. & Cremē. singula. 86. Statuto cauetur. citat prædictam regulam. l. Imperator. ex quo sumi potest optimum fundamentum in specie proposita. Hippol. plures ad prædictam conclusionem referēs in singu. 314. incip. Prohibitio alienationis. & in consi. 49. col. fina. nu. 71. nec enim ex hoc dicitur lædi fiscus, quia in pœnis venire dicitur ex causa lucrativa, & in remissione earum nullum damnum pati censetur, vt probat ex Bald. Paul. Parisius consi. 1. num. 22. versi. ea ratione quoniam in pœnis. libr. 4. & Bald. in. l. parentes. colum. 1. versi. Nec enim per hoc dicitur nocere fisco. C. de test lib. ergo excludendo fiscum, & prohibendo, ne bona ad illū venirent in sua fundatione, testator nullum damnū intulit, & valuit per præmissa eius dispositio: nec delictum antecessoris, etiam si sit pater sequētis in gradu in his bonis sequenti in gradu, & sic filio, vel nepoti præiudicium debet inducere: cùm hæc bona non sint delinquentis, sed primi fundatoris, & instituentis vinculū, cui succedere est cōpertum. l. vnum ex familia. §. si de falcidia. ff. de legat. 2. Et delictum patris non nocet nepoti catholico, quo minus habere possit bona propria aui, vt eleganter notat Segur. in repetitione. l. cohæredi. §. cùm filiæ. nume. 73. ff. de vulgari & pupillari. quem citat Iacobus Septimacensis in catholicis instit. capit. 29. nume. septimo. Notat Fernandus Gomez Arias in. l. 4. Tauri. nu. 96. quòd habens filium Iudæum, vel hæreticum, quanuis

ipse sit incapax, poterit tamẽ instituere nepotem catholicum.l. cognouimus.C.de hæretic. Iaso in l.fina.nume.octauo.C.de his quib.vt indig. Ergo si anteces sor,etiam si sit pater, propter eius culpã non debet nocere successori venienti ad maioriã ex vocatione fundatoris,cuius hæres est,ex.l. cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulgari & pupilla. Tum etiam, quia bona subiecta restitutioni, non possunt vllo modo alienari.l.fin.C.de reb.alien.non alien. quam ex pluribus confirmat Anto. Gomezi.in.l.40.nume.81.quæst.27.in constitu.Tauri. nec ex delicto vnius alius est puniẽdus, sed vnusquisque portabit suam iniquitatem. Et sic nec filius pro patre, nec vxor pro marito.l. 77. Tauri. cum ibi traditis à subtili interprete Anto.Gomezio,& Chassanæ.in consuetu.Burgund.rubr.2.§. secundo.numer.1. Et hanc partem probat ibi nu. 15.versi.Item non veniunt.& Hippolyt. in singu. 316.& substitutus excludit fiscum ex cõmuni doctorum sententia in.l.prima.C.de hæred. insti. secundum Gregor.Lopez in.l. 22. verb. *Substitutos.* titu.3.part.6. Igitur & in specie proposita subrogatus ex vi institutionis venire conuenit, excluso fisco. Nec talia bona prohibita alienari potuerunt ex successoris delicto in præiudicium sequentis confiscari,ex his,quæ tradit Ioan.Lup.in tract.de iusti.& iur. obtentionis ac retentio. regni Nauar. 5.part.§.sexto.Bellame.decisio.725. Pro introductione quæstionis & in puncto expresè Antoni. Gomez.in allegat.l.40.quæst.37.nume.91.omnino videndus. Vtrum autem valeat pactum, quòd per delictum non possit amitti feudum, seu maioricatum? Videtur quòd non, nam non valet pactum,per quod in futurum daretur occasio delinquendi.l.conueniri.ff.de pact.dotal. Tum etiam ex Bald.in.l.prima. quæst. 51. nu.43.ff. de rerum diuisio.qui tenet,inualidam esse pactionem, qua cautum constat, per feloniam feudum amitti nõ posse. ¶ Dubitatur præterea, Maritus & vxor vinculum,seu maioriam insimul in eodem testamento fecerunt vni filio. Mortuo marito, vxor vult pro parte suorum bonorum reuocare illud,est dubium an possit? Et videtur non posse reuocari, ex Bald.in.l.pro hæreditarijs.C.de hæredi.actio.colum.fin.nu.13.dicente, quòd donatio causa mortis à duobus simul facta, altero inuito minimè reuocari possit,quia illius interest, ne illa dispositio mutetur. Quod ibi reputat subtile,& notandum. Quem sequitur Iaf.in.l.quæ dotis.colũ.4.nu.45. ff.solut.matri.quanuis ibi Alexan.dubitauerit in nu.8. Sed tamen opinio Bal. ea ratione procedit, quòd ex dicto contractu, etiam facta mentione mortis,sit donatio inter viuos. Sed in casu nostro sui natura est reuocabilis etiam per actum inter viuos,nam lex liberam facultatem reuocandi præst at, quemadmodum constat in.l. 17. Tauri, ibi *o por otro algun contracto entre viuos, ora el hijo este en poder del padre que hizo la dicha mejoria, o no, fasta la hora de su muerte la pueda reuocar quãdo quisiere.* Præterea Bald. loquitur, quando ex causa mrimonij talis pactio fit, quo casu & per præmissam legem Regiam cõstat actum esse irreuocabilẽ, ibi, *anſi como por via de casamiento.* Præterea & secũdo in constitutione primogenij apertè probat Ludoui.Bologni.consil.62. colum. quarta. dicens primogenium à viro & vxore ex communi patrimonio factum ex principis authoritate,altero mortuo, nõ posse à superstite reuocari,etiam ex ea parte,quæ ad superstitis bona spectat, nè illusio fiat defuncto,qui ratione illius communis consensus,illum actum egit, alioqui minimè acturus.Andr. Tiraquell.eum sequitur in tracta.de iure primogeniorum.quæst.octaua.nume. septimo. Quæ sententia procederet,quando primogenium esset factũ ex causa onerosa,nempe,cum tempore matrimonij,vel eo tempore,quo primogenitus fit doctor, rem aliquam coniuges donauerint ea lege,vt ipse primogenitus in ea tantùm succedat, quo in casu liberum non esset solis ipsis parentibus alios filios ad eius rei successionem admittere in præiudicium primogeniti, cui id ius quæsitum est ex prouisione & pacto donantis.argumento.l. finali. ff. de pactis.l.post mortem.§.finali. ff. de bonorum possess.contra tabul.& capitul. primo. & ibi docto.de successio.feud. Et ità respondit nuncupatim Paul. Castrens.consil. 164. In præsenti causa. versic.Sed nos loquimur.colum.sexta.lib.2. Nec enim,ait,alter ex contrahentibus potest legẽ contractui,vel donationi appositã immutare.l.aliud. ff.de solut.iuncta.l.legem.C.de pactis. Quo fit,secundum eum,donantem solum sine donatario reuocare non posse. Et sequitur Deci. consil. 468. colum.penul.versi.Et ad confirmationem.& consil.498.viso casu.colum.tertia.versi.Et ad confirmationem. Et probatur in.l.22. Tauri. ibi, *que en tal caso sean obligados alo cumplir, y hazer.* Et sic his non refragantibus responderi oportet in dubio proposito,melioratione, vinculum, seu maioriam factam à marito & vxore,vel ab alijs duobus simul ex vtriusque bonis,ab vno eorum,altero inuito,vel mortuo,liberè reuocari posse. ex Oldra. consil.174. Thema tale est.dicente,testamentum reuocari posse in specie proposita, etiam altero mortuo,quia sub vna scriptura hic duo testamenta continentur.Et Corneus consil.159. In hac præsenti consultatione.nume.primo. colum. prima. libr.4.Alciat. in.l. licet. verb. Donationis. C.de pactis. Roder. Suarez in repe.l. Quoniam in prioribus.in declaratione.l.9.titul.5. libr. tertio. foro legum.pagin.165.colum.1.num.12. versi. Ad prædicta

dicta facit. C. de inoffi. testamen. Et hanc partem sequitur Doct. Couarru. in rubric. de testamen. 2. part. nume. octauo. versic. Porro, vt id obiter agamus. Cùm igitur hæc sit quædam dispositio à coniugibus facta, suprem iudicij dispositionem præueniens, & inde naturam mutabilem assumens. l. si filia. §. Papinianus. ff. familiæ herciscun. l. fi. C. de pact. l. parentibus. C. de inoffic. testamen. & ex notatis ab Oldrad. consi. 231. vbi respondit, quòd si rex diuisionem fecerit inter filios, eam tenere iurantes, & ità vnum vni regnum assignet, alteri alterum, potest ipse rex, si velit, huiusmodi diuisionem reuocare. Sequitur Bald. in. §. Item sacramenta. colum. penul. versic. Quæ fuit de facto. in titul. De pace iur. firm. & Addi. capellæ Tolosanæ in decisio. 453. vbi Aufrerius dicit hoc de iure esse verius. Latè de hoc per Boeri. decis. 204. Hinc fit, quòd si filius renuntiet hæreditatem patris de eius consensu in fauorem fratris cum iuramento, quòd pater poterit eam reuocare vsque ad mortem iuxta. l. fin. C. de pact. Couar. in repe. c. quanuis pactum. in princ. tertiæ partis. num. 2. de pact. libr. 6. adeò, quòd ex tali reuocatione euanescit quo ad patrē, qui beneficio legis fuit vsus, & quo ad renuntiantem, vt ipse consului & obtinui in facto Salmanticæ contingenti. Quanuis in hoc vltimo velit contrarium Couar. vbi suprà. Sed nostra opinio verior est, ac magis communis, vt posteà comperi Senatorem Regium Fernand. Menchaceñ. lib. de successio. creat. §. 18. num. 200. communem asserentē. Impossibile enim est actum deambulatorium vsque ad extremæ vitæ exitum posse impediri, ac eius hominis liberum arbitriū. Quia, vt ait Seneca libr. 4. in suis tragœdijs, omnia entia naturalia in certis legibus stabilita sunt, quas non possunt relinquere: homo autem leges nullas habet, quas infringere nō possit. Quem refert Guiliel. Benedict. in repet. capit. Rainutius. verb, Testamentum. 12. nu. 25. de testam. vbi ponit aliquas cautelas ad faciendum testamentum irreuocabile. Vna tamen erit, quòd maritus de consensu vxoris & de eius bonis testetur, nam isto casu non admittetur pœnitentia ipsius, postquàm semel consensit, mortuo testante, secūdum Couar. in dict. rubr. 2. parte. nu. 8. versi. Aliud deinde. Et Menchac. de succesio. creatio. libr. 2. §. 17. nu. 80. versi. Quod limita. Roderi. Suarez in dict. repe. l. Quoniam in prioribus. pag. 166. num. 14. per tex. in. l. sicut. §. venditiōis. ff. quibus modis fund. vel hypot. solui. Quam tamen limitationem ipse intelligo, quando ab vxore, vel amico est data facultas disponendi de rebus suis marito, vel socio, vt in proprio testamento, nam tunc morte ipsius cō firmatur, nam aliàs beneficiū tale illusoriū esset, & sic consensus talis habuit vim donationis, vt ille per suum testamentum liberè disponere posset de illis vnà cum suis, vel sine bonis testatoris, quia fortè non habebat. Dum tamen prędicta permissio esset talis, quæ non excederet bona etiam præsentia concedentis. Si tamen vxor concederet potestatem & commissionem testandi pro ea, & suo nomine, quemadmodum ipsa posset illud testamentum reuocare liberè durante eius vita si ab ea personaliter conditum esset, eodem ac fortiori iure factum ab illo commissario, nam morte committentis, & non facientis confirmari non est dubium. ad Hebræos. 9. & cap. cùm Marthæ. §. cæterùm. de celeb. missa. ibi, nouissimum etenim hominis testamentum morte immobile perseuerat, quia testatoris obitu confirmat, iuxta quod Apostolus testamentum in morte asserit confirmatū, alioquin non valet dum vixerit qui testatur &c. ergo cùm sit suum testamentum, poterit ad libitum reuocare, etiam si iurasset ipsum non reuocaturum, vt hac lege suprà habitum est.

Quæritur, Vtrùm successor maioriæ teneatur soluere debita contracta à prædecessore? Videtur quòd teneatur, ex capit. primo. de solu. vbi ait, Sicut filius debita patris soluere tenetur, ità prælatus sui prædecessoris pro ecclesiæ necessitate contracta. Filius autem in maioricatu succedere dicitur non iure proprio, sed hæreditario, secundum Oldrad. consil. 94. maximè à nume. 14. Alberi. in procem. digestorum. §. discipuli. nume. 13. & in. l. donationes quas diuus. colum. 2. num. 4. C. de donatio. inter vi. & vxor. Anchar. in ca. licet. de vot. Panormi. consil. 3. libr. 2. l. 4. titu. 15. part. 2. si hæres tenebitur exonerare conscietiam illius, cuius est hæres, de redditibus, & fructibus primogenij, quia proprietas salua debet manere, cùm in hac successione tantùm veniat ad vsumfructum rerū maioriæ. argumen. text. in cap. intellecto. de iure iuran. Præterea si primogenium non diceretur habuisse à proximo successore, nullo modo posset eo priuari. vt in capit. licet. de vot. nec antecessor posset renuntiare ius primogenituræ, vt constat in cap. quàm periculosum. 7. quæst. 1. cum notatis ab And. Tiraquel. in tracta. primogeni. quæst. 26. & quæst. 86. Et per illum textum absolutè in maiore vigintiquinque annis firmat Cifont. in. l. 40. Tauri. quæstio. 14. & Antoni. Gomezi. quæstione. 16. numer. 70. intelligendo istud dictum, quando primogenitus iam successit in maioria, secùs si pater, vel prædecessor viueret, quia tūc eius voluntas & consensus requiritur, cum perseuerantia vsque ad mortem. argumen. text. singula. in. l. fi. C. de pact. tenet Bald. in authen. Hoc amplius. C. de fideicom. colum. 3. nume. 10. ¶ Præterea hoc probat regia. l. 4. titu. 15. part. 2. Cùm ergo generaliter loquatur, verseturq; maxima æquitas, tam

in ſucceſſoribus regni, quàm in alijs maioricatibus, in quibus veniunt per ſucceſsionem, & ſic nepos repræſentat perſonam patris, & excludit patruum tanquam proximior anteceſſori, hoc eſt, poſſeſſori maioricatus, cuius contẽplatione iſtud ius competit nepoti, per. l. 40. Tauri. Ergo quo ad commodum deſcendentium ſpirituale & temporale voluit teſtator prouidere in præmiſsis bonis, nè animæ eorum detrimentum vllum paterentur in alio ſeculo. Quod cogitãdum eſt. Nam ſi inſtituẽs eo tempore fuiſſet rogatus, hoc ipſum diſpoſuiſſet, præſertim cùm maiorem affectionẽ habuerit ad omnes, qui primò fuerũt nati, & conſequuti primogenium, quàm ad eos, qui poſtmodum ſuperuenerunt, & ſic iſti primi debent præferri in præmiſsis bonis, ratione præmiſſa, & ſucceſſor ex eis debet exonerare conſcientiam anteceſſoris: cùm ſi pater detineretur in vinculis & carceribus temporalibus teneretur ipſum ab eis liberare, quantò magis à pœnis purgatorij, quæ ſunt maximum ſupplicium & vinculum, vt omnibus religiõis Chriſtianæ cultoribus ſatis perſpicuum eſſe conſtat. Facit arguendo de maioria ad feudũ, prout habet Anto. Gomez in dict. l. 40. nu. 77. ergo priuandus erit maioricatu. cap. primo. §. Item qui dominium. verſi. Item ſi delator. ibi, vel ſi cognouerit dominum incluſum, & eum, cùm potuerit, non liberauit, feudum perdit. Item vt ibi patet propter ingratitudinem feudo venit priuandus, ergo & maioria, prout habetur in titul. Quæ ſunt prima cauſa beneficij amitt. lib. 2. feud. notat Gomezi. in dict. l. 40. Tauri. quæſt. 17. nume. 71. His tamen præmiſsis conſtituo hanc concluſionem. Succeſſor maioricatus tenetur ad debita anteceſſoris ſoluenda, quæ fuerunt contracta à primo inſtituente, vel à ſucceſſore in vtilitatem maioriæ, & conſeruationem ipſius, non aliàs, niſi ex decentia, congruẽtia, & æquitate, ſecùs tamen in regni ſucceſſore. Probatur ex dicto cap. primo. de ſolu. in verbis ſuprà relatis, loquendo etiam in prælato. Panormi. ipſum citat conſi. 10. libr. 2. Bertachi. in tracta. De epiſcopis. libr. 4. part. 4. quæſt. 54. nume. 187. & Nicol. Euerard. in locis legalibus, loco 10. verſ. Primò enim non procedit. pag. 133. quo text. cautum eſt, ſucceſſorem duntaxat teneri ad ſolutionem debitorum per defunctum contractorum in neceſsitatem, & vtilitatem eccleſiæ, non aliàs ex mente omnium vbique. ergo ſi poſſeſſor in vtilitatem maioriæ expenſas fecit, debitaque contraxerit, ex fructibus ipſius erunt ſoluenda à ſucceſſore, non autẽ ſi pro ſua tantum cauſa. Quia filius non tenetur pro debitis à patre contractis, nec è conuerſo, niſi pro ea parte, qua ſuus hæres eſt, vt ex pluribus iuribus probat Hippolyt. ſing. 224. incip. Filius non tenetur. Sed eo caſu, quo anteceſſor non fuit inſtitutor immediatus, non fuit hæres in maioria ipſius, ſed primi relinquentis, à quo dicitur habere ſucceſsionem. l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de legat. 2. l. tertia. ff. de interd. & relega. ibi, quæ verò non à patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur ea re manere eis incolumia. cap. ſignificauit. de reſc. Ergo ab eo grauari nõ potuit tacitè, nec expreſsè de rigore iuris. l. ab eo. C. de fideicom. nec in præiudicium ſequentis poterit primogenium renuntiare, ſed tantum in ſuum. Tiraquel. de iure primogeniorum. quæſt. 27. Nec etiam ius patronatus in præiudicium filiorum, ac legitimorum hæredum renuntiare poterit pater, qui non fuit inſtitutor, ſeu fundator illius iuris, vt latè probaui in. l. prima. verb. *le deuan ſucceder*. colum. 240. tit. 6. lib. 1. ordina. Regalium. ergo & in ſpecie propoſita, per ea, quæ adnotauimus ibi. Nec obſtat. capit. quàm periculoſum. 7. quæſt. 1. nam verus intellectus ad illum text. poteſt aſsignari, quòd ibi non fuit pactum vllum de hæreditate viuentis, nec de iure ſuccedendi in bonis, ſed de iure primogenituræ, quod competebat de præſenti, vt inſinuat ibi gl. verbo. Primatus. quia præcedebat in lege veterẽ maior natu, & hoc erat ſeparatum, ac longè diſtãs à ſucceſsione, & poterat per primogenitum cedi, emi, & tranſmitti, præſertim cum iuramẽto. Nam iura, quæ quis habet de præſenti, quilibet in ſuũ damnum tantùm poteſt renuntiare. l. mater decedens. ff. de inoffic. teſtam. l. poſt mortem. C. de fideicom. ex Deci. conſil. 443. colum. 5. numer. 28. lib. 4. Carol. Molin. in conſuetu. Pariſien. tit. primo. §. octauo. gloſ. 3. num. 26. cum ſequent. ¶ Nec obſtat cap. licet. devot. quo tex. filius priuatur obvotũ patris neglectum hæreditate, & regno. Quia intelligitur ex eo, quia ipſe huic grauamini aſſenſit expreſsè, vt probant verba text. ibi, à patre iunctum. & ibi, à teſponte ſuſceptum. Nam aliàs in legitima non poſſet grauari, cùm piæ cauſæ ſit præferenda. Igitur ſi priuatur ibi legitima, fuit ex proprio conſenſu, & potuit. l. nõ putauit. §. ſi quis ſua manu. ff. de bono. poſſ. contra tabul. ſing. ſecundum Imol. in. l. filio præterito. nu. 42. ff. de iniuſt. rup. Deci. l. nemo fraudare videtur. ff. de reg. iur. Ioan. Lup. in repeti. rubr. de donat. inter vi. & vxo. §. 47. colum. 1. Et ſic præteritioni de ſe factæ eo caſu, quo ipſe approbabit, teſtamentũ non erit nullum ex præmiſsis. Iaſ. in. l. inter cætera. nu. 11. ff. de liberis & poſthum. vbi dixit communem. & in. l. poſthumo. nume. 10. C. de bono. poſſ. contra tabul. Et defendit tanquam veriorem Guilielm. Benedict. in repe. cap. Rainutius. 1. num. 105. cum ſequen. de teſtamen. Sed quòd poſsit filius approbare teſtamẽtum nullum, in quo fuit præteritus, conſtat ex præmiſsis. Et hanc ſentẽtiam communem

nem dicit Alexan.in.l.posthumo.nume.27. præallega.& Greg.Lopez in.l.9. verb. *Ge lo otorgasse.* titul.8.parti.1.vbi sic dicit.adde capi.licet.de vot. ad cuius capituli intel lectū confert ista lex, quòd filius Regis acceptauit votum paternum, promittēs ipsius exe cutionem. Idem notat in l.8.tit.10. parti.6.Facit, nā in re propria pōt quis consentire, vt adijciatur grauamē.l.sicut. §. venditiōis. ff. qb. modis pign. vel hypot.solui. ergo fortiori ratione in legitima,quæ debita non firmatur,sed quasi filio debita.glos.in.l.tertia. C.de iur.& fact.igno.Segur. dicit approbatam eius sententiam in repet.l.tertiæ.§.fina.nume.115.vbi plura dixi ad illam in additione.ff.de libe.& posthu. aliàs enim nō posset onerari in legitima, nec eius commodo priuari, quanuis non fecerit inuentarium,& iussa testatoris non impleuerit, quoniam eam legis beneficio habet,& nō hominis,aut hoc amplius.C.de fideicom.l. si arrogator. ff. de adoptio.Guillel.Bened.in rep.capi.Rainutius.verb. si absque liberis.2.nu.196. de testamen. ergo non poterit ex causis præmissis onerari, seu legitima priuari.Carol.Molin.in consuetu. Parisien. tit.1. §.octauo.glo.3.quæst.3.num.10.&.11. Quo fit falsam interpretationem communem ad dict. cap.licet.esse, qua dicitur, quempiam hæreditati indiuiduæ, seu regno ob causam pietatis non impletam seruari posse,vt Suarez in repet.l. Quoniam in prioribus.nume.20.fol.6.C.de inoffic.testam. asserebat. Nam si non habet locum in legitima, quæ per partes potest verificari, longè minus locum habebit in tota ratione indiuiduitatis, ne filius ex sola patris voluntate toto suo iure destituatur.Cum ergo non sit honoratus, grauari non potuit.l.planè.2.§.fina.ff.de pet.hær.l.ab eo.C.de fideicom.vt etiam probat Dida. Segur.in repe. l.3. §.fina.nume.112.vbi latè dixi.ff. de lib. & posthu. & Fernand.Loazes in repeti.l.filiusfamilias.§.diui.colum.12.nume.71.ff.de legat.1. Ioan.Lecerier lib.3.de primogenitura. quæst.6.Couar.in capi. si hæredes.nume.9.de testam. & sic nimirum si priuari possit legitima quo ad suum præiudicium, & sic etiam regno, maioratu, ducatu, seu comitatu, quatenus habet ius in eo ad vitam, non tamen in præiudicium successorum,qui beneficio fundato

heredero o legatario no quisiere acceptar o renunciare la herẽcia, o legado: el sostituto, o sostitutos lo puedan auer todo. Y mandamos † otrosi, que vala el testamento que fuere hecho con buenos testimonios.

ADDICION.

¶ *Concuerda con la ley.1.tit.4. libr.5. de la Recopilacion.*

ris,& non antecessoris patris, vel aliàs habent ex præmissis, quoniam à patre offenso non accepit ius,sed aliunde.Carol.Molin.in consue.Parisien. titu.1.§.octauo.glos.3. quæst.3.nu.12.fol.113.Ergo filius ingratus iure primogenituræ propter ingratitudinē priuari non poterit in specie proposita.ex Carolo Molineovbi suprà. Nam in capi. licet. regno priuat, nō ob ingratitudinē, sed propter inobedientiā cōtra Papam iubentem votum adimplere: nam ibi filius promisit votum ad effectum perducere, & ideo tenebatur illud adimplere,vt suprà diximus,& monitus à Papa,vt propriam promissionē absolueret,agere fortè noluit, atque ob istam causam pro nimia contumacia excommunicatus fuit, & in ea pertinaciter insistens,ab ipso Romano Pontifice indignus regno iudicatur,ac priuatur. argum. ca.grandi.de suppl.negl.præla.lib. 6. vbi ex causa à Papa quis priuari potest regno.capi. Apostolicæ. de re iudi.eod.libr.6.capi.Adrianus.63. distin.ca.alius. 15.quæst.6.tradit latè Ioan.Lup.in tracta.de iusti. & iur.regni Nauar. 2. parte. §.7. & sic meritò fuit priuatus regno.Et potest esse verus intellectus ad dict.capit.licet.& in lectione assignaui dum legerem Salmanticæ titulum,De voto,Anno ab orbe Redempto 1549. Nec obstat.l.4. titu.15.parti.2. nam intelligitur in regno,& rex iure hæreditario succedit,primogenitus aūt iure electionis. Quod constat,quia non venit vt hæres, cum possit prælegatum acceptare,& hereditatem repudiare.l.21. Tauri.Nec minùs obstat tex.in ca.1.de solu. nam loquitur in prælato, prout etiā iura similia, quod est diuersum à nostro casu. Nam qui succedit in feudum,seu maioricatum,nihil de nouo acquirit, sed tantùm acquisitum à primo constituente dicitur consequi.ex glos.fina.in cap.primo.de feudi cogni.vbi Bal.nu. 5. dicit. Tene menti pulchrum dictum,& sapidum modum loquendi. Et dicit signandam Præpos.colum.pen. ad fin.idem Præpos.in cap.primo.colum.10.versic.18.sic argu.de feudo Marchiæ. Facit etiam. Nam in fideicommissis nunquam filius repræsentat personam patris. Decius plures alios ad hoc citans in.l.2.nu.4. C.vnde liber. Successor autem in maioricatu est huiusmodi.ergo &c. Præterea comprobatur. Nā

† Y mandamos. Hæc verba nō reperiūtur in l.ordina.de Alcala.titu. 19. Anno 1386.l.vnica.vbi est originaliter. vide tamen hic à me scripta pro eorum verborum intellectu.

qui capit emphyteusim in morte patris, capit à domino emphyteusis, & non à patre: & sic ratione emphyteusis non tenebitur ad debita patris, quippe cùm beneficio domini concedentis dicatur habere. Et idem est in his, qui habent aliquas domos à consistorio ciuitatis Salmanticensis, alterius ve ciuitatis ad vitam suam & alterius post eius vitam: nam successor non dicitur primi emphyteutæ, sed ciuitatis, & sic non tenebitur stare locationi, Quemadmodũ successor beneficij per mortem, seu resignationem prædecessoris, quia non ab eo, sed à Papa consequitur beneficiũ, ac proinde non tenebitur ad id, quod tenebatur gratia sui tantùm prædecessor. Et quia id sæpe cõtingit, est memoriæ commendandum. Et de emphyteusi, quòd non dicatur beneficio patris obtentum, sed domini concedentis, probatur ex Bartho. elegan ter in l. mortis causa capitur. in princ. num. 1. ff. de donatio. causa mort. quem sequitur Segur. in tracta. de bonis lucrat. constant. matrim. num. 88. & confirmatur ex ibi dictis ab eo. nume. 86. versicu. Imò lex hoc concessit vxori. & quæ ibi dixi. Et dictum Barto. dicit singulare Ias. in. l. in emphyteuticarijs. nume. 210. C. de iure emphy. Et confir matur ex Francis. de Aret. consil. 14. col. 8. versic. Præterea quando pater. nu. 14. Dixi in meo indice. verb. Emphyteusis. col. 3. versi. Circa præmissa est dubium. & in quæst. 266. incip. Titius. Facit etiam illud quod tradit Ioan. de Platea in. l. proui dendum. C. de decurio. lib. 10. col. 4. per text. ibi, quòd si aliquis fuit electus in dignitatem per successionem, vel electionem non tenetur soluere debita antecessoris. Quo in loco inquit etiam, q si debitum fuit vtile, & voluntarium, successor nõ tenetur, si tamen necessarium tenebitur, vt diximus in assertione. Quæ etiam ex. l. Tauri. 46. pro banda erit, per argumentum à fortiori, vbi dicit, quòd reparata, & ædificata in maioricatu peti nõ possunt ab vxore prædefuncti, nec successor tene tur soluere æstimationem sumptuum pro parte dimidia. Circa quam regiam legem vltrà Lup. & alios Hispanos interpretes ibi, vide Ioan. Lup. in repe. rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 60. col. fin. & §. 62. num. 15. fol. 38. vbi dicit, quòd illa lex est iniqua, quam semper putauit futuris temporibus im probari. Sed (eius pace salua) non continet iniquitatem: nam lucra constante matrimonio inter cõ iuges superlucrata veniunt sine suo labore, sed ex legis beneficio, ideo nimirum, si à lege auferantur fauore familiarum conseruandarum. Quo respectu primogenia dicuntur fauorem, & non odium continere à Carol. Moli. in consuet. Parisiẽ. tit. 1. §. 8. glo. 3. q. 6. nu. 30. quam iustificat Arias Pinel. in. l. 1. par. 2. nu. 71. versic. Ex quibus in filio. C. de bonis maternis. Finaliter hanc partẽ probat Bal. in authen. Hoc amplius. C. de fideicom. secundũ Manchacen. libr. 3. de successio. creat. §. 26. nu. 51. Meliùs probat Carol. Molin. in constit. Parisien. §. 11. nu. 8. prioris partis. Et per octo fundamenta concludit Fernandus Gomez Arias in. l. 44. nu. 39. Tauri. vbi ita in consilio Regis fuisse decisum tempore Caroli Imperatoris fatetur. Et Greg. Lopez in. l. 4. tit. 15. part. 2. verb. *Sus dendas*. vbi refert Carol. Molinæ. aduertentem Oldrad. loquutum fuisse in regno Aragoniæ, & Maioricarum, quando delata fuit tota & vniuersalis successio iure primogenituræ. Ex Ioan. etiam Lup. qui tetigit in repe. c. per vestras. §. 18. nu. 37. de donatio. inter virum & vxo. Et cõcludit bona maioratus in distinctè præscribi posse. Pinel. in authen. Nisi tricennale. nu. 23. C. de bo. mater. resolutionem ex pluribus refert, volentibus præscriptionem ordinariam non procedere, longissimam tamen admittendam. Et plura in hoc diligenter aduertit. Et videtur nunquã posse præscribi, quippe cùm absq; possessione nunquam procedere valeat præscriptio. l. sine possessione. ff. de vsucap. sed possessio à morte antecessoris transfertur tam ciuilis quàm naturalis in sequentem in gradu absque aliquo facto. vt in. l. 45. Taur. Quod fieri potest, vt probat Huberti. Zucard. in repeti. l. fina. nume. 105. C. de edict. diui Adria. toll. post Ias. in. l. 1. num. 7. C. cõmunia delega. & Ioan. Bernar. Diaz in tract. regularum cum fallent. reg. 562. incip. Possessio rerum hæreditariarum. vbi dicit communem. igitur præscribi non poterit, attento iure Castellæ. tetigi in l. 6. in glo. fin. tit. 13. lib. 3. suprà. Circa præmissa dubitatur, quæ sit forma licentiæ Principis ad constituendum maioricatũ, & forma instrumẽti ipsius?

Dicendum formam licentiæ esse huiusmodi.

Forma licentiæ ad constituendum Maioricatum.

IN DEI nomine Amen. Sepan quantos esta carta de publico instrumento de Mayorazgo vieren, como yo el Doctor Diego Perez de Salamanca, vezino de la ciudad de Salamanca por virtud de la licencia à mi dada por la Real magestad para hazer mayoradgo, el tenor de la qual es este que se sigue.

DON PHELIPPE por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon &c. Por quãto de parte del Doctor Diego Perez, vezino de la ciudad de Salamanca nos fue fecha relacion,

que vos

tas, quæ est tempore, quo geritur negotium, considerari oportet, licèt perueniat ad talem casum, in quo peruenire non posset, si ab initio esset in rebus humanis, vt probatur ex his, quæ diximus in.l.1.verb. *Edad cumplida.* titu.3.libr.isto.5.infrâ. Sed quando venit casus substitutionis, non erat natus aliquis filius, qui posset repellere filium legitimatũ, nec etiam si postea superuenerit semel conditio in sua persona verificata, ei obstabit, & ex suis fundamentis in simili quæstione adductis à me in.l.prima.glo.1. versi. Nonò mouetur talis quæstio.colum.230.titu.6.libr.1.suprà. & in.l. 10. in glo.1.versi. Quæro clericus in minoribus. tit.1. libr.3. suprâ. quibus optimè conducunt quæ latè tradit Deci.consil.24.nu.2. vbi adducit octo fundamenta. ¶ Tertiò comprobatur ex.l.interuenit. ff.de legat.præstand.vbi ad legatum factum liberis, illi tantùm sunt admittendi, qui reperiuntur esse de numero liberorum tempore, quo dies legati cessit, vbi Triphonius Iurisconsultus ait, interuenit illa quæstio, quando de liberorum numero esse debeat is, cui legatum datum est, vt id ferre possit à filio contra tab.bonorum possessionis accipiente: & placet sufficere in ea necessitudine tunc esse, quando dies legati cedit. Sed filius naturalis substitutus fuit huiusmodi. ergo &c. Et hanc partem in simili casu consuluit Paul. Castr. consi.16.nume.5. lib.2. Et istam quæstionem ponit Gregor.Lopius in.l.10.verb. *Otorgado todos de Jo vno.* titul.31.part.3. vbi reputat difficilem ac cogitandum reliquit, quia lis sub iudice erat. ¶ Quæritur, Vtrùm bona prohibita alienari propter delictum hæresis, vel criminis læsæ maiestatis confiscari possint? Videtur quòd non: nam per expressam alienationem non potuit, ergo nec per tacitam, & sic per delictum. Tum etiam ex. l. Imperator.ff.de fideicom.liberta.ibi, publicatis bonis Mutiani rescripsit debere eos publicè manumitti. vbi Barto.dicit, Nota quòd res, quæ est prohibita alienari, non potest deuenire in fiscum propter publicationem.vt in.l.si in libertinum. ff.de bon.lib.l.Statius Florus.§.Cornelio fœlici. ff. de iur.fisci.l.iura libertorum.ff.de iur. patro. vbi inquit Marcell.I.C. Iura libertorum paternorum liberis, cùm pater eorum erat perduellionis damnatus salua esse diui Seuerus & Antoninus benignissimè rescripserunt.l.eorum qui. ff. ad legem Iuli.maiest.c.fœlicis.§.si qua verò. de pœnis. lib. 6.l.Papinianus. §. meminisse. ibi, Cæterùm si id rogatus fuit restituere, non debet iniuria fieri. ff. de inoffi.testa.l.cùm pater.§.hæreditatem.1.ff.de lega.2.Alexand.in consil.23. Opportunè considera tis.lib.1.repetitum.consi.88.lib.3.Hippolyt.singula.314.& consil.49.nume.71.Ias. in.l.vltima.§. penul.not.1.C.communia de lega.& in.l.filius familias.§.diui.num.19.in.2.lectu.ff.de lega.1.vbi Ioã. Crott.num.32. Rip.46.Loazes nume.114. Nicol. Boeri.decisi.278.num.6.Ioan.Lup.in repe.c.per vestras.§.38.fol.75.col.2.num.6.Ioan. Lup.in tracta.de iusti. & iure. obtentio.ac retentionis regni Nauarræ.5.part.§.sexto. ¶ Tamen commoditas & vsusfructus de iure viuente delinquente sunt penes fiscum, quousque naturaliter mortuus sit. dict.§.Cornelio fœlici.& Ioan. Lup.in dict.§.38. num.8.Et ideo in institutione maioratus assignatur optima cautela, quod dicat instituens, Rogo successorem meum huius primogenij, vt sit Catholicus, sanctamq; fidem habeat, & quòd fidelis semper existat pro tempore domino Regi: si autẽ contrarium fecerit, priuo eum vna die antequàm cõmittat tale crimen maioratu, & volo vt transeat statim in sequentem in gradu. Et bene potest fieri per.l.nõ impossibile.ff.de pact. præsertim cùm faciat cum licentia Regis præmissa, quæ præstat ei authoritatem, & confirmationem, & sic factam institutionem cum suis vinculis censetur à rege.§. sed ius quidem.Insti.de iur.natur.secundùm Angel.notantem, nostrum dici, quod confirmamus, quanuis non confecerimus.l.1. §. nam omnia. C. de vet.iur.enuclean. Deducitur etiam hæc cautela ex Catel.Cotta in memori.iur.verb. testamentum. ¶ Sed est dubium, quomodo successor, si filius est committentis crimen læsæ maiestatis, aut perduellionis, possit venire ad vinculum, seu maioriam, cùm propter patris delictum effectus sit incapax. vt in.l.quisquis.C.ad legem Iuli.maiest. in.§.filij verò.dum inquit, ac successione habeantur alieni testamentis extraneorum nihil capiãt. l.2.titu.2.parti. 7. igitur parum vtilis erit cautela. Et per alia, quæ deducit Gregor. Lopez in dict.l. secunda. verb. *mandas que le fueren hechas.* Pro cuius expositiõe faciendę sunt ex mente ipsius Gregorij Lopez sequentes cõclusiones, quarum prior est. ¶ Filij committentis crimen per duellionis, sunt insuccessibiles in Comitatu, Ducatu, seu Marchionatu, aliave simili dignitate. Constat. Nam filij istorum sunt infames, quibus portæ dignitatis sunt occlusæ regul. Infames. de regu.iur. libr.sexto. ¶ Secunda conclusio. Tales filij possunt succedere in maioratu, vel primogenio non habẽte dignitatem constitutam siue ex Regis donatione, vel inter viuos per contractũ. Nã cessante legis. quisquis. præalleg.ratione, &.d.l. partitæ meritò debet cessare illarum dispositio, cùm materia sit odiosa, & pœnalis.cap. hæc autem.de pœnitentia distinct.1.regu.Odia.de regu. iur.libr.6. Bald.in.l. tertia. colum. final.de hæredi. Institu. Quæ tamen non procedit, quãdo primogenium esset institutũ in testamento, cùm hæreditas dicatur obuenire de iure ciuili. l. lege obuenire. ff. de verbo.

verborum significa. princeps eos filios alienos esse voluit à tali successione, quatenus est iuris ciuilis, non in quantum est de iure gentium, vt ex con tractu. ¶ Tertia conclusio. Prædictus filius per duellionis potest succedere in maioricatu, vel vinculo facto in tertio & quinto bonorum irreuocabiliter per contractum inter viuos virtute. l. Taurinæ. 17. l. perfecta donatio. C. de donationibus. quæ sub mod. l. donationes. §. fina. ff. de donationib. Si tamen donator pater reseruauit sibi vsumfructum, eo viuente confiscabitur, & fiscus habebit. ex dict. l. Statius Florus. §. Cornelio fœlici. ff. de iure fis. nisi aliud cautum sit in fundatione maioratus. ¶ Quarta conclusio. Quando per testamentum conditum ac institutum fuit primogenium, seu vinculum cùm pater propter crimen perduellionis sit factus intestabilis, filius non succedit. vt in dicta. l. quisquis. & l. 16. titul. primo. parti. sexta. ¶ Quinta conclusio. Primogenium institutum facultate regia, cum conditione, quòd quanuis possessor commiserit crimen læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, nihilominus transeat in sequentem vocatum per fundatorem, commisso crimine, transit in filium, quia incapacitatis nota ablata fuit à Principe. Bald. in capitu. primo. §. denique. versic. Porrò si dominus. de feudo guar. lib. feudor. Quod limitandum censet, præterquàm si tale crimen proditorie commissum sit. capitu. primo, an ille qui interficit fratrem domini sui. Facit. l. vnica. C. de conducto. & procura. libr. vndecimo. & ibi Platea. Ita Gregorius Lopez in l. secunda. titu. secundo. part. septima. in glo. *mandas*. colum. fina. versi. Quid autem si in facultate. Notabis præmissam quæstionem: quia in regijs tribunalibus sæpe contingere solet, & est satis dubia secundum Gregorium Lopez loco præcitato. Optimè agit de hoc Anton. Gomez in. l. 40. Tauri quæst. 37. nume. 91. & ibi. quæstio. 23. nume. 77. agit, Vtrum validum sit argumentum de feudo ad maioratum. ¶ Est tamen dubium, an verba facta à legibus Tauri in fauorem primogenitorum ne teneantur meliorationes factæ in domibus, & turribus primogenij communicare cum vxore reparantis, meliorantis, seu ædificantis, vt est. l. 46. incip. *Todas las fortalezas*. locum habeant in meliorationibus factis à possessore bonorum subiectorum restitutioni per viam vinculi absque licentia Regis? Videtur, quòd cùm sit statutum in præiudicium vxorum, quæ priuantur suis lucris, & aliàs irrationabile, nō debeat dilatari vltra casum, in quo loquitur, dicendo de mayoradgo, ad bona vinculata, quæ diuersum nomen habent, ac per consequens diuersam dispositionem. l. siidem. C. de codicill. ex Bald. in. l. quicunque. nume. 11. C. de seruis fugiti. & per ea, quæ in dict. l. 46. num. 3. notat Ioannes Lupus. Et sic vxor, eiusve hæredes pro sua parte poterunt recuperare æstimationem meliorationum expensarum in talibus ædificijs, reparationibus, seu meliorationibus res vinculatæ, cùm melioramenta sint quid proprium, ac hæreditarium. Bald. in. l. penul. C. de solu. Angel. in l. Senatus. §. Marcellus. ff. de legat. primo. Boeri. decisio. 19. num. tertio. dicendo istam verisimam esse opinionem, ergo & in specie proposita.

Præterea constitutio præstans priuilegium ita est accipienda, vt minus præiudicium iuri alterius paretur, sed vtroque casu inducit præiudicium, ergo tantum in expresso est accipienda, & sic in maioratu propriè sumpto. Tum etiam, quia esset dare ansam fraudandi vxori possessoris vinculi sub prætextu melioratione rei subiectæ restitutioni, non enim solùm priuaret vxori lucris sibi debitis, verùm etiam cæteris liberis, quibus debetur in talibus conquæstis legitima debita iure naturæ, prout suprà annotatum est, quod valde iniquum est, ideoque fatendum esse legem Taurinam loquentem in bonis vinculatis per licentiam Regis, extendendam non esse ad bona vinculata per particularem absque authoritate Regis non expressa in lege. argumen. cap. ad audientiam. de decim. Et hæc nobis visa fuerunt, salua saniori sententia pro tempore, quo fuimus de hoc dubio consulti, & nunc cogitandum Lectori relinquendum censuimus, cùm authorem non designemus pro nūc, ne inuenerimus. ¶ Fuit mihi quæstio proposita, Petrus Titium hæredem instituit, pluraque legata in eo reliquit: qui postea audiens ex aliquo casu mortuum fuisse in noua Castella primum hæredem, de quo suprà. ¶ Secundò testamentum fecit, faciens commemorationem primi hæredis, dicens, Quia Titius, quem primò meum hæredem instituì, mortuum esse mihi assertum est, ideo talem instituo. Apparet nunc viuus hæres primò institutus, dicitque primum testamentum valere, ac sibi competere hæreditatem, & non secundò instituto, quæritur quidiuris? Respondendum erit pro Titio de æquitate, præstabit tamen legata relicta in secūdo. Imò non erit ruptum primum: quia falsus rumor non debet obesse, vel prodesse. l. falsa. & ibi nota. ff. de conditioni. & demonstra. cap. super eo. de eo qui cogno. consang. vxo. suę. Tum etiam, quia ex capite institutionis in prædicto testamento secundo constat primum hæredē voluisse habere hæreditatem si viueret, eo tamen mortuo fecit secundum, ergo eius volūtas est pro primo, ac seruanda. l. in conditionibus. ff. de condi. & demonstra. ¶ Tum etiam & tertiò ex. l. fin. ff. de hæred. insti. Speculat. de instr. editio. §. compendiosè. nu. 28. versi. Quid si is qui testamētum fecit. Regia lex 21. vbi omnino per nouissimum

glossatorem, Regiumque Senatorem meritissimum. titu. primo. part. sexta. vbi poteritis videre. ¶ Vtrùm autem legatum dotis in eo factum, nempe, relinquo mille Isabellæ, si contraxerit matrimonium, si autem ingressa fuerit religionem, relinquo quingentos aureos: Ingressa fuit religionem, ibique professa, & petijt mille, est dubium, an hæres teneatur ei dare mille, aut quingentos? ¶ Videtur quòd debeantur mille, ne inducat viduitatem circa vitæ contemplatiuæ electionem. argu. tex. in. l. Titiæ si non nupserit. ff. de condit. & demonstra. l. quoties. eod. titul. Secundò ne impediatur optimum bonum, iuxta illud euang. testimonium, Porrò vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea. ¶ Secundò ea, quæ actum contrarium legi impediunt, facto disponentis non possunt impediri, sed huiusmodi fuit in specie proposita. ergo &c. Hanc partem in proprijs terminis tenet Bart. in. l. 2. nu. 2. ff. de his quæ pœnæ nomine relinq. Romanus in. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. obliga. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in rub. col. 3. de statu monacho. Alex. consil. 121. nu. 9. lib. 2. Hippolyt. plura ad hoc adducens dicit hanc sententiã communem esse in rub. ff. de fideiusso. nu. 127. & iterum in singu. 215. Decius consi. 674. nu. 5. lib. 5. Ioan. Crott. in. l. nemo potest. nu. 71. ff. de legat. 1. Paulus Parisi. consil. 65. nu. 14. lib. 2. Felin. in cap. in præsentia. nu. 37. de probatio. Couar. lib. 1. Variarum resolut. 1. cap. 19. nu. 9. Emmanuel Acosta Lusitanus, præclari ac subtilis ingenij vir in. l. cum tale. §. si arbitratu. ff. ampliatio. nu. 4. ff. de condi. & demonstra. Ferdinan. Loaz. Episcopus de Tortosa meritissimus in tract. Super noua paga. conuersio. regni Valentiæ. col. 2. nu. 3. Et est magis cõmunis opinio secundum Iaso. in authenti. Si qua mulier. num. 14. C. de sacrosan. eccle. Rip. in. l. prima. num. 62. ff. solu. mat. & Ioan. Duarenus Gualdens. de arte testandi. titul. 6. caut. 64. nu. primo. ¶ Cõtrariam tamen opinionẽ veriorem iuris esse videtur, cùm voluntas testatoris non sit trahenda ad casum ab eo excluſum, dicẽdo, si nupserit &c. cùm ipse distinxerit casus suæ dispositioni, & voluntas sit clara, non est locus coniecturis. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligat. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. de lega. tertio. Tum etiam, quia iuris interpretatio habet locum, quando coadiuuat voluntati testatoris verisimili. vt in. §. sed hoc præsenti. in authenti. de sanctissi. episco. collatio. 9. quæ cessat, vbi de opposita constat, vt in casu præmisso, nec ex paruo legato pro ingressu religionis: cùm mundum, & omnia in eo contenta seruus Christi à se reijciat absque premij temporalis consideratione. Vbi est spiritus Dei, ibi libertas. Et, qui Dei spiritu aguntur, non sunt sub lege Apostol. 2. ad Corinth. 3. capit. licet. de regulari. ¶ Quam opinionem ex alia communi sententia Doctorum probanda esse tertio loco, qua cauetur, quòd quando testator reliquit legatum Illefonso Ferdinandez, & si decesserit sine filijs legitimis ex suo corpore natis. substituit Petrum, Illefonso transeunte ad religionem, locum esse substituto Petro, pulso monasterio, rationibus præmissis, profitentur in specie Iacob. de Bello viso, & Rayne. in dicto. §. Et hoc præsenti. Et est communis sententia secundum Salice. in authen. Nisi rogati. colum. 2. versicu. Secundò iuxta hoc quæro. C. ad Trebellianum, & Albert. in. l. cùm vir. ff. de condi. & demonstratio. Felinus in dict. cap. in præsentia. nume. 36. in princip. colum. 2. illius numeri. & Nicola. Boeri. decisio. 354. nume. 3. cum sequent. ¶ Scio tamen controuersam istam communem opinionem, imò quòd monasteriũ, excluso Petro substituto, sit admittendum. Bart. in. l. si ita quis. §. fin. ff. de legat. secundo. & in consil. 1. Et dixit communem Corne. in dict. authen. Nisi rogati. colum. secunda. Francisc. de Rip. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 37. ff. ad Trebelli. Philippus Deci. in dict. capit. in præsentia. nume. 58. Et est magis communis teste Alexã. consi. 121. nume. 11. vbi Carol. Molinæ. lib. 2. Tamen ex prędictis videtur priorem esse tenendam, & si durum censeam iudicare contra ecclesiam. ¶ Ex eadem radice videtur tenendam esse hanc posteriorem sententiam, quòd mulier intrans religionem non debeat consequi nisi quingentos aureos. Et est æquior, & communis secundum Paul. de Cast. in l. fina. nume. 5. C. de episcopis & cleric. & in dict. authenti. Nisi rogati. nume. 3. & in. l. Titiæ si nupserit. nume. 2. ff. de condi. & demonstr. Deci. in dict. capit. in præsentia. nume. 59. de proba. Et est magis communis secundùm eundem Deci. consil. 419. num. 7. Et in puncto iuris istam teneo tanquam veriorem: & in facti contingentia ita obtinui, licèt, vt dixi, optimum consilium sit in dubio fauere religioni.

¶ *Con buenos testimonios.* Potest intelligi multis modis iste text. Et primus intellectus sit, quòd quando oppositum est contra testamentum quòd non sit perfectum ex defectu alicuius solennitatis requisitæ in eo, poterit probari per alios fide dignos testes, cùm fortasis allegatur, & probatur ab aduersario per duos testes, quòd aliter fuit scriptum, quàm dictum in principali, seu in accessorijs tangentibus substantiam: vel solennitatem eulogij, ex quibus attenuat fides Tabellionis, & suæ scripturæ, tunc per bonos & plures testes debet probari contrariũ, ne fides scripturæ fluctuet. ex sententia glo. sing. in. l. 2. verb. doceri. C. de bono. possess. contra tabul. l. 32. titul. 16. & l. 115. in fine. & l. 117. ibi,

l.117.ibi, *o lo podiesse prouar por quatro omes.* titul.18. parti.3. Ex quo infertur, quòd per testes probari potest contra instrumentum publicum, quod de iure communi est videndus Bellam. colum.4. & melius Panormi.nume.13.Felin.num.35. in capit. cùm Ioānes. de fide instr. Lanfranc. ab Oriano in repe.c. quoniã contra. verb. instrumento rum productiões. num. 44. de probatio. Est tamẽ dubiũ vtrùm fides instrumẽti duobus testibus debilitetur? Faber in.§. item verborũ. nu.12. Instit. de inuti. stipula. tenet quòd sic. Et Aymon Crauett. consil.56. colum.5. nume.15. Panormi. in dict. capit. cùm Ioannes. de fide instru. Deci. qui hanc fatetur communem in ca. tertio loco. nu. 11. de probat. Zasi. lib.2. singula. intellectum capi.23. Boeri. alios ad id citans in decisio.118.nu.15. vbi dicit, Communis est ista regula, quòd duo testes ad reprobandum instrumentum sufficiant, & condemnandum. Et in nu.11. refert dictum Fabri loco præcitato. Couar. lib.2. Variarum resolut. cap. 13.nu.11. hanc dicit communem, inibiq; facit duas conclusiones. ¶ Contrariam opinionẽ tenet Ioã. de Plat. in dict.§. Item verborum. nu.19. Alexan. consi.93.nu.12. libr.2. Lanfranc. de Orian. in dict. c. quoniam contra. verb. instrumentorum produ ctiones. num.44. Et ista est magis cõis secundum Boeri. decisi.118.nu.12. ad fin. Raphael Fulgos. cõsil.79.col.2. & Raphael Cuma. consil.135. Confirmatur ex his, quæ notat Francis. Curti. in repet. l. admonendi. nu.133. & nu. seq. ff. de iureiurand. Tamen pro priori cõmuni est. l.3. titul.2. parti.6. ibi, *como quier alguna sospecha sea contra el testamento, por el niego de aquel testigo.* ¶ Secundus intellectus sit, quando adest legitimus numerus testium, & sigillum publici Notarij, etiã si testes descripti decesserint, ista probatio est bona. glo. in l.2. verb. publicum. ff. quemad. testa. aperi. Simil. in l.2. C. eod. titu. Ioan. Lup. in l.3. nu.13. in ordina. Tauri. gl. in a l. fin. verb. ostenditur. C. de fideicommiss. Angel. in l. prima. in fin. C. de testam. Est communis opinio secundùm Las. in l. bonorum. col.3. nu.3. C. de bono. posses. l.4. tit.2. part.6. ibi, *è maguer que mueran.* ¶ Tertius intellectus, quòd loquatur in istis verbis in testamento in scriptis, & in priori parte declaretur in nuncupatiuo, vt per septem testes probetur, iuxta formam legis.3. Tauri, aliâs enim quid operaretur generalitas huius finis, si non esset species, in qua posset verificari. Cũ hæc lex plures casus, qui euenire possent in testamento nuncupatiuo hac in lege in sui principio enumerauit. Sed stãte declaratione dictæ. l.3. iste intellectus non potest procedere, cùm procedat ista lex tantùm in testamento nuncupatiuo.

¶ Quartus intellectus sit verior, q̃ valeat testamentũ nũcupatiuũ, seu nũcupatiuè factũ corã septem testibus, quemadmodum statutum est à iure communi, esto quòd esset Notarius in loco, non tamen voluit testamentum condere coram eo. Et sic ponit declarationem ad dicta in capite huius Regiæ constitutionis. Ita Michael Cifonta. in l. tertia. Tauri. quæstio. quarta. num. sexto. & Antonius Gomez nume.47. Grego. Lopez in l.22. titul. primo. parti. sexta. verbo. *Cinco testigos.* ¶ Nec obstat, quod desiderat lex ista, quòd cùm testibus tribus interueniat Tabellio, si potest inueniri: quia intelligitur, quando solùm fuerunt tres testes, pluresve, sed non septem, quo casu cessat necessitas prouisionis in priori parte huius legis. Intellige, quòd in casu nostræ legis remissa est solennitas testium in testamento, quòd procedit quo ad numerum testium tantùm, non autẽ quo ad hoc, si testis fuerit cõpulsus, valeat testamẽtum, nã non valet testamentũ. l. qui ex testamẽto. §. fi. de testa. Las. in rub. C. si quis aliq. testa. prohibue. Declarat Mencha. li.2. de succes. creat.1. part. §.18. nu.295. vbi ponit.19. declarationes notatu dignas. §.19. nume.78. vbi easdem refert ad literam.

¶ *Ley II.*

¶ *Puedan libremente.* Ponderaverbum, liberè, nam denotat omni modã libertatem, id est, quòd possit testari secundum leges, iuxta l. prima. C. de sacros. eccl. iuncta gloss. ibi. & in authenti. de nupt. §. disponat testator, vt dignum est, & erit lex,

¶ *Ley. II. Que los Romeros puedan hazer su manda.*

¶ Idem.

LOS Romeros que andã en sus romerias y peregrinaciones pueden libremẽte[a]: assi en enfermedad, como en sanidad, disponer y ordenar de sus bienes por su mãda y testamento segun su volũtad: y ninguno sea osado de lo embargar, ni estoruar que assi no lo hagan: y qualquier q̃ en vida: o en muerte alguna cosa tomare

absque alicuius requisitione, contradictione, vel assensu. text. singu. in extrauagan. 1. de emptione & vendi. inter communes. text. in cap. 1. ibi liberá potestatem. iunctis verbis inibi positis absque impedimento alicuius. de offi. ordina. glo. in c. 1. §. 1. verb. liberè. de cẽsib. libr. 6. Segura & ibi dixi in. l. si ex legati causa. nu. 195. ff. de verbor. obli. Bolog. in authen. habita. C. nefil. pro patre. nume. 201. Concord. l. 2. titu. 9. lib. 1. suprà. & l. 4. tit. 25. part. 1. l. fina. titu. 1. part. 6. authen. Omnes peregrini. ad finẽ. C. communi. đ successionib. Originaliter habetur in titu. de statutis & consue. cõtra liberta. eccles. §. omnes peregrini. ad finem. Comperies in lib. 2. feudorum fol. 25. col. 1. Bona peregrinorum cui sint applicanda, declarat Rebuff. in consti. Regias Gall. in procem. gloss. 5. nu. 82. ¶ Dubium tamen est, Vtrùm peregrini possint testari cum duobus testibus quemadmodum milites? Et est dicendũ, quòd sic, propter verbum, liberam ordinandi habeant facultatem, positum in dict. authẽ. Omnes peregrini. & in corpore vnde sumitur, cum concord. hîc positis. Quam opinionem tenent Ang. in dict. authen. Omnes peregrini. Rolandi. Passage. in tracta. de succes. ab intesta. nu. 24. in. 6. volumi. tract. Paul. de Cast. in. l. nutritoribus. num. 4. col. 1. C. commu. de successioni. Alex. in additio. ad Bart. in dict. authen. Omnes peregrini. & in. l. & ab antiquis. col. 2. nu. 6. C. isto titul. Et videtur fauorabilior opinio, & ideo tenenda. Cifuentes in. l. 3. Tauri. quæst. 21. nu. 24. Alexan. in. l. scriniarios. col. fi. nu. 6. C. de testam. milit. Guiliel. Benedict. in rep. c. Rainutius. verb. Testamentum. 1. de testam. nu. 16. Ias. nu. 9. in. l. fin. C. de hæredi. insti. Limita tamen duobus modis. Primo modo, quando plures testes eo in loco, quo est in peregrinatione, non possunt adhiberi commodè. Angel. in authen. de non alienand. §. quod autem. Ias. in loco proximè citato. nu. 9. col. fin. versi. Nota etiã casum in quo. ¶ Secũdo declara habere locum, si moriantur durãte peregrinatione, secùs si superuiuant, secũdũ Paul. de Cast. in. l. nutritoribus. C. cõia de succesio. Declarat etiam hãc legem Menchacen. lib. 2. đ succes. creatio. §. 17. nu. 86. vers. Tertiò amplia. vt procedat.

del dicho Peregrino: mãdamos que lo torne con las costas y daños a quien el Romero lo mãdo a bien vista de los Alcaldes: y lo pechẽ con otro tãto de lo suyo a nos: y sino tomare cosa alguna del dicho Romero si embargo q̃ no hiziesse la dicha manda[b] peche a nos seys cientos maraue dis dela buena mone da: y sino ouiere de q̃ los pechar: el cuerpo y sus bienes sean a la nuestra merced y en tal caso sea creydo el Romero y cõpañeros que con el anduuieren.

ADDICION.

¶ *Concuerda con la ley. 2. titul. 12. libr. 1. de la Recopilacion.*

¶ *Ley. III. Que si el Peregrino muriere sin testamẽto los Alcaldes recauden sus bienes.*

SI el Peregrino muriere sin hazer testamento: los Alcaldes dellugar[a] do muriere resciban sus bienes y cumplan dellos

[b] ¶ *si embargo que no hiziesse la dicha manda.* Ex eo, qa fuit compulsus ad legandum alteri, vel prohibitus, ne liberam volũtatem haberet legando, vel testãdo de suis, quod facere, crimen est. l. 1. & l. 2. & vtrobiq; gl. C. si quis aliq. testar. prohibue. vel coegerit. & sic punitur criminaliter per. d. l. 1. Est etiam lex. 1. ibi, fiscum locum fore. ff. eod. tit. Gomez Arias in. l. 1. nu. 147. in ordi. Tauri. Et procedit, si impediat testes, ne accedant ad peregrinum testari volentem. l. si quis dolo. ff. si quis aliquem testa. prohibue. facit. l. si legatarius. C. de lega. l. in lege Aquilia. 41. ff. ad legem Aquil. l. dedi. §. quanquam. ff. de cond. causa data.

¶ *Lex III.*

[a] ¶ *Los Alcaldes del lugar.* Adde text. in dict. authẽ. Omnes peregrini. C. communia de succesio. & Paul. in dict. l. nutritoribus. num. 7. eod. titu. quibus probatur, quòd si intestati decesserint, bona ipso iure per Episcopum loci si fieri potest, hæredibus tradi oportet, alias in pias causas erogari debent. l. 31. titu. 1. part. 6. Iustum autem erit fieri per iudicem

iudicem ſecularem loci, vt hîc habetur. Et notat Gregor. Lopius in dict. l. 31. cùm, vt ipſe ait, tenere tur auxilium impertiri eis viuẽtibus, ergo & poſt mortem. Sed iſta ratio magis ineſt in iudice eccleſiaſtico, qui tenetur exonerare facere conſciẽtias decedẽtiũ in ſua diœceſi, per prædicta iura, & nota. ab Antonio Burg. in ca. 1. nu. 12. de emptio. & vẽdi. tex. in. c. fin. de ſepul. igitur prædicta ratio non eſt ſufficiens, ni ſtatutum eſſet contrariũ per hanc legem. Dubiũ hicverſari poteſt, Peregrinus in qua ſit eccleſia ſepeliendus? De quo eſt vidẽdus Petrus de Vbaldis ĩ tracta. De canonica Epiſcopali & parochia. ca. 7. nu. 22. Sylueſt. verb. Sepultura. quæſt. 8. verſic. Secundum. ſcilicet, quòd in eccleſia parochiali, in qua ſuſcepit ſacramenta. ¶ Cætera, quæ ad materiam peregrinorum pertinent, ſunt videnda in l. 1. & in l. 2. tit. 9. lib. 1. ſuprà. quo in loco fuſè tractauimus. Sylueſt. in ſum. verb. Peregrinus. quæſt. 1. 2. 3. & 4. Archiepiſc. 3. part. tit. 17. cap. 4. verſic. Quartus caſus eſt.

lo que fuere meneſter para ſu enterramiento y lo que reſtare, o ſobrare guardẽlo y hagan lo ſaber a nos porque nos mandemos ſobre ello lo q̃ deuieremos hazer.

ADDICION.

¶ *Concuerda con la ley. 5. titul. 12. lib. 1. de la Recopilacion.*

¶ *Ley. IIII. Que el cabeçalero publique el teſtamento ante el Alcalde.*

¶ Fuero concuerda Enrique de penas.

¶ *Lex IIII.*

a ¶ *Cabeçalero.* Executor teſtamenti tenetur teſtamentum publicare intra menſem coram iudice, ſi ue alius quilibet poſsidens illud, ſub pœnis hîc ſtatutis. Concordat ad literam. l. 13. titu. 5. lib. 3. fori legum. facit. l. 2. verſi. *E ſi por auentura.* titu. 2. parti. 6. & l. 31. titul. fina. lib. 8. infrà. ¶ Ratio iſtius legis ea potuit eſſe, vt teſtamentum ſic oſtenſum iudici, ipſe iudex poſsit compellere executorem ad ſoluendum relicta in eo, & creditoribus non fiat fraus, nec dilatio adhibeatur in ſolutione debitorum. Et iſte intellectus procedere poteſt in teſtamento perfecto, manuq; publica confecto. Simile ſtatutum eſt Peruſij ſecundum Barto. in. l. is poteſt. colum. 2. nume. 11. ff. de acqui. hæred. Repetit idem Bart. in. l. facta. §. ſi quis bonorum. nume. 1. ff. ad Trebellia. & ibi Alexan. ad eum. Et ita vt ſimus certi de tali teſtamento perfecto, quòd ſit in rerum natura, non autem loquitur de informi ad hoc vt perficiatur, prout aliqui exiſtimant, quod ipſe non admitto tale nuntiatum, quia eſt contra mentẽ iſtius legis. Secundus intellect⁹ ſit, quòd loquatur in publicatione, q̃ ſit coram iudice & Tabellione in teſtamento in ſcriptis, vel nuncupatiuo: nã ſi ab initio fieret corã Tabellione, nõ eſſet neceſſaria alia inſinuatio, ſeu publicatio, gl. verb. *Faga la leer.* in. l. 13. titu. 13. titu. 5. lib. 3. for. leg. Ioan. Lup. in l. 3. Tauri. nu. 13. Grego. Lopius, qui hanc opinionem communem cenſet in l. tertia. verb. *Deuen les moſtrar.* titu. 2. part. 6. Bart. in. l. 2. colum. 1. ff. quemad. teſta. aperi. qui dicit, ita de conſuetudine obtentum eſſe. Bald. in. l. hac cõſultiſsima. colum. fin. nu. 13. C. qui teſta. face. poſſunt. & in. l. prima. nume. 15. colum. pen. de teſtament. C. Debet tamen eſſe coram Tabellione regio, & numerario ad hoc, vt teſtamentum cenſeatur publicũ: ſecus ſi coram imperialibus, ſeu apoſtolicis, quia ante publicationem cenſentur ſcripturæ priuatæ. Didac. Caſtell. in dicta. l. 3. verbo. *Eſcriuano.* l. 4. titul. De tabellionibus, *del numero.* libr. 1. ſuprà.

Odo hõbre, que fuere cabeçalero a de algũ teſtamẽto mueſtre lo ante el Alcalde faſta vn mes. Y el Alcalde faga lo leer ante ſi publicamente: y ſi el cabeçalero eſto no no cumpliere pierda lo que deue auer b de la manda y denlo por el alma del defuncto: y eſto meſmo ſea de to

b ¶ *Pierda lo que deue auer.* Scilicet, ſi teſtamentum fraudulenter celet, non aliàs. l. 1. in prin. & l. 3. §. ſi quis dolo. ff. de tabulis exhibend. Montalu. in. l. 13. verb. *Manda.* titul. 5. libr. 3. fori leg. Vel ſi teſtator prohibuiſſet publicationem teſtamenti fieri ex aliqua cauſa, vt eſt caſus & exemplum in. l. fin. titu. 2. parti. 6. ¶ Item etiam fallit, ſi eſſet ignorãs, & non eſſet ſibi petitum, nam tempus menſis procedere debet à tempore admonitiõis, cùm ſit lex pœnalis, priuansque ſuo iure exequutorem teſtamentarium. argum. tex. in authen. Hoc amplius.

C.de fideicom.& in authent.de hæredi.& falcid. §.si quis autem non implens.ibi, decreto iudiciario admonitus.collatio.1.l.8.ibi,*seyendo amonestados fueren tollidos deste officio por juyzio.*& ibi Grego. Lopez titu.10.part.6. Tradit etiam Couar.in cap. si hæredes.nu.6.de testam. ¶Item intellige,quòd non ptiuabitur legitima,vel prælegato tertiæ partis,quæ loco legitimæ habetur in nostro regno,si est descendens testatoris. Couar. vbi suprà nu.9. Et est text.in dict.l.8.& ibi Grego.Lopius,qui respondent ad cap.licet.de voto.Segur. in repe.l.3. §.fina.num.112. ff.de libe.& posthu.qui hanc sententiam communem dicit.& Ioan.Leceri. de primogenitura lib.3.quæst.6.Loazes in repe.l.filiusfami.§.diui.colum.12.num.71.ff.de lega.1.Segur. in repe.l.vnum ex familia.§.sed si fundum.num. 165.ff.de lega.2.Quanuis contrariam dixerit communem Ioan.de Imol.in cap.si hæredes.colum.3. num.13.de testa.& ibi Couar.num. 9. à qua ipsi recedunt. ¶Si talis exequutor est hæres, & non fecit inuentarium,est dubium, an possit detrahere Trebellianicam?Barto. concluditposse, quanuis non fecerit inuentarium, dicens, quòd ita obseruatur communiter.Ita Barto.in authen. Sed cùm testator.colum.3.num.12.C.ad leg. Falcid.& in.l. Marcellus.colum.3.numer.8.ff. ad Trebellia.vbi Alexan.num.8.& Claud.& Iaſ.num. 43. dicit veriorem iuris.Bald.nu.3.in dict.authenti.Sed cùm testator.& ibi Corne.colum.4. Stephan. Auffre. decisio.capellæ Tholosanæ. 314. subijciens hanc Barto.sententiam fuisse seruatam in curia Parlamenti.Et est verior & magis communis secũdùm Alexan.consi.29.Perspectis.colum.3.nu.6. lib.5. & Cassador.in decisio.3.num.6.sub titu. de testamen.Ioan.Crott.in.l.nemo potest.num.31. ff. de legat.1.& dicit communem Paul.Parisi.consil.25. num.42.lib.2.Quanuis Socin.iunior dicat, quòd vix potest reperiri quæ sit communis in cons.137. num.9.lib.4.Calcan.consil.37.colum. 4. in fine. Bald.in.l.filium quem habentem.num. 43. & ibi Salice.nu.7.C.familiæ herciſc.Refert alios istam dicendo communem Couar.in cap. Rainutius.§. 11.num.10.de testamen.Aymon Crauet.consi.17. colum. fin. Nam in Trebellianica non est inductum à lege quemadmodũ in Falcidia quòd amittatur propter non confectionem inuentarij,ergo à nobis non est inducenda huiusmodi priuatio. vt præter alios dico ad Segur. de bonis luc. constan.matri.nu.166.Probatur differentia ex Cassado.vbi suprà,& Alciat.lib.5.Paradox.ca.19.nempe inter Falcidiæ & Trebellianicæ inuentum. ¶Contrariam opinionem tenet Barto.consi.234. Cyn.Bald.& Roma.in authen.Similiter. C.ad legem Falcid.Paul.de Cast.in.l.cohæredi. §. cùm filiæ.colum.2.ff.de vulga.Dicit communem Deci. consi.230.num.16.& consi.495.num.24.Curti.Iunior consi.54.num.7.quam communem & veriorem existimat.Et idem dicit Carolus Molinæ. ad Alexand.consi. 67.libr. 4.Socin.Iunior cons.132. nume.3.libr.1.Bello.consi.19.nu. 12.Couar.vbi suprà.Grego.Lopius in.l.10.glo.fin.titu.6. parti.6. & in.l.7.verb.legitima.titu.11.ead.part.6. ¶Cùm in præsenti de testamentarijs, seu exequutoribus vltimarum voluntatum tractetur, necessarium fore decreui aliqua hic de eis disputare. Prima igitur quæstio sit, Quis dicatur Exequutor, vel Fideicommissarius, seu Albacea, Cabeçalerove. vt in.l.prima.titu.10.parti.6.vbi dicitur, quòd licèt per plura nomina vocentur, tamen officium eorum vnum est,ideoque vna definitione experiũtur,quæ talis est,Exequutor est, qui testatoris voluntatem exequi,seu adimplere debet.cap.tua.& cap.Ioannes.de testamen.dicta.l.1.titu.10.par.6. ¶Secundò dubitatur, Qua ætate possit quis esse testamentarius exequutor? Respon. quòd potest maior decem & septem.ex ratione text.in ca.qui generaliter.§.fina.de procura.lib.6.quo tex.institutum est minorem vigintiquinq; annis, maiorẽ verò decem & septem posse constitui procuratorem ad negotia.glo.in verb.non iniustè.in.l.exigendi. cum qua est communis opinio secundum Iaso.ibi nume.19.C.de procurat.l.19.titu.5.part.3. Montalu.in.l.9.titu.10.libr.1.fori.verb. *Nitomar.* Facit.l.1.ad fin.titul.22.part. 4. Secundò suadetur ex sententia glo.in.c.2.de testam.lib.6. quæ hanc quæstionem in terminis decisam reliquit, & est communiter recepta secundum docto. Couar. in cap.tua.col.4. versi. Minor verò vigintiquinque annis.num.4. de testament. ¶Tertiò dubitatur, Vtrùm mulier possit esse executrix testamenti? Respondeo quòd possit.Bartol.in.l.à filio.ff.de alimen.& ciba.legatis.Ange.in tracta. de testamen. in gl.16.col.fina.nu.4. Deci.in.l.fœminæ.nu.21. ff.de regul.iur.Couar.in dict.cap.tua.num.3. vbi hanc testatur communem opinionem esse.Deci. in consi.91.colum.1.num.1.Anchar.consi.202.colum.1.glo.in cap.2.de testamen.lib.6.Specu.titu. de instru.editio.§.nunc verò.num.76. Bald.in.l. id quod pauperibus.colum.2.num.4. C.de episc. & cleric.licèt.l.7.titu.5.lib.3.for.leg. contrarium dixerit: sed de consuetudine non seruatur secundum Montaluum ibi. ¶Quartò. Vtrùm seruus possit esse exequutor testamenti?Respond.quòd non.Bald.in dict.l.id quod pauperibus.nu.3.Bonifaci.in Peregrina.verb.exequutor.quæst.10. litera.A.super parte,religiosus. ¶Quintò, Vtrùm excommunicatus possit esse exequutor testamẽtarius,declarat Bald. vbi suprà.nume.6.vbi tenet posse per text.in ca.si verè.de senten.excom. vbi quæ facit excommunicatus quo ad temporalia valent.

lent. Facit text. incip. Ad vitandum ſcandala. de excommu. non vitand. ibi, quibuſcunque diuinis vel extra. inquit ibi glo. in cibo, potu, negotiatione, & alijs actibus iudicialibus & extraiudicialibus. in pragmatica ſanctio. Gallica. Ergo & executor poterit eſſe ante denuntiationem ſpecialem de tali nominato in exequutorem. ¶ Sextò quæro, Vtrùm Collegium poſsit fieri exequutor teſtamenti? Bald. tenet poſſe in dict. l. id quod pauperibus. colum. 3. num. 8. Et Bonifacius loco præcitato. Iacob. à Canibus in tracta. vltimarũ voluntatum. parti. 1. nume. 31. ¶ Septimò nec minùs neceſſariè erit quærendum, Quid de religioſo mendicante? Reſpondeo poſſe. Bald. in dict. l. id quod pauperibus. num. 9. & in authen. Ingreſsi. num. 3. colum. 1. verſi. Secundo quòd non poteſt ei ſubſtituere. C. de ſacroſan. eccle. text. in ca. 2. & ibi communiter doct. de teſta. lib. 6. & Clemen. vni. eodẽ titu. vbi Anchar. Cardina. Imol. & Bonifa. Specul. at. vbi ſuprà. nu. 70. Et eſt communis ſecundùm Paul. Pariſ. conſi. 26. colum. 1. num. 3. lib. 4. l. 2. tit. 10. part. 6. Fallit in fratribus minoribus. Clement. exiui. §. proinde. &. §. verùm. de verb. ſignifi. Bal. in dict. authen. Ingreſsi. num. 20. Cardi. in dict. §. verùm. num. 14. Anchar. nume. 23. idem Anchar. conſi. 202. num. 3. Francus & Domi. in cap. 2. de teſtamen. lib. 6. Felin. in cap. ex parte. nu. 6. de conſti. Barba. conſi. 12. colum. 12. num. 3. lib. 1. verſi. Ex iſtis infert. Iacob. à Canibus in tract. de executione vltimarum voluntatum. 1. part. nu. 23. in. 12. volumi. tracta. nouiſsimæ impreſsionis. 7. qui dicũt nec ius eligendi pauperes committi poſſe propter generalitatem regulæ, quæ tali nominationi repugnat, tum etiam, quia talis nominatio ad quæſtũ trahi poſſet, ergo non eſt eis permittendum. l. oratio. ff. de ſponſali. Ripa tenet ſententiam Bald. & ſequacium in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. num. 5. ff. ad Trebellia. dicens veriorem & ſalubriorem eſſe. & Ioan. Duarenus de arte teſtandi. titu. 7. cautel. 7. num. 3. Et communiorẽ firmat Doctor Duenas in tracta. regular. cum fallen. 1. parte regul. 381. verſic. Ampliaſextò. Et eſt communis continens puram veritatem ſecundum Barba. in cap. tua. nume. 9. de teſta. tenet Domi. in dict. cap. 2. colum. 2. nume. 3. & ibi Peruſinus, Menchacen. lib. 3. de ſucceſsio. creatio. §. 21. num. 178. ¶ Contrariam opinionem, imò quòd electio pauperum, vel nominatio exequutorum non ſit eis prohibita, tenet Barto. in tracta. minoricarum. libr. 3. capit. 4. & 5. nume. 5. cum ſeq. & in. l. cùm pater. §. hæreditate. quem ſequuntur ibi Paul. de Caſt. & Io. de Imol. Idem Bartol. in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebellia. Ancha. conſi. 412, colum. 2. nu. 3. Alex. conſi. 57. colum. 3. num. 8. lib. 12. Iaſ. in. l. 1. §. item acquirimus. num. 52. ff. de acquiren. poſſeſ. Et magis placet. D. Couar. in cap. tua. colum. 2. de teſtamen. Et reputat communiorem Ioan. Duarenus vbi ſuprà. Sed tamẽ hanc communem intelligendam eſſe credimus hæredeſpõte ſoluente, vel nullo contradicente. vt ex Barba. dict. conſi. 12. Colligitur ex Frederico Senenſ. cõſi. 293. ad finem. Roma. conſi. 409. num. 5. & conſi. 235. nu. 4. & in ſingula. 242. ¶ Octauò eſt dubium, Eſto, quòd religioſi poſsint eſſe exequutores vltimarum voluntatum de licentia ſuorum ſuperiorum, an ſufficiat, quòd ſit petita, licèt non obtenta, & ſic expreſsè conceſſa? Et videtur, quòd requiratur expreſſa licentia, & non tacita: nam vbi requiritur licentia ſuperioris, requiruntur verba, & ſic non ſufficit eo caſu tacita licentia, ſed requiritur expreſſa, verbisque explicata. Ioannes Andr. in capit. ſi abbatem. de electio. lib. 6. Lapus allega. 86. colum. penul. Bald. in. l. obſeruare. §. poſt hæc. in fin. ff. de offi. Proconſul. & lega. Lancel. Galiaul. in. l. prima. in princip. num. 72. ff. de verb. obliga. Sed huiuſmodi licentia requiritur pro forma in fratribus mendicantibus, vt in Clementi. vni. iſto titul. & in. c. fina. in princip. eod. titul. libr. 6. ergo requiritur ad actus validitatem, quòd licentia petatur, & ſit expreſsè obtenta cùm licentia ſic qualificata ſit de forma & ſubſtantia actus Bald. in. l. fina. §. neceſsitate. colum. 4. verſic. Item authoritas. C. de bon. quæ libe. Doct. Didac. del Caſtillo in. l. 55. Tau. verb. *Sin licencia*. nume. 3. ¶ Suadetur ſecundò. Nam legi prohibitiuæ non poteſt renũtiari: imò renuntiatione non obſtante actus in cõtrarium geſtus eſt ipſo iure nullus. gloſſ. in capit. primo. de regu. iur. lib. 6. & in. l. Gallus. in princi. ff. de libe. & poſthum. Quarum opinio communis eſt ſecundum. D. Couar. in capit. tua. nume. 2. de teſtamen. Quam gloſſ. concluſionem in dict. capit. primo. verb. non poteſt. vltra Couar. vbi ſuprà, adnotauit ad hoc Panormi. in cap. ſi quis contra clericum. colum. 6. de foro competẽ. Peruſi. in cap. religioſus. de teſtam. libr. 6. Paul. Orianus in repet. l. 1. num. 139. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſdict. Anto. Corſet. ſingul. 219. Andr. Tiraquell. de iure mariti poſt leges connubiales. gloſ. 2. nu. 3. Et eſt ſententia præmiſſæ gloſſæ communis ſecũdum Paul. Pariſi. conſi. 58. nu. 35. volumi. 4. quòd quando negatiua, non, præcedit verbum, poteſt, inducit nullitatem actus ipſo iure. Quam ſententiam etiam communem dixit Robert. Marant. in. l. is poteſt. verſic. Secundò principaliter nota. nu. 44. ff. de acquiren. hæredit. Barba. in. l. prima. colum. 6. verſ. Primò nota. & in. l. ſecunda. §. ex his. colum. 2. verſi. Item nota quòd vbi negatiua. ff. de verbor. obligat. vbi de more plura adducit. Confirmatur ex Barto. per text. ibi in. l. fina. nume. 7. ff. de fer. & in. l. prima. nume. 3. C. de dilationi. & in dict.

in dict.l.Gallus. vbi Iaſo.nume.16. & Fortuni. & Iuniores. Quæ theorica facit ad multa & in ſpecie ad.l.55.Tauri.& ad legem.1.titu.82.lib.4.ordi.Luſitaniæ. ibi, *Determinamos que peſſoa alguña non faça venda &c.* nam factum in contrarium, erit nullũ ipſo iure.l.non dubium. C.de legibus. Sed ita eſt text.in dict.ca.religioſus.ibi,non poteſt. vbi Docto.ſolennis Philipp.Franc.tenet & Couar.in dicto cap.tua.nume.2.Eſt etiam text. in clem. vni. de teſtamen.ibi,quod vtique non poſſunt, niſi à ſuperiori ſuo,petita ſuper hoc licentia, & obtenta.Et iſta eſt probata in iure,& verior comprobatur ex Alexan.conſil.80.colum.1.lib.5.Pariſi.cõſil.19.num.75.lib.2. ¶Contrariam ſententiã, imò exequutionem factam per monachum non obtenta licentia ſuperioris firmam eſſe, modò non præceſſerit contradictio ſuperioris,firmat Frede. de Senis conſi.293.colum.fina.Roma.conſi. 409. colum.2.& ſingul.242. Felin.in cap.2.colum.1.de iudi.Deci.in.l.in ambiguis.§.non eſt.num. 4. ff. de regu.iur.Et eſt communis,etſi iure non probetur ſecundum Couar.in dict.cap.tua.colum.3.ſequitur Iaſ.in.l.patre furioſo.colum.3.nume.13.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Et eſt dictum Federi.communiter receptum ſecundum Deci. conſi. 494.colum.fin.nume.15.& conſi.499. colum.4. numer.12. Sed tamen ipſe Deci. in dictis conſilijs recedit à prædicta communi, reputans priorem veram,& iuridicam,cum quo me ſubſcribo,cùm, vt ex eo conſtat,iſtam,quam probat contra communem,melioribus rationibus fundatam eſſe appareat. ¶Nonò quæro, Vtrùm teſtamentarius exequutor teneatur iurare,ac facere inuentarium ad inſtar tutoris,ſeu curatoris? Videtur quòd ſic: nam vna eſt ratio conficiendi inuentarium in hæredibus, tutoribus, curatoribus immiſcere ſe volentibus in bonis defuncti,nempe propter vitandam præſumptionem ſurreptionis, & amotionis rerum relictarum à defuncto,iuxta.l.fin.C.de iure delibe.Et concord.foro Aragonum lib.5. conſtitu.incip. *Officio del Señor Reyes.* Quæ poteſt eſſe in iſto exequutore: ergo tenebitur cum iuramento inuentarium facere, ne fraus amotionis talium rerum contra eum inducatur.argumen.l.illud. ff. de acquiren.hæredi.capit.cum dilecta. de confir. vti.vel inuti. exequutores teſtamẽtorum nomen & vim habent hæredum.Speculat. de inſtru. editio.§.13.nume.16.& nume.29. Igitur quemadmodum hæres tenetur,& ipſe tenebitur,ſi velit ſe intromittere in talibus bonis. ¶Secundò ſuadetur. Nam teſtamentarius iurare tenetur,ſe omnia fideliter peracturum. Specul. vbi ſuprà.§.nunc verò. verſi.Sed nunquid debet Lucas in.l.per hanc. colum.1.C.de erogatione milit. anno.libr.12. quod iuramentum à principio præſtabit ſecundũ eundem Luc.de Penna. quanuis præſtandum in fine dixerit Specu.loco præmiſſo.& vide Bart.in.l. diuus.ff.ſi cui pluſquàm per legem Falcid.Platea in dict.l.per hanc. ¶Tertiò,quòd teneatur facere inuentariũ,eſt Regia lex.5.titu.10.part.6. & ibi Gregor.Lopez.Idem probat de iure commui Bald.in l.nulli.num.10.C.de epiſco.& cleri. & in authen, Sed cùm teſtator.colũ.fina.n.23.C.ad leg.Falcid. Imol.in.l.prima.§.hæc ſtipulatio.colũ.2.&.3.ff.ſi cui plus quàm per legem Falcid. quicquid ibi Angel.in contrarium dixerit colum.2.& in quæſtione de facto rogatus ſic reſpondi.cum Ange.in tracta.de teſtam.glo.97.num.9. Quibus adde Bertachi.in tracta.de epiſcopis.4.part.libri.4.num.39. quanuis contrarium notauerit gloſ.fin.in.l.7.tit. 5.libr.3.fori.& malè. ¶Decimò quærendum videtur, Vtrùm non conficiens inuentarium teneatur creditoribus ſoluere in foro animæ? Eſt dicẽdum quòd non,cùm ſit in pœnam omittentis facere inuentarium, pœnæ autem non habẽt locum in foro animæ.glo.communiter recepta in cap.fraternitas.12.quæſt.2.de qua per Segur.in repe.l.filius dum in ciuitate.nume.15.& ibi latè remiſimus. ff. de verb.obliga. Et hanc partẽ tenet Imol. in dict. §.hæc ſtipulatio.colum.3.quo in loco iuris veriorem exiſtimat Barto. Præterea eſt doctrina communiter recepta ſecundùm Iaſ.ibi nume.23. in rubri. de acqui.hæred.Panor.in cap.tua.de vſur.Angel.in ſum.verb.hæres.verſi.ſexto. Felin.in capi. audiuimus.nu.1. de ſimoni. ¶Vndecimò hic adiungi poteſt dubium, Vtrùm exequutor aſſignatus à teſtatore poſsit officium exequendi explicare per alium? In quo cùm ſit electa induſtria certæ perſonæ, dicendum eſt ab ea recedi non poſſe.l. inter artifices.ff.de ſolu.ca.fin.de offi.deleg.text. vbi hoc expreſsè notat Lucas de Penna in.l.pen. C.de eroga.milita.annonæ lib.12.colum.4.verſi. Item ad aliam quæſtionem. ¶Duodecimò dubitatur præterea, Vtrum exequutor teſtamẽtarius ad ſoluendum debita poſsit debitum præſcriptũ cum bona fide ſoluere? Quòd non teneatur in foro fori nec animæ poſt Bald. & Ancharr. in locis ab eo citatis tenet Philip.Corne.conſil.277. col. 4.num.4.libr.4. Confirmatur:nam ipſe teſtator re præſcripta cum bona fide ſeruatis requiſitis ad præſcriptionis perfectionem,ſalua conſciẽtia poterat retinere,etiam poſt completam præſcriptionem ſuperueniente mala fide.glo. Hoſti.& communis in cap.vigilanti.de præſcript.Cæpol.in rubri.C.de vſucap.pro empto.Balb.2.parte.3.principa.quæſtio.9.in tracta.præſcriptio.Richard. de Media villa in.4.ſenten.diſtin.41.arti.2.quæſt.2. Conrad.de contracti.quæſt.15.& quæſt.29.cõclu. 4.Archiep.Floren.2.part.tit.1.capi.15.§.ſeptimo. Sylueſt.verb.Reſtitutio.§.13. Tangit gloſſ.in reg.

Poſſeſſor.

Possessor.in glo.1.de regu.iur.lib.6.Et est opinio communis.Quam etiam probat Anton. Gomez in.l.tertia.Tauri.num.125.versi.Sextò infero. Bonifaci.in Peregrina.verb.exequutor.quæstio.10. verb.soluere. ¶Decimotertiò quæro, Quando exequutor testamenti teneatur soluere legata de suis bonis proprijs,vel testatoris,eo casu,quo fuit honoratus ab eo?Responde vt per Corne.consil. 76.Licèt in præsenti.col.1.lib.4.vbi videas per totum illud responsum. ¶Quæro decimoquartò. Qualis sit potestas exequutorum?Responde tantum esse, inquantum eis est cõcessa à testatore,& non amplius.Ange.in tracta.de testamentis. glo. 97.nu.4.¶Dubitari potest decimoquintò. Quid iuris in casu,quo fuerint plures exequutores simpliciter dati,alter eorum tamen decesit, an eorũ potestas cesset in totum.vt in capi.vno delegatorum.de officio delegat.vel accrescat superstiti?Dicendum est non extingui,sed socio,socijsve accrescere.cap.religiosus.§.primo. de testamen.libr.6. Regia.l.38.in ordinationibus Tauri.Iacob.à Canibus in tracta. de exequutione vltimarum volun. 2.part.§.Quæro tertio.nume.7. ¶Decimosextò quærendum censeo, Quod consilium sit sequendum eo in casu,quo exequutores sunt discordes? Dic, quòd dispositioni maioris partis stãdum sit. l. quod maior. ff. ad municip.dict.l.38. Tauri. & ibi Dida.del Castillo.verb. *Discordaren*. Ioã.Lup. in repe.cap.per vestras.§.43.num.8.de donat. inter vir.& vxor.docet, quòd consilium consanguinei,extranei consilio est præferendum,& masculi vel clerici,fœminæ vel laici.quemadmodum in præsentatione patroni &alijs actibus constitutũ est. ¶Decimoseptimò dubitari poterit, Quid si ad exequendum testamentum sit annus à testatore assignatus, constitutione autem synodali sint tantùm statuti sex menses, Vtrùm vtrunq; tempus currat exequutori?And.Tiraquel. de retract. lib.2.§.secundo.glos.1.num.62. ponit hanc quæstionem,dicendo, quòd vnum tempus confunde tur cũ reliquo,& per consequens exequutor non habet plus quàm annũ.Idem cõsuluit Ancha.cõsil.395.nu.2.Facit gl.in ca.fi.de cõst.lib.6.¶Decimooctauò quæro,An petitio exequendi testamẽti competat tantùm hæredibus,cõsanguineis, vel omnibus alijs de populo, cùm fauore reipublicæ testamenta seruari debeant.l.vel negare. ff.quem admodum testam.aperiantur?Respon.quòd quilibet talem petitionem proponens admittendus erit.Interest enim reipublicæ voluntates decedẽtium adimpleri.argumen.l.1.C.de sacrosan. eccl. cum simili. Confirmatur ex text. singula. in authen.de eccles.tit.§. si quis autem. versi.Si autem sanctissimus locorum episcopus.ibi, & omni alij licentia sit huiusmodi mouere quæstionem &c. collatio.9.Ideoque etiam iudex secularis cùm sit mixti fori, poterit exequutores compellere. Bar. l.1.num.7.ff.de legat.2.Gregor.Lopez alios referens in.l.7.titu.10.parti.6.Et est lex.36. in ordin. Tauri.Bald.in.l.nulli.colum. fin.&in.l. id quod pauperibus.C.de episc.& cleri.Roman.consi.69. colum.2.versi.Secundo principaliter.Intelliguntur tamen in legatis pijs, & pro redemptione animæ prædicta iura,vt ex eis constat. Tamen ideo locum habet,quia est pium opus, vt prædicta lex partitæ expresè dicit. Text.singul.in.l.7.titu.10. parti.6.ibi, *E demas dezimos, que cada vno del pueblo puede esto fazer saber a los Obispos, porque es obra de piedad*. Facit etiam, Nam retardatio eleemosynarũ, inducit retardationem remedij, quo fortè defunctus indiget.Sanct.Thomas quodlibet.6.artic.13. &artic.14. Ergo statim debet exequi saltem cùm primùm potest:& est cõmune bonum, quod animæ defunctorum non remoueantur à remedijs relictis pro suarum redemptione. ¶Ex qua ratione infertur, legatum pro pauperibus post mortẽ hæredis fieri posse in vita ipsius,non expectata dilatione,cùm fauor versetur circa redemptionem testatoris,& non circa pauperes futuros: ipse autẽ hæres maximam dilectionem habere significat, cùm ratione præmissa pecuniam vel aliam speciẽ pauperib⁹ erogauerit, omisso interusurio sibi proueturo ex re illa hærede viuente. ex mẽte Bald. num.10.in.l.post mortem. C. de fideicõ. Si enim de hac restitutione cogitaret, non est dubium,nisi quòd rogatus illam amplecteret, & gratificaret talem hominem amicum suæ saluatiõis, ergo pro expressa habenda est.glo.in.l.tale.§.fina.ff. de pactis.Segur.in.l.Imperator.nume.39. & ibi latissimas remissiones posui. ff.ad Trebellia. ¶Et hanc opinionem Bald.sequitur Anchar.consi.202. nu. 4.Panormi.consil.11.dub.1.num.1.colum.1.lib.2. Et huic opinioni accedit Couar. in capit. tua nos. nume.5.de testamen. Et istam dicit communem Hieronym.Cagnol.in.l.cùm tempus.nu.6.versi. Ex quibus.ff.de reg.iur.vbi alios citat, veriorẽq;, & rationabiliorem ibi reputat. Et hanc sequitur Menchacen.lib.1.de succesio.creatio.§.septimo. nume.19.Et ita obtentam fuisse in praxi subijcit, non tñ dixit communem, sed contrariam, quam tenet Bartol.in.l.cùm pater.§. à filia. in fin.verb. ff.de legat.2.Communem eam dixit Alexand.in l.recusare.§.fina.num.13. ff.ad Trebellia.Deci.in l.cùm tempus.num.2. suprà allegat. Ias. in dict.l. post mortem.numer.7.& Couar. vbi suprà hanc vltimam dicit communem.Sequitur eam Rip.in l.serui electione.num.14.ff.de legat.1.& Antoni. Gomez in.l.17.Tauri.num.7.vbi pluries inquit communem,tamen tenendam in iudicando & cõsulendo asserit priorem communem tanquam æquiorem.

æquiorem. ¶ Decimononò dubitari solet, Vtrùm quis compelli possit ad exequutionem istius officij? Respond. præcisè non posse. Ioan. Andr. Panor. & communis, teste ibi maximo antistite Doctore Couar. nu. 3. in cap. Ioannes. de testamen. Iacob. à Canibus singulariter probat hãc partem negatiuã sex modis in tracta. de exequutione vltima. voluntà. 1. particula. q. 4. nu. 35. Fallit, si semel tale munus acceptasset, nam posset compelli. d. c. Ioannes. & ibi Couar. & Iacob. à Cani. vbi suprà nu. 38. Facit. l. 7. tit. 10. part. 6. ex quodam quasi contractu per acceptationem inito cum defuncto compellitur. Barb. d. c. Ioannes. ¶ Queritur insuper vicesimò, Quæ sit exequutorum potestas? Respondeo tantum locũ habere, in quantum est à testatore cõcessa. l. 2. ibi, *en la manera que los fazedores delos testamentos lo ordenaren.* & l. 3. & l. 4. titu. 10. par. 6. l. si à pluribus. & l. quidam. §. si scriptus. ff. de leg. 1. Couar. in dict. c. Ioannes. nu. 5. Iacob. à Canib. vbi suprà. 2. parte. §. consultis autem. Ideoque debet dicere testator in commissione, adita, vel non adita hæreditate, vel ea repudiata. cum aliàs ante aditam hæreditatem non possent vendere, vel distribuere. Barto. in. l. alio hærede. quæst. 2. nu. 7. ff. de alimentis & ciba. legat. Ideo ante omnia Testamentarius exequutor, ea clausula omissa, cogit hæredem adire hæreditatem, nam non valent in testamento disposita, velut tutela & exequutio. l. si nemo. ff. de testamenta. tutel. Et eodem modo non valent disposita, si hæreditas ab intestato non adeatur. glo. l. qui filio. §. 1. ff. de hære. insti. Latè dixi in. l. 1. glo. 1. suprà eo. per quam, etiam hæreditate non adita, cessant disposita à iure communi, & à Iacobo à Canibus in dict. §. consultis. Ita etiam Gregor. Lopez in. l. 6. verb. *Fasta vn año.* titul. 10. part. 6. versi. Hodie verò attenta lege regni. ¶ Vicesimoprimò dubitatur, Vtrùm exequutor testamentarius possit propria authoritate recipere legatũ, quemadmodum & pro soluendis alijs personis contentis in testamento posset? Videtur posse, nam exequutor est designatus ad legatorum solutionem indefinitè, ergo & ad satisfactionẽ sui ipsius, cùm eius officium ei non debeat esse damnosum. l. si defunctus. C. arbi. tutel. ¶ Secundò hanc sententiã affirmatiuam apparebat Alexand. post Bald. in. l. non

do hõbre que tuuuiere el testamento y no lo mostrare ante el alcalde como dicho es aunque no sea cabeçalero. Y si ninguna cosa ouiere mandado en el testamento, pague el diezmo de lo que montare el testamento. Mãdamos que si el lego fiziere heredero[a] al clerigo que sea tenido el tal

est dubium. nu. 3. C. de lega. vbi idem tenẽt Ange. Sali. & Paul. Ioan. Andr. ad Specul. de instru. editio. §. nunc verò aliqua. Philipp. Deci. consil. 607. col. 2. nu. 2. & alia commoda, quæ ex officio exequutoris ipse habeat, acceptando officium, congerit Iacobus à Canib. in tracta. de exequutio. vltima. voluntà. 3. part. col. 1. cũ seq. vbi enumerat sex. ¶ Incommodum autẽ negligentis hic habes vnum, quòd priuatur legato, & commodo sibi prouẽturo ex tali testamẽto, vt hìc. Et etiam si monitus nolit exequi intra annum à tempore monitionis decurso. authenti. Hoc amplius. in prin. C. de fideicom. Hoc amplius, inquit text. qui defuncti iudicium lege non repræsentatum monitus à iudice intra annũ non implet, excluditur eo, quod præter debitum naturale perceperit ex eodem iudicio. Idem notant ibi communiter docto. & Segur. eam dicens communem in repe. l. 3. §. fina. nu. 105. vbi insigniter declarat dispositionem dict. authen. Hoc amplius. ff. de libe. & posthum. Ange. de testamentis in glos. 97. verb. Exequutores. Guiliel. Benedi. in repe. c. Rainutius. verb. Si absque liberis. 2. sub tit. de lega. & fideicommissis. numero. 198. de testamen. Grego. Lopez in. l. fina. titu. 10. part. 6. verb. *Fasta vn año.* qui omnino est consulendus in hoc articulo. Et Rebuff. in constitu. regias Galliæ. 1. tomo. tract. De sentẽtijs prouision. in præfa. nu. 85. pagin. 239. cum sequent. vbi ponit exempla terribilia contra non implentem testatoris voluntatẽ, & alia huic necessaria adducit. ¶ De ista materia exequutorũ adde quæ notat Specula. de instrum. editio. §. nunc verò. Rolandi. in practi. artis notariatus. 2. part. rubri. De formis ordin. cõm. fo. 261. Iacob. à Canib. in dict. tract. de exequutio. vltimarum volunta. decisi. Capel. Tholosanæ. 282. Lap. allega. 306. Angel. consil. 164. Rota vlti. 38. Catell. Cotta in memorialibus iuris. verb. Exequutores. Ioan. Lup. in. l. 32. nu. 3. in ordin. Tauri. Ioan. Duaren. de arte testandi. tit. 7. cautel. 6. cum aliquibus sequenti. Ex quibus poteris recipere plures quæstiones in hac practicabili exequutorũ materia.

[a] ¶ *El lego hiziere heredero.* Nota insinuandum fore testamentum coram iudice seculari. glos. in verb. ab episcopo. in capit. si hæredes. de testam. Quod procedit, quando testator erat laicus, & minimè notum

notum est, vtrum testamentum sit causa pietatis conditum. Ioan. Andr. & Panormi. in cap. fina. de fide instrumen. Stephan. Aufrerius in Clem. 1. de offi. ordi. regul. 2. fallen. 11. Couar. in dicto. c. cum esses. colum. 2. num. 3. etiam si hæres institutus in tali testamento sit clericus secundũ eosdem doctores. Bald. & Corne. in. l. omnia testamenta. C. de testament. Idem Bald. in authen. Clericus. & in. l. repetitas. C. de episco. & cleric. Et est magis cõmunis secũdum Couarru. vbi suprà colũ. 2. num. 3. vbi refert cõtrariã communem dixisse Feli. ¶ Quid esset, si clericus efficitur hæres laici iam conuenti coram seculari iudice, est dubiũ, Vtrùm tenea tur ibi prosequi? Angelus in. l. si hæres. colum. 2. ff. de iudi. & Imol. in. l. si hominem. ff. de fide iusso. tenent quòd sic. Ioan. Lup. in rep. rubri. §. 39. num. 8. de donatio. inter virum & vxorem. Boeri. decisio. 69. nume. 32. Guiliel. Benedi. in repeti. capit. Rainutius. verb. & vxorem. decis. 2. numer. 124. de testamen. l. 57. titu. sexto. part. 1. ¶ Hinc est, quòd clericus vendens rem laico tenetur illum defendere in foro seculari, per præmissa. Barba. in capit. fina. nume. 16. de emptio. & venditio. vbi Antoni. Burgens. nume. 16. & nume. 20. Et est communis secundum Lancelot. Deci. in. l. venditor. colum. penulti. ff. de iudi. Florian. in. l. fina. nume. quarto. ff. de noxalib. Socin. consi. 91. colum. octaua. numer. 4. libr. tertio. Antoni. Capici. decisio. 197. numer. septimo. Boeri. decisio. 69. nume. 30. Gregor. Lopez in gloss. fina, Sequitur hanc opinionem per textum. ibi in dict. l. 57. ¶ Contraria sententia est de iure communior, verior, & tutior secundum Boerium dict. decisio. 69 numer. 35. Bertachi. in reperto. verbor. venditor. de euictione. versic. 39. Et dicit communem idem Bertachi. verbo, euictio. vers. 13. Imol. in. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucapionib. gloss. in capi. clericum nullus. & ibi Domin. col. fin. 11. quæst. 1. & est sequẽda. Couar. libr. Practicarum quæstio. cap. 8. nu. 4. ibiq; agit singu. de materia præsentis legis, proponendo aliquas assertiones. ¶ *Sean llamados aquellos*. Fortè hæredes scriptos, vel venientes ab intestato, vt in publicatione possint scire ius esse ex tali testamento quæsitum, & hoc, quando publicatio fieret de testamẽto perfecto manu tabellionis subscripto & signato, vt iudex sciat tale testamentum fuisse conditum, vt dixi suprà in glo. 1. argumen. eorum, quæ notantur à Ludoui. Gomezi. regul. de publicandis resignationibus. quæst. 9. ¶ Vel loquitur eo casu, quo testamentũ est factũ sine notario publico, ne pereat fides ipsius per mortẽ testium. l. publicati. & ibi gl. C. de testib. & sic interesse sibi putantes possint videre testes deponẽtes, an patiantur aliquod vitium, ex quo repelli possint. arg. tex. in. c. In noĩe Dñi. de testib. Declarat subtilis Ant. Gomez in. l. 3. num. 35. & 36. in ordina. Tauri. Et dicta ibi per eum sunt singulariter adnotãda pro commento istius particulæ, *questores y demandadores*. titul. 8. in. l. 1. vbi latè scripsi lib. 1. suprà.

clerigo heredero de enseñar el testamento ante el nro juez seglar que es cõpetente juez de la causa: y deue parecer el clerigo en tal caso ante el juez seglar: y mandamos, que para le fazer leer, y publicar, sean llamados aquellos[a] aquien el interesse compete.

¶ El Rey don Alonso en Alcala. AEra de mil cclxxxvj.

LOs procuradores de la Trinidad, y de sancta Olalla, y de otras ordenes no pueda apremiar a las gẽtes que les muestren los testamẽtos de los ẽfunctos para lleuar de los herederos parte de las herencias: segũ se cõtiene en este libro eñl titulo de los questores y demandadores.

ADDICION.

¶ *Esta ley, en quanto dize pague el diezmo de lo que montare el testamento, esta alterada por la ley 14. titul. 4. lib. 5. de la Recopilacion, que dize pague el daño a la parte, y dos mil maraue dis para la nuestra Camara, en lo demas concuerdan hasta el versiculo (Mandamos que) y desde ay hasta el fin concuerda la ley 15. titu. 4. lib. 5. de la Recopilacion.*

¶ *Titulus*

¶ *Titulus. III. De hæreditatibus.*

In rubrica ibi.

Titulo. III. De las Herencias [a].

a ¶ *Herencias.* Ad introductionem istius tituli scien dum est, vniuersalia nomina in nostro iure quinque esse, Hæreditas, Bonorum possessio, Patrimonium, Dos, & Peculium. Hæreditas autẽ definitur, quòd est successio in vniuersum ius, quod defunctus tempore mortis habuit. l. nihil. ff. de verbo. signific. l. hæreditas. ff. de regu. iur. Ioan. Corasi. in repe. l. frater à fratre. nume. 84. ff. de condict. indebi. vbi singulariter prædictos terminos sigillatim explicat Iaso. in rubri. ff. de acqui. hæredi. nume. 4. colum. 1. Corne. consil. 302. numer. 15. colum. 4. libr. 3. Chassan. in consuetu. Burgund. rubric. 4. §. quarto. verb. *Nepeult.* Adde quod vbi nume. 3. Corne. consil. 346. nu. 8. libr. 1. & consi. 31. nume. 15. libr. 3. & consi. 63. nu. 2. libr. 2. Socin. consil. 51. num. 3. lib. 3. ¶ Secundò est quærendum, Quot modis inducatur aditio hæreditatis? Respondendum est, quòd pluribus modis censetur inducta aditio hæreditatis, de quibus singulariter per Robert. Marantan. in. l. is potest. nume. 48. ff. de acquiren. hæred. vsque ad nume. 88. quo loco ponit triginta & octo modos, ex quibus instituta iudicatur aditio hæreditatis, quos per te videas, ne longam relationem iam scriptam hic interponamus. Quo loco est etiam addendus Philipp. Corne. consil. 165. nume. 54. colum. 7. libr. 2. vbi scribit ex quibus actibus hæreditas censeatur adita. Et Soci. consil. 131. num. 5. lib. 1. & consil. 195. colum. 2. num. 1. libr. 2. l. pro hærede. ff. de acquir. hæredi. & ibi per docto. &. l. 11. titul. 6. partit. 6. & ibi per Grego. Lopez. Expressè etiam aditur hæreditas, explicando animum suum verbis, dicẽdo, Accepto hæreditatem Titij. vel similia verba profert, de quibus per Iaso. in dict. l. pro hærede. nu. 3. Quanuis solus animus sufficit ad aditionem hæreditatis. text. & glo. verb. animi. in alleg. l. pro hærede. in princ. tamen requiritur actus extrinsecus ad ipsius probationem. Cin. in. l. quę acta. colum. fin. numer. 19. ff. de offi. procur. Cæsar. text. in. §. pen. Insti. de hæred. qualit. & differ. ibi, Quoquo modo voluntatem suam declaret vel re, vel verbis de adeunda hæreditate. Et Ias. in dict. l. pro hærede. colum. 3. numer. 12. Præterea requiruntur alia, quæ explicat gloss. in. §. Item extraneus. verb. hæredem. Insti. de hæredum qualit. & differentia. Petrus Ferrarien. in practi. forma libelli pro hæred. ab intest. delat. verb. ipsamque. num. 1. fol. paruæ impressionis. 120. colum. 1. l. 13. l. 14. &. l. 15. titul. 6. part. 6. ¶ Quæro. 3. per aditionem vtrùm teneatur hæres creditoribus hæreditarijs? Respon. affirmatiuè quòd si: quia per aditionem censetur cum eis quasi contrahere. l. apud Iulianum. §. fin. & ibi notat glo. verb. hæres. ff. quibus ex caus. in posse. eatur. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & obligatio. §. hæres. Institu. de obligatio. ex quasi contract. Corne. consi. 337. colum. 2. num. 14. libr. 1. & consi. 97. num. 5. libr. 2. & est communis secũdum Curt. Iuniorem consi. 120. num. 7. Præposit. in ca. solicitudinem. num. 25. de appella. Ioan. de Amicis consil. 70. col. 1. nu. 3. Probat Barba. in. c. Ioannes. colum. 16. versi. Quintò facit in simili de testamen. citans gloss. in. l. is consequenter. §. sed cùm monumentum. ff. famil. herciscũ. Boeri. consil. 53. colum. 3. num. 6, ideoq; manet obligatus hæres. l. more. ibi, hæreditas autem quin obliget nos æri alieno, etiam si non sit soluendo, plus quàm manifestum est. ff. de acqui. hæredi. & ibi gloss. & Socinus consi. 4. colum. 1. num. 3. lib. 4. Boeri. consi. 19. col. 1. nume. 1. Ias. in. §. actiones autem. nume. 1. de actio. & ibi Ludo. Gomezi. col. 2. nu. 4. ¶ Non tamen teneretur vltra vires hæreditatis, si fecit inuentarium iuxta formam. l. fina. C. de iure deliberand. glos. verb. soluendo. in. l. more. ff. de acquir. hæredita. l. 7. titu. 6. part. 6. Adde doct. Dueñas in tracta. regul. cum fallen. regul. 277. col. fina. nu. 7. &. 8. ¶ Ideoq; mulier coniugatà poterit adire hæreditatem absque mariti licentia, dum tamen accepte cum beneficio inuentarij, non aliàs. l. 54. in ordin. Tauri. ¶ Quarto inquirendum est, quanto tempore duret ius adeundi? Respond. triginta annos durare facultatem istam Philipp. Corneus consil. 90. num. 5. libr. 1. & consi. 202. colum. 6. nu. 16. libr. 2. vbi dicit communem opinionem esse, quod ius adeundi duret de iure ciuili per. 30. annos, nec lapsus anni à iure prætorio inductus impedit remedium prædictum à iure ciuili statutũ. Sic ergo non minori tempore præscribitur secundum communem sententiam adductam etiam à Paul. Parisi. consi. 48. col. 2. nu. 11. lib. 2. tex. iuncta glos. in. l. licet. C. de iure deliberand. Balb. de præscriptio. dicit communem, plures referens in. 4. part. quartæ principalis quæst. 19. nu. 1. Tiraquel. in repeti. l. si vnquam. verb. reuertatur. nume. 312. C. de reuocand. donat. & in tracta. de vtroque retract. libr. primo. §. 36. glos. secunda. nume. 37. vbi plures authores pro hac opinione, quam communiter receptam dicit, congerit. Antoni. Gomez libr. primo. Variarum resolutio. cap. nono. num. 27. vbi adducit quinque fundamenta pro hac cõmuni sententia, vide per eum. Ludoui. Gozadi. in repeti. l. secund. numer. 75. C. de pactis inter empto. & vendit. Dixi in. l. prima. in verb. *Dalaley.* titul. quarto. libr. tertio. suprà. ¶ Quintò quæro, An ius adeundi sit in bonis nostris, & sic vtrum possit

possit repudiari in præiudicium creditorum, & fisci? Dicendum videtur non esse in bonis instituti, ac repudiari poterit valide in præiudicium fisci, vel creditorum. l. pretia rerum. ff. ad legem Falcidiam. quam plures dicunt singu. & vni. vt ex relatione Antonij Gomez constat in dict. capit. 9. colum. prima. num. primo. lib. primo. Variarum resolutio. de vltimis voluntatibus. vltra eum est text. probans hanc partem in. l. qui autem. §. vnde si quis. ff. quæ in fraud. credito. ibi, Proinde & qui repudiauit hæreditatem, vel legitimam, vel honorariam, vel testamentariam non est in ea causa, vt huic edicto locum faciat, noluit enim acquirere, non suum proprium patrimonium diminuit. l. profectitia, §. si pater repudiauerit. ibi, profectitiam non esse. & iterum ibi, quia nihil erogauit de suo pater, sed non acquisiuit. ff. de iure dotium. l. si maritus. §. si sponsus. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Bartolus in. l. post emancipationem. §. primo. ff. de lib. lega. Iaso. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. numer. 123. ff. de liberis & posthumis. Ioannes Hannibal in. l. post contractum. versicul. Sed retenta declaratione Bartol. numer. 284. ff. de donationib. Angelus. in. §. item si quis in fraudem. colum. tertia. numer. 12. versic. in gloss. rem suam. Institu. de actionib. vbi ait, ibi. l. qui autem. &c. Nota singulariter illam legem, quòd si debitor repudiat hæreditatem, vel legatum, vel alio modo & titulo poterat acquirere, & non vult, imò repudiat, etiam in fraudem, & despectum creditorum, an habeat locum ista materia, dicitur ibi quòd non: quia dum modo non diminuat de suo patrimonio, non habet locum dispositio huius. §. quod bene nota. Hactenus Angel. loco citato. Lancelot. Galiaul. in dicto. §. Et quid si tantum. numer. 60. Maranta. in repetitio. l. is potest. numer. 216. ff. de acquirenda hæredita. Ioannes Crott. in. l. non solum. §. morte. numer. 40. ff. noui operis nuntiatio. Singularissimè per Petrum Rebuff. in repetitio. l. vnicæ. versicul. In quantum tenet dominus collega. numer. 414. C. de senten. quæ pro eo quod interest profe. Regia l. quinta. versic. *Casi el marido*. titu. vndecimo. parti. quarta. Segur. in. l. prima. §. si vir. numer. 60. & ibi dixi. ff. de acquirenda possessione. ¶ Quæro sexto. Hæreditas non adita vtrùm transmittatur ad hæredes instituti? Minimè transmitti firmat Imperator Iustinianus in. l. vnica. §. in nouissimo. C. de caducis tollend. Iaso. in. l. cum filiofamilias. numer. 107. ff. de legat. primo. & ibi Bald. nouellus. nume. 50. Bald. de Vbaldis in repetitio. l. si filius hæres. colum. tertia. nume. octauo. ff. de liberis & posthum. textus in. l. si ego. ff. de iniusto rupto. & ibi Signoro. de Homodeis. colum. prima. nume. secundo. vbi assignat rationem huius concluſi. Et Antoni. Gomez de vltimis voluntatibus. capit. 9. colum. prima. num. primo. etiam subtiles rationes huius decisionis adducit. text. in. l. si ex pluribus. in princip. ff. de suis & legi. hæred. l. tertia. §. acquirere. ff. de bonor. possessio. l. quoniam sororem. & l. si infanti. versicul. sin verò. C. de iure deliberand. text. in. l. si emancipata. C. qui admit. quo text. hisce in verbis habetur, Emancipata si non agnouit intra annum, Vnde liberi, bono. possessio. nullam ad hæredes vendicationem successionis transmittere potuit. Notat Arsendinus Raynerius in repeti. l. si filius qui patri. nume. 26. ff. de vulga. & pupilla. l. secunda. versic. *Perosi murieſſe deſpues del plazo*. titul. sexto. parti. sexta. ¶ Limita ratione suitatis. Mortuo nempe patre, filius suus ipso iure efficitur hæres, & perinde habetur, si non adeat, atque si verè se immiscuisset. l. prima. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omissa causa testamen. l. in suis. ff. de liberis & posthum. l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pupilla. §. sui. Institu. de hæred. qualita. & differentia. Quare hæreditatem patris non aditam ad quoscunque hæredes etiam extraneos transmittit. l. apud hostes. C. de suis & leg. l. ex militari. §. fina. ff. de testamẽ. milita. & Bartolus in. l. ventre. ff. de acquirenda hæreditate. Segur. in repetitio. l. cohæredi. §. cùm filiæ. nume. vndecimo. ff. de vulga. & pupilla. nisi nominatim repudiasset. l. vnica. C. de his qui ante apertas tabulas. Bartol. in. l. ventre. colum. secunda. ff. de acquirenda hæreditate. Socin. in regul. 168. fallent. 1. & regul. 173. fallent. 2. Plures effectus, quos suitas operatur, sunt videndi per Seguram vbi suprà, qui refert. 8. à num. octauo. cum sequent. & ibi remisimus. ¶ Est præterea alia species transmissionis, quæ beneficio dictæ. l. vnicæ. sanguinisque ratione fit ea ascendentium hæreditatem non aditã, in descendentes duntaxat transmittimus. Bartol. in dict. l. ventre. colum. penult. citat dict. l. vnic. & est communis sententia secundum Gregorium Lopez in. l. secunda. verb. *Deſcendieſſe*. titul. sexto. parti. sexta. & sic non transmittit in patrem matremve. Quanuis contrarium dixerit Doct. del Castillo in. l. sexta. Tauri. verb. *En todos ſus bienes*. versic. Tertiò verum est. fol. 54. ¶ Est & alia species tertia iuris deliberandi. l. cum antiquioribus. C. de iur. deliberan. ea em̃ lege prouisum est, vt hæres institutus, qui annũ habet, vt deliberet, an adire velit, vel repudiare, si intra eũ annũ decedat, ius deliberãdi, adeundiq; potentiã ad hæredes trãsmittat. Et p̃ istis tribus trãsmissionum speciebus est regi. l. 2. tit. 6. par. 6. quã ad hoc existimo vnicã iure partitarũ. ¶ Dubitat septimo. Vtrùm filius semel repudiãs hæreditatẽ posit abstensionẽ reuocare? Text. est formalis, distinguẽs casus in. l. fin. C. de repud. hæred. [illegible] quæ cõ-

l.fina.tit.6.parti.6.Illud tamen adnotandum est, quòd requiritur, quòd intra triennium eam reuocet. Secundò, quòd res sit integra, id est, quòd bona non sint alienata. quia vltra triennium, vel citra si bona essent alienata, vel per alium hæredem legitimum sequentē ingradu esset hæreditas adita: cū bona esse alienata, vel hæreditatem esse alteri quæsitam, per aditionem æquiparentur, secundum Bald. in.l.2. C. de iur. & facti ignorantia. Non audiretur filius volēs adire, quod semel repudiauit, nisi esset minor vigintiquinque annis, qui vltra triennium infra tempus petendæ restitutionis in integrum, quod est quadriēnium à die minoris ætatis finitæ computandum. l. fina. C. de tempo. in integr. restit. pet. potest per viam restitutiōis, tanquam læsus facilitate minoris ætatis adire paternam hæreditatem semel repudiatā, etiam si bona forent alienata, prout est tex. solennis de his omnibus in dict. l. fina. C. de repudi. hæredi. secundum Guiliel. Benedict. in repeti. capit. Rainutius. verb. mortuo itaque testatore. 2. num. 127. de testamen. vbi optimè declarat, extendit, & limitat vsque ad num. 142. Et est notabi. secūdum Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras. §. 26. numer. 5. fol. 71. colum. 2. de donationi. inter vi. & vxorem. Alexan. eam declarat in. l. quia poterat. nume. 12. colum. penul. versi. Secundo fallit. ff. ad Trebelli. ¶ Dubitatur octauo. Vtrùm beneficium reuocandi abstensionem transmittatur? Videtur quòd sic, per text. in dict. l. fin. sic inducendo: æquiparatur enim in illa lege reuocatio abstensionis, quæ fit à maiore, & reuocatio, quæ fit à minore per in integrum restitutionem. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minori. Secundò confirmatur, quia ius abstinendi est priuilegium, & ius speciale introductū contra legem. 12. tabularum. glos. in. l. si quis extraneus. in princi. ff. de acqui. hæredi. Alex. in. l. 1. ff. de condi. ob causam. Sed per reuocationem abstensionis tollitur istud priuilegium, rediturq; ad ius antiquum. 12. Tabularum. Ergo talis reuocatio est fauorabilis. argum. gloss. in capi. statutum. de præbend. libr. 6. in verb. numerandum. dicens constitutionem, per quam reuertimur ad ius commune fauorabilem esse, ac recipere latissimam interpretationem, etiam cōtra propriam naturam. Dixit notabilem Felin. in capit. cùm accessissent. de constit. colum. tertia. num. quinto, versi. Hanc declarationem intellige. Barbat. in capi. secundo. columna. 8. de foro competen. ac transmittenda. ¶ Tertiò probatur ex Vlpiani responso in. l. si is qui. 56. ff. de acquiren. hæredi. ibi, eadem conditio deferenda est hæredi. eius, quæ & ipsi. Eandē sententiam approbant Fulgos. & Deci. in. l. qui se patris. C. vnde liberi. columna. 10. nume. 21. versi. Vnde Fulg. hic. ¶ His tamen minimè refragantibus fundamentis, cōtrariam sentē tiam tenendam fore testamur ex Imol. Angel. & Roman. in. l. ventre. ff. de acquiren. hæredi. quam magis communem esse fatetur, & verisimam Fabia. à Coromboni. in repeti. l. qui se patris. nume. 125. C. vnde liber. Dixit ante eum esse magis communem Alexan. in. l. si filius qui patri. colum. 14. nume. 23. ff. de vulga. & pupilla. & Francisc. Curti. eandem communem in iudicando & consulendo profitetur in addi. ad Alexand. in dict. l. qui se patris. colum. 10. nu. 18. in verb. reuocare abstensionem. & ibi probat hanc sententiam Alexand. Asseruit communem Aretin. in. l. ventre. colum. 14. versi. Potest etiam elidi suitas. ff. de acquiren. hæredita. Facit, nam fundamentum transmissionis ex capite suitatis est fundatum in merum fauorem filij: vnde si filio se abstinente diceremus transmitti hanc facultatem reuocandi abstensionem ad hæredem, conuerteretur in damnum & odium filij contra reg. Quod ob causam. de regu. iur. libr. 6. Nam ex quo filius noluit sibi prodesse suitatem, si prodesset in aliquo contra voluntatem suam, diceretur in damnum suum, & eius prę iudicium esse, & ideo non debet fieri transmissio. Barto. in. l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pupillari. in fine. & Aretin. loco præcitato. Secundùm quem respondeas ad. l. non solùm. suprà allegat. pro parte affirmatiua contra hanc communem.

¶ *Ley. I. De los herederos que no querellā la muerte del que es muerto a traycion.*

El Rey don Alonso en Segouia.

SI algun hombre fuere muerto a traycion [a], y sus herederos quisieren heredar sus bienes por herencia y los rescibieren, o touieren por buenos, o callaren, o dissimularen, o touieren por bien de auer la herencia, assi como si fuesse muerto de muerte natural, o de otra manera, que non fuesse traycion, o fuesse muerto en pelea, o en

ben[a]: y la muerte no querellan dentro de v. años por q̃rella de justicia ante el Rey: o ante sus alcaldes pierdan la herencia que del finado han recaudado para la nuestra camara: y esto se entienda en aq̃llos que han edad complida[b] y son varões: y si fuere sabido quien fue el matador y que sea en la tierra, y que sea poderoso para demã dar la muerte.

ibi, *à traycion.* titul. secundo. partit. tertia. Optimus text. id diffiniens in capitu. primo. de homicid. & l. quarta. titu. septimo. & l. secunda. & l. vndecima. titu. 13. libr. octauo. infrà. ibique de proditionis crimine latiùs agam. Et concord. fororum Aragonũ libro nono. titu. De proditoribus. constitutiõe. quicunque. & titul. sequent. de proditionibus. Et notissimè tradidit Ant. Gomez in tract. De delictis. capit. tertio. nume. quinto. Vtrùm auto occidens proditorẽ ciuitatis fugiens ad alium locum teneatur pœna homicidij? textus in. l. tertia. §. fina. ff. de Sicar. dicit quòd non. Transfugas vbicunq; inuenti fuerint, quasi hostes interficere licet. Ludouic. Carreri. in practi. criminali. §. homicidium. nume. 193. vbi alios citat.

a ¶ *Los resciben.* Ergo ante vindicatam mortem defuncti, hæreditas adiri potest. Idem probat. l. 13. titu. septimo. part. sexta. & concord. etiam. l. vndecima. titu. fina. libr. octauo. infrà. l. cùm fratrem. C. de his quib. vt indig. & ibi est bona gloss. & in dict. l. 13. verb. *querella.* ¶ Priuatur ergo hæres hæreditate si non vindicauerit necem defuncti. l. prima. C. de his quibus vt indig. & in. l. hæredem. ff. eod. vbi cautum est, quòd etiam cum fructibus perceptis sit facienda restitutio hæreditatis fisco. Et intellige, quòd ratione successionis ad id tenea tur hæres, etiam si consanguineus non sit, vt in dictis iuribus. & l. minoribus. & l. quoniam sororẽ. C. de his quib. vt indign. l. prima. §. omnium. & in §. si fortè. ff. de iniur. Areti. in cap. in præsentia. de probatio. Alexan. in addi. ad Barto. in. l. secunda. ff. de accusat. Iaso in. l. 4. §. Cato. colũ. 59. de verb. obliga. Petrus à Plaça in tracta. de delictis. lib. 1. c. 39. nu. 23. vbi hanc conclusionem intelligit aliquibus modis, quos hic explicare non libet, ne rem semel explicatam iterum repetamus. Illud tamen omittendum non est, vtrùm hæres possit facere pacem cum occisoribus? Et videtur quòd non, nã teneur ipsos accusare, vindicare q; necem defuncti, vt hac in lege cum similibus suprà adductis cõstat, ergo transactio, seu pax non poterit habere locum, quãdo quidem non sit permissa à iure. Tamen attenta. l. 22. titul. primo. part. 7. hisce in regnis permissa est concordia, ergo poterit fieri. Ita Petr. à Plaça dict. cap. 39. nume. 25. Sed intelligendum erit, quando constare non posset de crimine in iudicio p testes, tũc fœdere concordiæ & pacis fieri posset, non aliàs. argumen. text. in. l. si ideo. C. de ijs quibus vt indig. l. cùm fratrẽ. eod. tit. dict. l. 13. ibi, *Sabiendo esto.* Et est text. hic ita exponẽs, ibi, *E si fuere sabido quien fue el matador.* Parui enim momenti esset lex ista, si in casu, quo constaret de homicidio modo præmisso posset post accusationem interpositam facere pacem & concordiam, & sic esset verbalis, & non realis hæc lex cum similibus. Tum etiã, quia lex prædicta. 22. est intelligenda, quando homicidiũ esset commissum absque insultu, & proditione, quæ qualitas nimis aggrauat delictum. Qua minimè obstante debet iudex procedere ad vindictam delinquentis. Ant. Gomez de delictis. ca. 3. nu. 59. Nam venia, seu remissio superioris ita demum locum habet in aliquo delicto, quando delictũ non esset cõmissum cum aliqua qualitate, quæ aggrauaret illud. text. in. l. 1. & ibi dixi super verb. *Saluo à leue o traycion.* & in. l. 2. verb. *Exceptados los casos.* titul. 11. libr. primo. suprà.

b ¶ *Edad cumplida.* Scilicet, q̃ sit maior. 25. annis. l. minoribus vigintiquinq; annis hæredibus nõ obesse crimen inultæ mortis placuit. C. de his quib. vt indig. l. si ea. in fin. eiusdem titu. Dubitari tamẽ potest, si postea factus maior teneatur reũ criminis accusare, aliàs sit priuandus hæreditate, iuxta formã huius legis, cum concordãtibus? Et videtur q̃ sic, cùm res deueniat ad casum, quo potuit incipere, & legis institutum suum habere effectum contra proditorem. facit. l. sciant. C. de legiti. hæred. cum annotatis in glo. 1. ergo infra quinquennium saltem tenebitur vindicare mortem defuncti, cùm in hoc versetur pietas. l. minoribus. C. de his quib. vt indig. tum etiam versatur fauor, publicus, vt crimina tm̃ reipublicæ odiosa puniantur, quia securitas non esset in hominum vita, si prodi

ADDICION.

¶ *Concuerda la ley. 11. titul. 8. libr. 5. de la Recopilacion.*

tores non punirentur, vt probatur ad sensum. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. c. vt famæ. de sentent. excom. text. singula. & melior iuris in. l. 3. §. vtrum. ff. ad Senatusconsul. Syllanianum. ibi, hoc quod in communi vtile est. quem valde singul. reputat Iaso in. l. si filius familiàs. colum. 2. nume. 4. ff. si cert. peta. & in. l. prima. colum. 4. nu. 13. C. de sacr. sanctis eccles. Petrus Gerard. singul. 13. Hyppolyt. in practi. causa crimi. §. aggredior. num. 58. Reipublicæ fauore ita debemus legem pœnalem & odiosam ampliare quemadmodum & fauorabilem. Sententia est Barto. in. l. quemadmodum. colum. 2. num. 4. C. de agricol. & censi. lib. 11. Sequitur Philipp. Deci. in. l. qui se patris. colum. 12. versic. Circa secundum. nume. 26. C. vnde liber. plures eam referentes congerit Hippolyt. in dicto. §. aggredior. num. 58. & in. §. diligenter. num. 130. in consil. 85. num. 16. & consil. 94. num. 28. Corse. in singul. Extensio. Iaso. in. l. 1. nume. 13. C. de sacro sanct. eccles. & in. l. si certis. num. 3. C. de pactis. & in. l. si filius. colum. 3. nume. 7. ff. si certum peta. & in. l. cætera. §. si quis ad opus. nume. 20. ff. de lega. primo. ergo cessante minori ætate, tenebit reum criminis accusare, si adhuc non fuit accusatus ab alio, per præmissa. ¶ His tamen non obstantibus, erit dicendum, quòd ex eo, quòd semel fuit liberatus propter minorem ætatem, iuxta text. in dicta. l. minoribus. amplius non tenebitur ad pœnã amissionis hæreditatis propter mortem testatoris inultam: tum quia effectus semel consequutus à sui principio propter aliquam qualitatem existentem, vt est minor ætas, non cessat causa illa cessante, & alia legitima ex cursu temporis superueniente, quæ alias necessaria esset, si existeret eo tempore. l. fina. in princi. C. vnde lib. l. sancimus. C. de administ. tuto. gloss. in. l. si captiui. verb. habere ratum. C. de episcop. & cleric. text. in. l. Deo nobis. §. his ita. versic. quòd si fortè. eodem titul. Barto. in. l. Titia. §. Imperator. & ibi Alexan. nu. 10. ff. de legat. secundo. Ludoui. Gomezi. in. §. fuerat. num. 53. Instit. de actioni. l. vlti. in princi. ff. de solutio. l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verborum obligatio. l. in ambiguis. §. non est nouum. ff. de regu. iur. Factum legitimè. de regulisiur. lib. 6. l. si Gaudentius. C. de contrahenda emptio. Confirmatur latè ex Andr. Tiraquell. in repeti. l. si vnquam. verbo. donatione largitus. numer. 230. & in verb. susceperit liberos. nume. 155. C. de reuocan. donatio. Suadetur, nam castrum relictum Annæ, si efficiatur vidua, si contingat mulierem effici viduam mortuo illo viro, quæ tamen postea ad secunda vota conuolauit. an legato castri sit priuanda? Et respondetur quòd non, per prædicta. sufficit enim conditionem semel impletam, quanuis non duret. Paul. de Castr. in. l. final. C. de indicta vidui. tollend. Sequitur Ioannes Sainson, dicens pulchrum dubium esse, in consuetudi. Turonensi. capit. de succesionibus de fief. artic. 28. in fine. fol. 301. colum. tertia. Suadetur, nam mulier minor vigintiquinque annis non petens tutorem, curatoremve pupillo filio, intra annum etiam si sit facta maior, non priuabitur succesione ipsius. Roman. dicit hanc veritatem esse in consil. 279. Visa thematis narratione. Facit text. in sui ratione in. l. vnica. ibi, nam & si mortis tempore tabulæ fuerint, licèt postea interierint, competit bonorum possessio, quia verum fuit tabulas extare. ff. si tabulæ testa. extabunt. & gloss. in capitu. statutum. verb. canonicus. de rescript. libr. sexto. dicens, qualitatem necessariã in aliquo actu à principio interfuisse, licèt non duret ex post facto, sufficere. gloss. in Clement. secunda. verb. principalis. de rescrip. His etiam accedit Capellæ Tholosan. decisio. 459. vbi habetur, quòd si filia dotata semel fuit excluſa, eò quòd tempore mortis patris extabat masculus, si postea filius moriatur, filia semel excluſa semper censebitur excluſa, per nota. à Barto. in. l. fina. ff. ad Tertullianum. Vide Stephan. Aufreri. in præd. decisio. 459. & suadetur ex Barto. in. l. miles. §. quærebatur. ff. de adulter. & Iaso. consil. 10. colum. secunda. libr. tertio. ¶ Confirmatur etiam, nam committens delictum in impuberi ætate, propter quam fuit excusatus à pœna, etiam factus maior, non est amplius ob præmissum delictum puniendus. gloss. prima. in l. sciant. C. de legitim. hæred. Hippolytus in. l. infans. nume. 13. C. ad legem Corneliam de Sicar. & in. l. de minore. in princip. num. quarto. ff. de quæstionib. Loazes in tracta. matrimonij Regni Angliæ. dubio. 11. numer. 13. ¶ Postremo loco hanc sententiam in expresis terminis tenet gloss. in. l. minoribus. C. de his quibus vt indig. in verb. respondere. gloss. simi. est in. l. minoribus. verb. vlciscantur. C. in quibus caus. in integr. restitu. non est necessa. quarum opinio communiter tenetur secundum Iasonem in. l. minoribus. colum. fina. nume. sexto. C. de his quibus vt indign. reprobata contraria opinione Petri & Cyni. ibi. ¶ Dubitatur secundo. Quando tenebitur hæres instituere querelam contra occisorem, ne indignus iudicari possit? Respond. statim cùm primum possit. Iaso. in. l. prima. nume. septimo. C. de his quibus vt indign. Sed tamen de iure nostri regni intra quinquennium poterit eam proponere. l. 13. vbi Grego. Lopez, verb. *Fasta cinco años*. titu. septimo. parti. sexta. ¶ Quæritur tertio. Cui sit applicanda hæreditas indigni? Respond. fisco eam esse applicandam. l. 13. & ibi Gregor. Lopez verb. *Quela no mereſce*. titul. 7. parti. 6. Idem Greg. Lopez in. l. 17. titul. 7. parti. sexta. verb. *Cosas ya*. gloss. & ibi Iaso. nume. 6.

nume.6.in.l.prima.C.de his quib.vt indign. quo loco regulam cum fallentijs constituit. ¶Quæritur quarto. (Vindicare mortem defuncti cùm liceat hæredi.l.prima. C.de his quib. vt indig. cum simi.) quomodo hæc vindicatio sit accipienda? Respondeo,quòd iuridicè,id est,non propria authoritate,sed iudicis.gloss.in dict.l. prima. quam ibi sequitur Ias.nume.5.glo.simi.in dict.l.prima. C.in quib.causis in integr.restit. non est necessa. gloss.in.l. vxor. C.de ijs qui accusa. non possunt. Per prædicta inferunt Docto. in. l. prima. C. de his quib.vt indig.quos refert ibi Ias.&in.l.prima. nume.27. C.de seruis fugiti. quòd minans dicendo,Recipiam de te vindictam, quòd quanuis postea reperiatur mortuus,non erit præsumptio aduersus minantem,quia debet assumi de vindicta, quæ solet & debet fieri coram iudice, non autem de extraiudiciali.Idem plura adducens adnotata reliquit Ioan. Lup. in repet.rubri.§.septimo. nume.8.de donatio.inter virum & vxo. ¶Quæritur quinto. Vtrùm liceat alium accusare ad vindictã publicam absque peccato? Dicendum est quòd sic,cùm leges iustè id permittant in foro Cæsaris, ergo & in foro animæ locum habent.Probatur secundo,nam vindicatio authoritate publica, & accusatio actus est iustitiæ,id est,virtutis, qui prohibitus non est.Sanct.Thom.2.2. quæst.108.arti.1. &.2.Caieta.2.2.quæst. 68.artic.1.Ioan. Arboreus lib.19.Theosophiæ.cap.3.Ioan.Methymnens. de contractibus.quæst.29.Domi. à Soto in relectione de secreto.2.membro.quæst. 5. Nauar. præceptor dignissimus, literis & moribus præstãtissimus in repeti.capi.inter verba.60.corollar.11.q.3. Couar.in lib.2.Variarum resolu.cap.10.nu.7.Innocen.Panormi.Aretin.Anani.Felin.& communis in cap.accusasti.de accusatio.vbi tenent,quòd accusans bono zelo, gerẽs in animo iustitiam,potiùs quàm vindictam propriam, non peccare, secùs si animo vindicandi hoc faciat. Vnde infertur occidẽtem authoritate propria,sine eo,quòd præcedat sententia iudicis,vxorem adulteram, peccare, Secũdùm communem,quam latiùs refert. D. Couar.in epitom.quarti Decretali.2.part.cap. 7. §.septimo.nume.8. vbi ad vtranque partem hanc pulchram quæstionem discutit, ideo latiùs non agam de ea. Ratio potest esse: quia leges id dissimulant,non tamen præcipiunt mortem inferendam fore adulteræ.Id enim procedere põt, quando vindictam sumpsit ex iudicis commissione, & absque odio vxoris,sed tantùm,vt delicta puniantur,eoque zelo ductus,qui percutit malos, minister Dei est,ac non peccauit occidendo, quo casu intelligerem contrariam opinionem volentium securum esse maritum vtroque foro. Ex eadem radice infertur locum habere statutum de impunè occidendo bannitum in conscientia, & etiam de iure canonico, nam facit exequutorem contra illum transfugam & inimicum Reipublicæ, alteriusve hominis propter aliquod delictum. Communem fatetur Alberic. in tracta. statutorum.4. part.quæst.19.Nellus in tracta.bannitorũ.2.part. 2.temporis.quæst.11. num.11.Petrus de Rauenna in alphabeto aureo.verb. Bannitus in fin. Ludo. Gomezi.in princip. Insti.de actio.num.54. hanc magis communem dicit, & declarat locum habere,quando fit zelo iustitiæ, non autem vindictæ, vt paulò antè diximus: tale enim statutum nõ est contrarium iuri etiam diuino, vt probat Ioann. Crott.in repeti.l.omnes populi.nume.63.ff.de iustitia & iur.ergo & in conscientia secundum communem,quam etiam ita profitetur Francischinus Curti.in repet. dict.l.omnes populi.nu.24.col. 4.versi.Secundò principaliter collige. ¶In contrarium videtur,imò quòd tale statutum permittens occidi bannitum sit contra ius diuinum, ac inducat causam recipiendi vindictam potiùs occasione odij particularis, quàm ex zelo iustitiæ, & ratione Reipublicæ, vt probat Antoni. Rubeus in repeti.l.non solùm.§.morte.nume.401.versic. Circa id tamen quod Barto. ff.noui oper.nuntia. & Doctor Dueñas in tracta. regularum cum fallent.regul.68.limita.2.ergo tanquam præbens occasionem delinquendi non erit iusta lex id expressè permittens. Sed tamen ego dico eam iustã esse,modo præmisso. Nam si occidens bannitum zelo iustitiæ ex legis præcepto peccaret,sequeretur etiam,quòd quilibet minister,vulgo, Verdugo,peccaret exequendo iudicis preceptum,quod à vero longè est alienum, ergo & in casu præmisso, cùm lex committat exequutionem condemnationis cuilibet potenti eam facere. Hoc tamen sanctum, & meritorium est exequi, vt fecit Phinees zelo Dei, & reputatum ei fuit ad iustitiam, & miris laudibus commendatur in sacro eloquio. vt habetur lib.Nume.cap.25.& in Psal.105.Ecclesiasti.45.&.1.Machab.2.& Apost.1. ad Corinthi. 10.& tenet Couar. in dict.Epitom. 4. Decretal.2. part.ca.septimo,§.septimo.num. 18. Et sic etiam stante iure regni habebit locum seruatis seruandis, de quibus in.l.47.Styli.&in.l. 76. in ordina. Tauri. ¶Dubitatur sextò, Vtrùm hæres institutus teneatur patrem proprium, fratrem ve accusare,quia testatorem sic proditorie interemit? Videtur quòd sic, quia fit ad vtilitatẽ Reipublicæ, pro qua priùs pugnare tenetur, secundum Catonem dicentem, Pugna pro patria. Sed quando principaliter non est contra fidem, vel patriæ desolationem, priùs est pugnandum pro parentibus. text. ab ordine literæ hoc probat in lege. veluti. ff. de iustitia & iure. veluti inquit Vlpianus, erga

Deum religio: vt parentibus & patriæ pareamus. Et sic est dicendum non incidere in edictum: quia nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit. &c. vt ait Paulus apostolus. Ita tenet Alberi. in rubri. C. de his quibus vt indign. & sequitur Iaso. reputans singulare in l. prima. columna. prima. ad finem. numer. quarto. eodem titul. Ioannes Andre. ad Specula. in rubr. de succesio. ab intestato. colum. prima. & ante eos tenuit Pileus quæst. secunda. Nouissimè Petrus Plaça non indiligens in referendis Doctorum opinionibus libr. primo. de delictis. cap. 39. nume. 24. quæ omnia pro huius legis intellectu sunt annotanda.

¶ *Ley. II. Que los hijos de los clerigos no puedan auer ni heredar los bienes de sus padres ni de otros parientes.*

¶El Rey don Iuan. I. en Soria. AEra de mil cccc y xviij.

POrq̃ las mugeres no ayan occasiõ [a] de ser barraganadas de los clerigos. Ordenamos y mãdamos que los hijos de los clerigos [b] no ayan ni here

¶ *Lex II.*

a ¶ *No ayan occasion.* Nota, quòd ante commissum delictum occasiones sunt tollendæ, ne tale facinus perpetretur. l. generaliter. §. si libero homine. ff. de fideicommiss. liberta. quem commendat Iaso in. l. si cui legetur. §. si Titio. nume. 13. ff. de legat. primo. ad hoc quòd casus aduersæ fortunæ debent esse in consideratione, ad hoc vt eis prouideatur. text. cum gloss. in. l. fina. §. ipsum autem filium. in verb. qui eos. C. de bonis quæ liber. l. stipulationes non diuiduntur. §. planè. ff. de verborum obligationib. Ias. in. l. si constante. nume. 46. ff. soluto matrimo. Innocen. in cap. cùm dilectus. de fide instrumen. Præpositi. in capi. ex literis. nume. tertio. de sponsalib. Hippolyt. consi. 21. nu. 23. l. vni. ibi, melius est enim occurrere &c. C. quando lice. sine iudi. vindicar. gloss. in. l. prima. verb. vtilem. ff. de eo quod certo loco. dicit. Et sic nota, quòd auferenda est occasio delinquendi. l. secunda. in fin. C. de indict. vidu. tollen. & l. si quis domum. §. primo. ff. locat. Vnde iudex videns aliquos ad arma venire, debet eos obuiare per incarcerationem, alijsque pœnis, quas viderit competentiores esse. l. æquissimum. ff. de vsufruct. Hippolyt. in practi. §. pro complemento. nu. 45. glos. fina. in capit. constitutionem. de sentent. excom. libr. 6. Etiam prohibere poterit, ne per talem locum transeat. glos. 1. in. l. quod iussit. ff. de re iudi. & ità practicatur. Turpius enim eijcitur. quàm nõ admittitur hospes. c. quemadmodum. de iureiur. Facit dictum Bald. in. l. omnia. §. quies. nu. 3. ff. de offi. præto. quòd si officialis videt aliquos rixari, & non interponit se, quòd potest priuari officio. Cyn. in. l. si seruus. num. 1. C. de noxalib. Bald. in l. nullus. C. de sum. Trini. Alexan. ad Barto. in. l. illicitas. §. veritas. litera. H. verb. allegata. de offic. præsid. Ideo lege municipali statui non potest, q̃ filius spurius quicquam consequi possit ex bonis sui patris, vt post Bart. in l. testamenti factio. nu. 7. ff. de testam. Asseruimus, suprà in. l. 22. titul. 3. libr. 1. & ad hanc. l. adde concil. Trident. sub Pio papa. 4. sessi. 25. cap. 15. incipien. vt paternæ incontinẽtiæ.

b ¶ *Hijos de los clerigos.* Concord. l. 22. tit. tertio. libr. primo. supra. & l. nona. Tauri, quæ hanc regiam dispositionem confirmasse apparet in verb. *Saluo si fueren los hijos de clerigos.* Text. in. §. fina. in authenti. quibus mod. natur. effi. sui. vbi glos. in verbo. participium. text. in authenti. Ex complexu. C. de incest. nup. vbi spurij indigni iudicãtur omni substantia, adeò quòd nihil potest eis donari, nec in testamento relinqui à patre. Azo in summa. C. de natur. libe. gloss. in capi. cum haberet. verb. secundum facultates. versic. Tamen filij. de eo qui dux. in matr. quam pollu. per adulter. Paulus. Castren. in. l. seruis testamento. nume. tertio. C. de legat. Guido Papę decisio. 280. vbi dicit ita vidisse iudicari in Curia Parlamenti Dalphinali. & in consil. 17. colum. secunda. & consil. 146. Alexand. consil. 54. numer. primo. & consil. 202. colum. prima. in fine. libr. sexto. Aretin. consil. 48. Reuocatur in dubium. colum. prima. nume. tertio. Rolandinus à Valle consil. 74. nume. 27. versiculo. Venio ad secundum. Decius consil. 288. & 311. Filij autem sacerdotum in sacerdotio geniti dicuntur incestuosi. gloss. in. l. secunda. verb. filij. C. de episcopis & cleric. Sed tamen sunt impropriè incestuosi. ex gloss. verb. adulterinis. in capi. per venerabilem. qui fil. sunt legitimi. quæ eos adulterinos dixit. Couar. in Epitom. 4. decretal. 2. part. capit. 8. §. quinto. num. 14. Et tales filij efficiuntur serui ecclesiæ, de cuius sacerdotis, vel ministri sunt nati, & ignominia fuit illata ecclesiæ. ex ca. cùm multæ. 15. quæst. fin. gl. in. c. impudicas. verb. filios. 27. q. 1. Sed tñ id procedere intelligas, cùm fœmina de facto fuit ducta in vxorem ab aliquo clerico in sacris cõstituto, q̃ ipso facto excõicationẽ incurrit. Clem. vni. de cõsan. & affi. qa cũ fuit maior p̃sumptio in delinquẽdo, maior imponenda est vindicta, vnde tam mulier q̃ filij ex tali præsum-

præsumptione geniti rediguntur in seruitutem ecclesiæ notat glo. in ca.cos.32.dist.&gl.in pragma.sanctio.Gallica.tit.de concubina. §. qui etiã. verb.cohabitare. Et sic communiter intelligitur tex.in dict.cup.cùm multæ.teste Panormi.in ca. si quisquam. num.5. de cohabit.cler.& mulier.Et est pro hoc intellectu Regia. lex.3.titu.21. parti.4. ibi, *Como si algun clerigo que fuesse ordenado de ordenes sagradas casasse con muger libre, y en aquella semejança que los legos deuen casar de derecho, ca los hijos que ouieren de tales mugeres, deuen ser sieruos de la yglesia en que era beneficiado el clerigo que assi casasse.* Et sic aduertendum est, quòd filius punitur ex patris delicto sine culpa, quia in eo nulla fuit, sed in generante.c.nasci.56.dist.tamẽ cum causa, vt euitetur occasio luxuriandi punitur, vt in nostro textu in successione. Item etiam est infamis infamia facti. Angel.in.l.fratres.C.de inoffic.testam.&.l. 2.titu.6.part.7.dicit, *infamado es de hecho aquel, que no nasce de casamiento derecho, segun lo manda la santa yglesia.* ideo ad ordines ecclesiasticos propter talem notam promoueri non possunt sine dispẽsatione.ca.accedens. ad fin.dicens, quia etsi nõ sit nota delicti, est tamen nota defectus impedientis ad sacros ordines promouendum.&ibi glo.fi. notat.Et latiùs dixi in lib.de irregularitate.1.cap.primo. §. ex quibus causis proueniat irregularitas. sunt enim communiter mali, & omni vitiorum labe coinquinati.& si qui boni reperiantur, est de raro contingentibus, ex Rip.in.l.quæ dotis. col. sexta.nume.19.ff.soluto matrimo.Nam cùm sint ex radice infecta, meritò debent à virtute deficere regulariter. Quia qui primitiua inficit, deriuata vituperat.Et sic etiam filij hæreticorum, Iudæorum, & eorum, qui aduersus maiestatem regiam crimina admiserunt, sunt infames propter præsumptionem, quæ ex sanguine infecto parentis contraxerunt.l.8.in volu.pragma. dixi in.l.1.gl. fina.titu.1.isto lib.5.suprà.Et fortè ipsi boni sunt, nec repellendi ab honoribus, quia delicta suos debent tenere authores:& virtus ipsa in persona propria, & non in antecessoribus est inspicienda, vt alibi tetigi, scilicet in.l.nona.glo.1.versi. Vnde infertur. titul.1.libr.primo.suprà.capit.eam te.ibi, proeo verò quòd Iudæus extiterit, ipsum dedignari.cap.pen.de præbend.Rochus in capi.fin.sectione.5.nume.32.de consuetu.Tiraquel.de nobilitate.cap.20.nume.10.Tamen lex, quæ vt in plurimum collegit, hoc potuit ex prædicta causa id statuere.regu.sine culpa.nisi subsit causa, non est

[a] den los bienes delos dichos Clerigos sus padres:ni de otros pa

aliquis puniendus.de regul.iur.libr.sexto. id probat apertè. Cui est addendus Felin.in cap. ex insinuatione.num.4.de simoni.Nauar.in ca.fratres. num.45.de pœnit.dist.5.& in repeti.cap.si quando.pagin.98. de rescript. Ex eadem doctrina infertur veram esse opinionem, quæ habet, testamẽtum fratris, in quo excluso fratre inuenitur institutus spurius, posse per fratrem tanquã turpi persona in eo instituta rescindi per querelam inofficiosi testamenti.ex.l.fratres. C. de inoffi.testam. quam probat Curti.Iunior consil.37.colum.prima.num.3.dixi in.l.prima.in glos.1.tituli.1.supra isto libr.quinto. Est præterea considerandum id quod dixit glos.in dict.capit.cum multæ.15. q.8. verbo. connubio. ecclesiam ius suum amisisse in eo, quod in illo textu habetur, ex eo quòd vsa nõ fuerit. Pro cuius sententia est text.in authen.quibus mod.natur.effi.sui.in.§.fin. dum inquit. Sed hanc non recepimus, quoniam & non vtendo perempta est. Et eandem sententiam tenuit glos.in capit. Dominus noster.56.distin.verb.repellitur. Sed tamen tenendum est contrarium: quia cùm non sit memoria apud nos, quod constitutus in sacris duxerit vxorem, susceperitque filios, non possumus iure fateri, quòd tale ius ecclesijs competens sit sublatum, cùm casus non contigerit. argumen. sumpto ex notatis à Cyn. in. l. secunda. C. quæ sit longa consuet. Ioan. Andr. in capi. Ioannes. de cleri. coniugat. & à me congestis in priori Tomo harum Regiarum constitutionum in princip. quæst.12, procemiali. ergo aduersus prædictæ glos. sententiam cum simil. Tum etiam & secundò ex sententia Panormi. qui hanc approbat, reprobata priori in cap.2.nume.5.col.1. de cohabit. cleric. & mulier. quem sequitur Cosmas Guinier in pragma. sanctio. Gallican. titul. de concubinarijs. §. qui etiam. verb. Cohabitare. quæ sunt memoriæ commendanda.

[a] *No ayan ni hereden.* Nota hæc verba, quæ reddũt filios clericorũ incapaces omnino â successiõe parentũ. Quia verbum negatiuũ præcedens verbo affirmatiuo habeat, hoc inducere est notum iuris documentum.ex ca.1.de cau.poss.& proprie. ibi, nec nos cõtra inauditam partẽ aliquid possumus definire.c.1.de fid.instrum.glo.in reg. beneficiũ. de reg.iur.lib.6.in verb.non potest. quam laudat Panor.in dict.c.1.de causa poss. nume.4. Et dixit ordinar.Ias.in.l.Gallus.in princip.colũ.4.nu.16. ff.de libe.& posthum. & mentitenendam Anto. Corset.in suis singula.verb.potest. Panorm.in capit.si quis contra clericum, col.6.de foro compet. Philipp.Franc.in.c. religiosus. de testamen.libr. sexto.Paul.Orian.in repet.l.1.num.139.ff.de offi. eius cui mand.est iur. ergo inducit nullitatem actus ipso iure, & sic testamentum erit nullum,

in quo filius spurius fuerit institutus à patre clerico per præmissam theoricam, & quæ notat Bart. per text. ibi in l. fina. nume. 7. ff. de fer. & in l. prima. nume. 3. C. de dilatio. & in l. de his. ff. de transactio. Bald. in l. prima. ff. de iniusto rupt. & in l. fina. C. de fideicom. & in l. 1. C. qui admit. Et latius dixi in Clem. non potest. colum. 1. de procurato. quanuis Alciat. hanc iuris peritorum velit reprehendere libr. 3. Paradoxorum. capit. 4. In tantum quòd etiam si statuto caueretur, quòd spurij succederent, nihilominus tale statutum inualidum esset, tanquam præstans delinquẽdi & peccandi ansam, in qua ratione nostra Regia lex fundatur, vt iam dixi ex Barto. in glo. 1. Quam sententiam dicit communem Philipp. Decius in cap. in præsentia. colum. 14. num. 43. versic. prædictæ limitationes procedunt. de probat. Imol. & Lancelot. in l. tertia. ff. de testamen. & Ioan. Neuizan. in consil. 34. nume. 1. Anto. Gomez in l. 9. Tauri in nu. 16. versic. Dubium tamen est circa materiam: igitur ne occasio delinquendi detur, inualidum esset tale statutum, seu lex: text. in l. conueniri. ff. de pactis. dotalib. l. fina. §. illud. ff. quæ in fraud. cred. l. prima. §. hæc autem actio. ff. si quis testamẽ. liber esse iussus fuer. & ibi not. Bart. l. fin. C. de nat. lib. in ratione illius legis. in versic. filijs. dum ait, Filijs enim naturalibus relinqui constitutiones quantum voluerint, ideo prohibuerunt, quia vitium paternum refrænandum esse existimauerunt. Ergo cùm lex nostra fuerit stabilita à regibus Catholicis in odium paternæ incontinentiæ, & libidinis. vt in capit. cùm haberet. de eo qui dux. in matri. quã poliu. per adult. Iaf. in l. Gallus. §. & quid si tantum. 2. lectura. colum. 22. fallen. 8. ff. de libe. & posthum. meritò erit fatendum statutum quod contrarium suaderet, iniquum & inualidum esse, cùm peccatum contineret. cap. fina. de præscript. ¶ Ampliatur etiam, quòd nec valeret, si ab intestato permitteret successionem, quia sic facillimè clerici relinquerẽt bona suis liberis spurijs, quod omnino erit negandum. Et verbum positum in nostra lege, *ni heredẽ*, intelligitur ex testamento, vel ab intestato. l. 22. titu. 3. libr. 1. supra. Ant. Gomez in l. 9. Tau. nume. 15. ¶ Sed circa præmissa est dubium, Vtrùm filij clericorum in sacerdotio, vel qui sunt in alijs sacris ordinibus succedere possint matri? Videtur quòd non, ex l. 9. Tauri inducta hoc modo: nam cùm ipsa loquatur circa successionem filiorum ex parte matris, & in fine dicat, q̃ filij si sint nati ex ea, & clerico, vel religioso, quòd obseruandum sit quod continetur in hac lege ordinamenti, sed in ista habetur, quòd patri nõ succedant, ergo clarè lex. 9. Tauri voluit similiter disponere circa matris successionem. Istam rationẽ ponit Anto. Gomez. in dict. l. 9. Tauri, per quam tenet istam partem, & sic quòd nostra lex ita locum habeat in successione matris, sicut patris clerici: versatur enim eadem ratio in successione matris ad euitandam occasionem luxuriandi, quæ in patre. Ergo pro expressa habenda est. l. his solis. C. de reuo. donat. capit. cùm dilecta. ibi, eiusdem æquitatis similitudine prouocati. de cõfirm. vtil. vel inut. cap. post transactionem. secundum Baldum ibi. de renunti. cap. 3. de regula. Nauar. in ca. primo. §. laboret. num. 14. de pœnit. distin. 6. Iaso cons. 54. col. 1. lib. 1. & hanc sententiam probaui in l. 22. in glos. 1. versic. Quæritur vlteriùs, vtrum mater. titu. 3. libr. 1. suprà. Facit. l. 22. ibi, *sus bienes*. tit. 3. lib. 1. suprà. ¶ Contrarium tamen videtur tenendum, imò quòd filij Clericorum spurij succedant matri, quia tantùm lex loquitur in parentibus, eiusque consanguineis, nec iure regni seu communi reperiantur excluſi. Ergo nec à nobis sunt excludendi, cum priuationis pœna non sit alicui imponenda nisi in iure expressa comperiatur. cap. is qui. de sententia excom. libr. 6. vt dixi ad Segur. de bon. lucrat. constant. matri. num. 166. Et hanc opinionem comprobat Gregor. Lopez respondendo ad obiecta quæ possent opponi ex dict. l. 22. & ex l. 9. Taur. scilicet in l. 3. verb. *Los de la madre*. titu. 21. part. 4. quem videas. Et facit, nam lex inducens incapacitatem hæreditatis, ei? pœnalis. l. si is qui hæres. vbi eam notat Paul. Castren. nu. 1. ff. de vulga. & pupilla. vnde dicit talem legem, seu statutum esse pœnale & odiosum, quale est nostra lex, igitur restringenda ad terminos tantùm, in quibus loquitur, ibi, *de sus padres clerigos*. Ergo à successione proueniente ex parte patris, non autem à matre, eiusq; linea repelluntur filij clericorum in quocũq; ordine sint geniti, nisi mater esset coniugata, vel concubina publica ipsius clerici: quia in istis duobus casibus est coitus per leges Regias prohibitus, & punibilis, ideo erunt insuccesibiles. Grego. Lopez in l. 3. verb. *Los de la madre*. titul. 21. part. 4. Et sic intelligi poterit opinio posita in gloss. suprà proxim. in princi. & est æquior opinio.

rientes ningunos, y no vala la manda[a] ni

a ¶ *No vala la manda*. Quacunque via, siue ex testamento, siue ex contractu, vel quasi prohibetur spurius clerici succedere in bonis sui parentis. l. 22. titul. 3. libr. 1. suprà. ibi, *ni heredar*. Et inferiùs, *ni ayan, ni puedan gozar de qualquier manda, o donacion, o vendida que les sea fecha*. Et in præsenti lege sunt verba ferè similia: pater enim prohibetur quicquã filio

filio spurio relinquere. tex. in authentica. quibus mod. natur. effi. sui. §. vltima siquidem. coll. 7. vbi glo. verb. participium, inquit, de hoc nullam esse hodie dubitationem in filio sacerdotis, cùm ipse non posit matrimonium contrahere. Idem dicas eadem ratione in subdiacono & diacono, qui etiã matrimonialiter coniungi nequeunt hodie. capi. vni. de vot. lib. 6. ibi, per susceptionem sacri ordinis. & in clem. vni. de consangui. & affinit. ibi, ad clericos in sacris ordinibus constitutos. capit. 1. & ibi glo. verb. vxorem. & ca. 2. qui cler. vel vouen. Optima sunt iura in cap. erubescant. & in cap. placuit. 32. distinct. refert Ioan. Maior in. 4. senten. distin. 37. quæst. vnic. Castr. aduersus hæreses lib. 13. verb. Sacerdos. Echius aduersus Luther. ca. 19. Albertus Pighius cõtrouer. 15. Ioan. Arboreus lib. 5. Theosophiæ. cap. 7. Robert. Arboricens. in tract. de sacerdotij cœlibatu. Illefonsus à Vera cruce in speculo coniugio. 1. part. art. 37. pag. 171. & quæ notat Domi. Sotus lib. 7. de iusti. & iure. quæst. 6. articu. 1. & 2. vbi de continentia clericorum eorũq; cœlibatu in ecclesia Dei apprimè necessario, eleganter declarat. Cùm ergo ipsi debeant esse spirituales, & mundi, & in sola genitura spirituali animarum debeant versari sacerdotes nouæ legis, meritò catholica Ecclesia habet quòd sint cœlibes, & absque matrimonio, vt prædicti latiùs explicant. Vnde filij inde nati, vel ex cõcubinis, vt plurimi nostra ætate inuerecundè habent in maximum dispendium animarum suarum totiusque Reipublicæ Christianæ nocumentum & scandalum, tanquam spurij, adulterini, & nefarij à successione parentum arcentur in nostra lege Regia, cum sibi similibus. Nostris enim sacerdotibus sola, vt dixi, commissa est spiritualis genitura, videlicet animas in Christo renatas, suo verbo, ministerioque, & studio lactare, fouereque, ac nutrire. Id quod egregiè Arator in illo suo carmine, quo Apostolorum acta contexuit, hisce versibus declarauit.

Ecclesiæ nunc alma fides sine fine pudicos
Pontifices iubet esse suos: & qnærit in omni
Cautatribu, quos ritè probet: neq; sanguinis iste,
Sed meriti successus erit.

Ex quo meritò clerici impudici, & concubinarij essent seuerissimè castigandi zelo charitatis, vt purè Deo ministrassent, non vt pecunias ab eis percipere possent, vt multi officiales Episcoporũ agere contendunt, & plura dona recipiunt, vt dissimulent, & ad correctionem debitam non perducant, quibus fletus, ignis, & stridor dentium est præparatus ab illo, qui nullum malum inultum relinquet. Ideoque filio spurio nec per substitutionem vulgarẽ à patre quicquã relinqui posset, quia per hanc succedit patri: secùs si per pupillarem, quasi pupilli sit hæres. ex glo. insigni, & mẽti tenenda in authen. quibus mod. natur. effi. sui. ad fin. verb. participium. Ex qua glo. colligo conclusiones, quarũ prior sit, Qui est incapax ad obtinendam hæreditatem ex institutione testatoris, nec ea capere poterit ex substitutione vulgari. Secunda. Prohibitus succedere ex testamento alicuius, non censetur prohibitus ex substitutione pupillari, quæ est testamentum filij, & non patris testatoris. Ad primam conclusionem com. Bald. & Paul. de Castr. prædictam glo. in. l. si is qui ex bonis. ff. de vulgar. & pupilla. Pro qua glo. induco subtiliter text. in. l. Gallus. in princi. ff. de liber. & posthum. suppositio, quòd institutio nepotis, de qua ibi est substitutio vulgaris, secundum Bart. in l. prima. colum. 7. nume. 4. ff. de vulgar. & ille nepos est incapax ex institutiõe, vbi specialiter prouidet Gallus, quòd sit capax ex substitutione, ergo in contrarium est ius commune. Nec obstat, si quis opposuerit de. l. Lucius. ff. de vulga. & pupilla. vbi filius naturalis, qui ex institutione est incognitus, extantibus alijs fratribus legitimis nisi in vna vncia, tamen ex substitutione admittitur in totum, ergo in oppositum. Nam respõdeo, quòd aut causa prohibita est temporalis, qua cessante admittitur, vt in dict. l. Lucius. nam ibi impedimẽtum temporale erat, quòd filius naturalis donec sit legitimatus est incognitus, vt in authent. licet. C. de natu. lib. & in corpore vnde sumitur. Aut est causa perpetua, & tunc non admittitur ex substitutione vulgari, vt in prædicta glos. ex eo quòd neque ex institutione, vt in spurio in casu nostræ legis. Et ad dictam. l. Gallus. in quantum supponit, quòd non erat causa prohibitionis perpetua, & nihilominus capere non potest ex substitutione, nisi, vt dixi, speciali prouisione Galli. Respon. quòd in tantum lex. xij. tabularum erat iniqua, & prohibebat institutionem posthumi alieni, quòd non solùm à principio, verùm etiam ex post facto prohibebat institutionem. Rationem cuius refert Alciat. lib. 3. Paradox. cap. 3. Neuizan. consil. 34. num. 62. ¶ Posterior fundatur conclusio ex l. si is qui ex bonis. ff. de vulga. & pupill. quæ non est alibi secundum Barto. Angel. & Imol. ibi, quã laudat Segur. in repe. l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. 115. vbi plenè notaui in additio. ff. de vulga. & pupilla. Intelligas tamen præmissam conclusionem locum tantùm habere, vt spurius ex pupillari substitutione possit consequi bona pupilli, non tamen patris. vt deducit Couar. in epitome. 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. quinto. num. 4. igitur vulgariter, nec fideicommissariè spurius à patre institui poterit. Bald. in. l. si is qui. colum. 2. ad fin. ff. de vulgar. Couar. eo non citato tenet vbi suprà. num. 4. versi. Tertiò deducitur. Sed cùm spurius

sit insuccesibilis patri & agnatis ipsius, & sic ex linea paterna, non video cur firmari possit in casu nostræ legis, quòd possit venire ad bona fratris per talem pupillarem substitutionem, dum dicit, *no ayan ni hereden los bienes de los dichos clerigos sus padres, ni d̃ otros pariẽtes ningunos.* Et in.d.l. 22.tit.3.lib.1. suprà. Ergo cessat remediũ quod colligi posset ex substitutione pupillari.

donacion ni vendida[a] quelos dichos clerigos y parientes les fizieren agora y de aqui adelante. Y qualesquier priuilegios, o cartas que tengan ganadas, o ganaren de aqui adelante en su ayuda: o contra e-

a ¶ *Ni vendida.* Similem legem habes suprà lib. primo.titul.3.l.22.l.prima.C.de natu.libe.Cuius verba sunt. Siue itaq; per ipsum donatum est, qui pater dicitur, vel per alium, siue per interpositã personam, siue ab eo emptum, vel ab alio, siue ipsorũ nomine comparatũ, statim retractum reddatur, quibus iussimus, aut si non existant, fisci iuribus vendicetur. Et ista sententia est tenenda per istam legem volentem, quòd nullo modo valeat donatio, nec venditio quam pater faciat filio incapaci, & per consequens nullus alius contractus lucratiuus, seu onerosus. Quanuis contraria opinio de iure communi esset tenenda, nempe ex contractu oneroso venditionis non habere locum, si verè & realiter absque dolo & fraude secluſa constaret in capo ex emisse à patre. vt Antoni. Gomez docet latè & bene in.l.9.Tauri.num.35. ¶ Coniecturæ autem ex quibus deprehenditur fraus, quæ in dubio præsumitur inter personas prohibitas. l. qui testamentum. ff. de probatio. Barth. consil. 194. l. 3. tit. 14. part. 3. vsque ad. 8. collegit Ioan. Neuiza. consil. 34. num. 13. & 14. vsque ad nume. 28. Et doctores varias cautelas solent excogitare ad hoc vt spurius à patre possit institui, quas remissiuè Præpos. in cap. cùm haberet. de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult. num. 3. colum. 2. posuit, & Ias. in. l. 2. colum. fina. C. de hære. insti. ponit. 12. Ludoui. de Sardis in tracta. limitationum. fol. vlti. Albert. in. l. humanitatis. C. de impub. A diecit septem & nouem modos Iacobin. in dict. l. qui testamẽtum. ff. de probat. Thomas Ferra. in caut. 41. incipien. Doctores conantur inuenire modum. Bertachi. in reperto. verb. Pater naturalis. Neuizan. consil. 34. num. 4. Et aliquas conscripsi in priori parte harum constit. lib. primo. titu. 3. l. 22. col. 163. ¶ Est tamen dubium, Vtrùm executores dati ad distribuendum bona pauperibus, possint ea distribuere in filium spurium testatoris. In quo dubio videtur dicendum. Aut ei dantur quatenus vni pauperi dari possent ad alimenta, quia est pauper, & nõ habet aliundè alimenta, & cùm isto casu possit ea consequi conditione Canonis. cùm haberet. Suprà citato, meritò ex distributione executorum habere poterit, & alimẽta à patre relinqui potuerunt, quando spurius à seipso ali non potest. Curtius Iunio. consil. 37. Sacratissimæ Trinitatis. col. 2. nume. 3. Cacialup. in repet. l. si qua il lustris. C. ad Orfic. & Philip. Deci. cõsil. 311. nume. 4. dicens æquitatem. cap. cùm haberet. in vtroque foro seruandam esse. Idem repetit consil. 576. colum. 1. nume. 1. & consil. 611. nume. 5. Neuizan. consil. 34. col. 1. nu. 2. ¶ Dubitari potest, An filius putatiuus in foro animæ possit parenti putatiuo succedere, si sciat ex matris assertione, & credat se talem esse? Et quid si nõ credat? Et quid de matre & adultero ad quid teneantur, latiùs dicemus in. l. 2. tit. 15. de adulterijs. lib. 8. infrà. ibiq; de illegitimorum filiorum successiõe sermonem faciemus. Interim circa materiam spuriorũ vltra tradita in cap. cùm haberet. per text. glo. & doct. & à me in dict. l. 22. titu. 3. libr. 1. ordina. & Petrum Dueñas nostrũ conciuẽ in tracta. reg. cum fallen. regul. 366. Filius spurius. vbi fusè loquitur in materia, & bene. Et aliqua per Petrum à Plaça in tract. de delictis. capit. 41. ¶ Erit inquirendum de quæstione vtili, & necessaria nunc in facti contingentia, Vtrum spurius & illegitimus, legitimatus tamen à summo Pontifice, possit ex cessiõe seu donatione facta à patre consequi ius patronatus? Videtur dicendum non posse ex nostra legeibi, *q̃ los hijos de los clerigos no ayan, ni hereden los bienes de los dichos clerigos sus padres, ni de otros parientes ningunos, y no vala manda ni donaciõ, ni vendida &c.* Et. l. 22. titul. 3. libr. 1. ordi. ibi, *ni ayan, ni puedan gozar de qualquier manda, o donacion, o vendida que les sea hecha &c.* Ergo vllo pacto non poterunt habere spurij ius patronatus ex cessione, seu donatione parentis, præsertim cùm contineat vtilitatem, honorẽ, & commodum temporale, vt ex definitione iuris patronatus constat. Et videtur vrgere ratio prohibitionis. ¶ In oppositum tamen facit. Nam ius patronatus & annexum & coniunctum est causis spiritualibus, quod quidem non nisi ecclesiastico iudico valet diffiniri. capi. quanto. de iudic. l. fina. titu. 15. parti. 1. ergo lex ista nec voluit, nec potuit hanc quæstionem circa ius patronatus determinare. capit. decernimus, vt laici ecclesiastica tractare negotia non præsumant. de iudic. ¶ Tum etiam, quia

quia lex ista facit incapaces filios clericorum quã tum ad successionem bonorum secularium nullam habentium connexitatem cum iuribus ecclesiasticis,& in quibus ipse Princeps secularis potest dispensare,cùm sint mere temporalia: sed ius patronatus cùm sit spirituale,Romanus Põtifex, & non Princeps secularis ad id ius consequẽdum potest legitimare.Ergo dispositio ad habilia tantum est referenda, nec erit extrahenda vltra casum in quo loquitur,præsertim cùm sit constitutio pœnalis,& contra dispositiones iuris.quę permittunt vnicuique liberam facultatem testandi de suis bonis,& emptionem,venditionem,donationem,seu cessionem suorum bonorum.l.non vsque adeò.ff.si à parente quis fue.manumis.ibi, Quia iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem.l.nec emere.C.de iure delib.Et ista lex annullat,& incapaces reddit spurios,quinihil peccauerũt,sed causa parentum,vt eis impediatur occasio luxuriandi, inhabiles redduntur. Causa verò in specie proposita,ex quo est ius patronatus,non est restringenda:est enim fauorabilis ecclesijs,ecclesiasticisque personis:nam si prohiberentur à disponendo de tali iure donando,vel cedendo forte retraherentur laici & clerici seculares à constructione, fundatione,& dotatione ecclesiarum,ideoque ad omnes personas,quę aliàs reperiuntur habiles,est extendenda,potius quàm restringenda, præsertim cùm priuationem inducat,& pœnam, quæ expressa non reperitur in præsenti lege,nec in alio loco.Ergo à nobis non est imponẽda,per ea,quæ dixi ad Segur.de bonis habitis constante matrimonio.numer.66.&.cap.odia.de regu.iur.lib.6. Et quæ de præscriptione latè notat Roma.consil.368.Præsens consultatio.column.3.vers. Quo ad secundum in quo quæritur,nunquid hic præsentatus.Nam spurius legitimatus à Papa est capax iuris patronatus.Cæsar Lamberti. de iure patro.28.articu.2.quæst.princip.2.partis primi lib. quem citaui in.l.1.in glos. *deuan succeder*.titul.6. libr.1.suprà.Et post præposit.declaraui in prælectione ordinaria.cap.lege.dist.decima.Et ex his quæ ibi fuerunt dicta, comprobari poterit præsens dubium. ¶Tum etiam, quia ius patronatus est ius mere spirituale,ex opinione antiquorum, de quo dubio agit Rip.in rub.de iudi.& in capit. quanto.eod.titul.l.an ius patronatus sit vel merè spirituale,vel merè temporale, vel mixtum. Et Ioan.de Selua in tract.de beneficio.1.part. quæs. 7.num.58.vult ostendere, quòd sit merè temporale. Quæ sententia antiquorum defendi potest ex sequentibus rationibus,quarum prima: quoniam illud pars substantialis alicuius rei dicitur, sine qua res illa existere nequit.facit.l.malum.ff. de verb.signi.notant docto.in.l.pacta quæ contra.C.de pact. Sed institutio non potest existere sine præsentatione.capi.decernimus.ibi, irritam nouerint.16.quæst.7.& institutio est merè spiritualis,ergo & præsentatio. Secunda sit. Omnis res denominatur vel à causa effectuali.l.ex hoc iure. ff.de iusti.& iure.not.in rub.ff.Sol.matri. vel ab effectu.notatur in.l.1.de appella.vel à causa finali vt notatur in.l.1.C.de sacr.sanct.eccle.at si consideres causam efficientem,est spirituale,quoniam est ecclesia,quæ ius patronatus concessit.capit.3. de iure patr.ex gratia, vt ibi habetur.ibi,in qua eos ecclesia sustinuit.not.glos.in.capitul.nemo. 32.quæstio.4.Anchar.consil.113.nume.2.Rebuff. in practica beneficiorum.3.part.Signaturæ.pag. 166.num.3.Beroius in rub.de iure patron.numer. 58.Dixi suprà in.l.1.glos.1.titul.6.lib.1.ordinam. Ergo si ex gratia ex eo, quia est spirituale, quòd sine speciali priuilegio non potest competere laicis:quòd si tale non fuisset saltem mixtum, de rigore competens esset,& sic ex priuilegio competit ius conferendi Decanatus Regi Hispaniæ, secundum interpretationem Archi.& Alexan.ad glos.1.in.capit.imperium.10.dist.quatenus glos. dicebat,tamen inuenitur,quòd Reges conferunt Decanatus,vbi diximus latè.nec possent laici ex potestatis defectu hoc introducere,si respiciamus effectum,ex ea oritur institutio, & electio, quæ spirituales sunt:si consideremus causam finalem, inuentum enim est in fauorem ecclesiæ, vt laici inuitarentur ad construendas,& dotandas ecclesias:si habeamus considerationem ad ipsam rem, super qua ius istud vertitur, est spirituale, prout est ipsa Ecclesia. Tertia ratio etiam quòd non sit mixtum sed mere spirituale, apparet:nã si esset mixtum,sequeretur,quòd etiam iudex laicus ratione mixti fori iudicare posset,vt in causis vsurarum,blasphemiæ,& huiusmodi,quod tamen est falsum,nisi vertatur sola quæstio facti, secũdum Feli.in.cap.quanto.ad fin.vers. Vtrùm laicus.de iudic.& in capitul.significauit.de testib.Ius enim patronatus principaliter consideratur respectu præsentationis, quæ ordinatur ad institutionem præsentati,cuius præsentatio spiritualis est, eo ꝙ per eam paratur via ad consequendum beneficiũ quod spirituale est.Archi.in.cap.1.1.quæstion.1. refert Alberi.in suo indice.verb.Patronus. vers. An ius patronatus.Quæ ratio militat etiã à principio,quando militans ecclesia concessit istud ius fundatoribus ecclesiarum.Si ergo ius patronatus spectat ad iudicium ecclesiæ,non debet per leges seculares tractari,nec prohiberi in specie proposita,præsertim cùm induceret grauamen ecclesijs, esset que contra libertatem & fauorem ipsarum, quod certè nec disposuit, aut cogitauit ista lex,

quem

quemadmodũ aliqui aliquando opinati fuerunt. Tum etiam, quia iſtud ius patronatus cauſam habet ab eccleſia, & Papa de eo diſponere poterit ad ſuum nutum, ac proinde non eſt ius ſucceſsiuum, ſicut bona merè temporalia, & ideo non eſt iudicandum de iſto iure, ſicut de bonis prophanis. Ideo q; ſi pater clericus inſtituiſſet Capellaniam, & omnia bona ſua reliquiſſet in dotem ipſius cum cõditione, vt ſpurius eſſet patron⁹ & Capellan⁹ ad vitam, valeret talis fundatio & inſtitutio etiam quo ad ſpurium, quia tractamus de iure ſpirituali, & non de iure temporali, eiusque ſucceſsione, & erit optimus modus relinquendi bona filio ſpurio, & deinceps cognatis, ſeu agnatis ſuis ordine ſucceſsiuo: ſunt enim iam bona eccleſiæ, & non fundatoris, poſtquàm ſemel fuerunt conſecrata Deo per talem inſtitutionem, ideoq; poterit etiam ſpurius legitimatus venire ad tale ius ſpirituale, ſicut quilibet alius fidelis & legitimus poſſet. Cùm igitur ius patronatus ſit ſpirituale, & ſit materia ſpectãs ad eccleſiam, & Princeps ſecularis nullam ad id habeat poteſtatem capi. eccleſia Sanctæ Mariæ. vbi Panor. notabi. 3. de conſti. Rolandi. à Valle. conſil. 75. nu. 48. eſt credendum quòd Principes Catholici non cogitarũt in noſtra lege de iure Patronatus, ſed de propria bonorum ſucceſsione ad reprimendam cauſam luxuriandi concubinis clericorum, vt in ea habetur, & diximus in prima gloſſa.

ſto que nos ordenamos: mandamos que no valan ni ſe puedã dellas aprouechar ni ayudar: ca nos las reuocamos, y damos por ningunas [a].

ADDICION.

¶ *Concuerda la ley. 6. titu. 8. libro. 5. de la Recopilacion.*

a ¶ *Damos por ningunas.* Et ſic poterit à tali diſpenſatione ſupplicari, quia præſumitur ex importunitate potiùs, quàm ex voluntate talis diſpenſatio proceſsiſſe à Principe. vt in. l. 1. & quæ ibi dixi tit. 12. lib. 3. ſuprà. Si tamen cõſtaret de volũtate Principis, illa eſſet obtemperanda, cùm ſit ius poſitiuum, contra quod eſt pleniſsima poteſtas Principis, quanuis cum difficultate id concedat, propter huius legis prohibitionem, nec etiam ſibi poſsit imponere legem, à qua non liceat recedere, cum ſit in ſua voluntate eam reuocare, vt eſt notum, & dixi in. l. decima ſeptima. in gloſſ. fina. titu. tertio. libr. primo. ſuprà.

¶ *Titulus. IIII. De conquæſtis inter maritum & vxorem.*

¶ *Lex I.*

b ¶ *Toda coſa.* Omnis res empta conſtante matrimonio, efficitur communis inter virum & vxorem. Si autem donatio fuerit facta à Principe ambobus, ſimiliter illa erit communis & diuidẽda inter eos: ſin verò vni eorũ tantũ, is ſolus, cui eſt donata, habebit. Hoc dicit. Tota iſta lex habet ad literam in. l. prima. titu. 3. libr. 3. for. legum. vbi ex Montaluo eius interpretationem (ſi placuerit) facilè recipere poteris. Et ex Roderico Suario in repeti. dict. l. 1. titul. tertio. *De las gananciãs.* quę quidem excuſa eſt cum allegat. ſuis fol. 7. colum. 1. Et has leges refert Antoni. Gomez in. l. 51. Tauri. num. 69. Ex quibus legis huius materiã accipere ad amuſsim poteris. ¶ Pro declaratione tamen totius materiæ in primis aduerto, quòd inter maritum & vxorem matrimonio de præſenti ſequuto contrahitur quædam ſocietas. capit. cùm ſocietas. 27. quæſt. 2. l. aduerſus. C. de crimi. expila. hæred. cuius verba Imperatoris Gordiani ſunt. Aduerſus vxorem, quæ ſocia rei humanæ atq; diuinæ domus ſuſcipitur, mariti diem ſuum functi, ſucceſſores expilatæ hæreditatis crimen intendere non poſſunt. glo. in. l. quanuis. C. de furt. Ioan. Monthol. in promptuario. verb. vxor. in parte. relinquet. cap. 2. ibi: ad inſtar eorum, qui ſocietatẽ interpoſitione fidei contrahunt. de ſponſalib. ca. ſecundo. de donat. inter vir. & vxo. l. cùm hic ſtatus. §. inter virum. ff. eod. titu. l. alimenta. §. fin. & ibi gloſ. ff. de alimen. & cibar. legat. l. prima. ff. de ritu nup. l. prima. ff. rerum amotarum. Ioan. Lup. in lib. 1. de regni gubernatio. cap. ſecundo. & in repe. rubr. de donat. inter vi. & vxo. §. 61. Chaſſanæ. in conſuet. Burgund. rubr. 4. §. ſecundo. nume. 4. Segur. vbi dixi in repe. l. tertię. §. fina. nume. 10. ff. de libe. & poſthu. Et iſta ſocietas quanuis ſit tacita, non eſt minoris virtutis & priuilegij quàm ſit ſocietas, quæ expreſsè fuit contracta ex Bal. in. l. rei iudicatæ. §. ſocero. ff. ſoluto matri. quem ibi ſequuntur communiter moderni ſecũdum Segur. in repe.

Titul. IIII. De las ganãcias del marido y de la muger.

¶ *Ley. I. Como deuen partir las ganancias el marido y la muger.* ¶ Fuero.

Toda coſa [b] q̃ el marido, y la muger cõprarẽ de cõſuno ayã

in repe.dicti.§.fin.nume.77. & in tract. de bonis lucratis constante matri.inter virum & vxor. nu. 27.quo fit ex coniugali cohabitatione contractã esse quandam societatem non solùm cohabitationis,sed etiam in bonis acquirendis,vt placuit glo. in cap.cùm societas.27.quæst.2.in glos.1. & in ca. 2.de donat. inter virũ & vxor. quas ad hoc citauit Ioan.Lupus in repe.rubr.de dona.inter virum & vxor.§.61.& in.§.62.in prin.& gl.in.l.prima.titu. tertio.lib.3.for. legum. dixit ad præmissam assertionem esse text.celebrem in citato.cap.2. de donat.inter vi.& vxor.Nicola. Boeri.in consuet.Biturice ñ. titul. *Des coſtumes concernans les mariages.* §.secundo.in princ.fol.59.colum. 1. vbi agit de simili consuetudine, quæ est apud Bituricenses, & in partibus Gallicanis seu regni Franciæ extat nostra consuetudo secundum eum vt lucra communia sint inter coniuges constante matrimonio. Et de hac societate est optimus text.in capi.ex parte vestra.de consuetudin.quo fit,quòd vxor dicitur iugalis.in.l.iubemus.ibi,tam pro se, quàm pro iugali sua.C.de aduoca.diuers.iudic.& in.l. petitiones.§.ad hæc.eod.titul. & dicitur vna caro cum viro Geñ.2.Matth.19.Marc.10.& ad Ephesi. 5. cap. gaudemus.de diuor. Hoc nũc os de ossibus meis, & caro de carne mea.cap.sunt qui dicunt.cap.nullum.cap.sanè.& cap.sicut vir.& cap.fraternitatis. 27.quæstio.2. Et ideo de costa viri fuit facta mulier, ad denotandum quòd nec erat domina, nec famula,sed socia,ideo non de capite, nec pedibus fuit facta Magist.in.4.senten. dist.28.ca.fin. glos. in ca.nec illud otiosum.in verb.costa.33. quæst. 5. & alias rationes cum ista ponit Matth.de Afflict. in consti.regni Siciliæ & Neapol.in prælud.in cõstitu.post mundi machinam.num.10.lib.1. vbi gl. in verb.partem.ait,ideo vir & vxor debent inuicem alter alterius esse participes in ꝓsperis & aduersis.vt.C.de nupt.l.si libertam.& ff.soluto matrim.l.si cùm dotem. §. si maritus.vt vnius inopis coniugis per diuitias alterius seruetur.vt in authẽ. de exhibend.& introd.reis.colum.5.ad finem. & ideo ad paria iudicantur maritus & vxor.ca.sicut. & ibi glo.7.quæst.1.in verb.fornicatus. ca.penul. & fin.de adult.nec ipsam debet malè tractare,nec verberare si est bona, sed sicut se ipsum diligere, nam hoc est probatum coram Deo, vt habetur in sacris Ecclesiasti.25.in tribus, inquit, placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus,Concordia fratrum, & Amor proximorum, & vir & mulier sibi consentientes. Aliena sunt ab ingenuis verberare vel aliter castigare suas vxores.glo.in cap. sicut alterius.verb. iudicari.7. quæst.1.Ex causa tamen licebit modicè eam corrigere, quia est de familia sua. vt habetur per dict. glo.in cap.sicut alterius.Est simi.glo.in capi. placuit.in glo.2.33.quæst.2.Panormi.in ca. cùm contingat.num.20.col.6. versi. Venio ad secundum. vbi Felin.num.7.colum.fin.de for. compet. Additio.ad Christophor.Porti. in princ.Insti. de his qui sunt sui vel alien.iur.nu.1.verb.cedere.& quæ notat Boeri.decisio.275.nume.2.Matthæ.de Afflict.decisio.246.nume.1.dicit maritum, qui sine causa verberat vxorem,ignobilẽ esse, & ideo maritus contra vxorem aliquid sibi surripientẽ non poterit agere actione furti, quia infamat, sed debet agere actione rerum amotarum, & hoc propter promiscuum vsum, quem habet mulier in rebus viri.vt in.l.quanuis.vbi glos. verb. exemplo. assignat alias duas rationes. C. de furt. Et prædictam rationẽ promiscui vsus assignauit Iacobin.à Sancto Georgio in.l.manifestissimi.§.sed cùm in secundam.num.6.vers. Nota quòd maritus.C.de furt. Et in nostro Regno est absque dubio societatem inter coniuges quo ad habitationem, & quo ad bona contractam esse, vt omnia bona superlucrata constante matrimonio sint diuidenda inter eos,vt hîc habetur.& in.l.203.&.l.205.Styli. & in l.prima.titu.3.lib.3. for. leg.l.16.ibi, *no se le cuente en la parte que la muger ha de auer de los bienes multiplicados durante el matrimonio.* Et.l.77. ibi, *ni la mitad de las ganancias auidas durante el matrimonio.* Et in.l.78.ibi, *o de ganancia.*in legibus Tauri.Quanuis attento iure Canonico vel Cæsareo falsam existimem opinionem Doctorum dicentium societatem etiam quo ad bona inter maritum & vxorem esse initam.Et tex.in cap.2.de dona. inter vi. & vxor.ab eis citatum id non probat:nam est intelligendus de bonis, quæ matrimonio constante simul ex pecunia vxoris & mariti acquiruntur, ea enim iure communi diuidenda sunt, eo quòd ex vtriusq; bonis simul acquisita fuerunt. vt per glo.Panormi.& docto.in dict.capi.2.nec text.in dict.capi.cùm societas.27. quæst.2. nam loquitur de societate cohabitationis, & non bonorum. Et hanc partem,quòd non veniat quo ad bona,Ioã. Lup.in repe.rubr.de dona.§.62. num.5.versi.Ex ista tamen societate.approbat, & Pyrrhus in consuetu.Aurelianensibus.de societ.inter vi.& vxo. cap.primo.fol.118. & sic probat inter eos societatem animorum & non corporum esse inter coniuges de iure communi.nec obstare.l.ex diuerso. §.idem Proculus.ff.solu. matri. quæ lex hoc minimè probat,quia loquitur, quando mulier contraxit societatem, sed non dicit contraxisse cum viro, nec dicit, quòd ipso iure sit contracta inter coniuges. Præterea nec id probatur ex.l.alimenta.§.fina. ff.de alim. & ciba. legat. nec per.l. cùm hic status.§.si inter virum & vxorem. ff. de dona. inter vir.& vxor.quia loquuntur. quando ita erat actum & conuentum inter eos non donationis modo,

modo,sed societatis,& communitatis, per quam non seruantur, nec expoliantur mutuo amore. Alioquin de iure præsumitur ex bonis mariti esse,vt turpis lucri suspicio cesset. l. Quintus Mutius.ff.de dona.inter vir.&vxo.l. etiam si vxoris. C.eod.titu.ibi, nec est ignotum, quod cùm probari non possit vnde vxor matrimonij tempore honestè quæsierit, de mariti bonis eam habuisse, veteres iuris authores meritò crediderint. Et ibi glo.final.& Salicet.Optim.l.2.titu.14.part.3. De cuius declaratione & materia plura traduntur à Ioan.Neuiz.in Sylua nuptial.lib.4.nume.20.vbi ampliat.4.modis prædictam regulam.l. Quintus Mutius. & limitat vndecim modis Alciat. de præsumptio.regu.3.præsumpt.26.Additio ad Panormita.in cap.literas.nume.28.colum. 7. de restitu. spol.Rip.libr.3.responso.capit.4. Ioan.Coras. in lib.3.Miscellane.c.5.Parisi.cons. 80.nu.12. libr. 1. Tamen in nostro regno omnia bona,quę reperiũ tur tempore mortis alterius,vltriusq; cõiugis præsumuntur communia. per.l. 203. styli. quæ est in vsu secundùm Gregor.Lopi.in.l.2.verb. *Aquellas cosas*. titul.14.part.3.quæ consuetudo est laudabilis,& æquior, per quam æqualitas, quæ amorem conciliat & confirmat inter coniuges inducitur, vt mutua sint inter eos lucra propter illam societatem diuinæ & humanæ, per quæ etiam cessant præsumptiones iuris communis,de quibus suprâ. Et similis consuetudo habetur apud Aurelianenses.titu.de societate inter vi.& vxo.capit.1.in hæc verba.Inter coniuges omnium bonorum mobilium societas communitas esto &c. vbi per Pyrrhum.Et apud Burgundiam Cassan.in consuetu. Burgund.refert rub.4.§.secundo. quasi iniquum sit ex eadem societate alium plus,alium minus cõsequi. Sed magis est vt pro socio actione cõsequi possit,vt vtriusq; portio exequetur. Quæ sententia habet æquitatem. Verba sunt Vlpiani in.l.verum.64.§.si cùm tres.ff.pro socio. ¶ Quæro igitur primò, Quid appellatione quæstus, seu conquæstum veniat, scilicet, dicendo rubri. nostra, *De las ganancias entre el marido y la muger*? Respondeo illa tantùm comprehendi & venire, quæ ex industria hominis,& opera,solertia, vel industria per alterum coniugum constante matrimonio acquiruntur. Vt satis notatur ex.l. quæstus.ff. pro socio.Et verbum,acquirere,lucrari est.cap. transmissa.& cap.Pastoralis.de decim.Anchar.consil. 65.colum.1.nume.1. libr. 1. Quò fit in casu nostræ legis, quòd acquisita titulo emptionis, & sic ex industria acquisita de bonis communibus sunt communicanda,etiam si suo nomine alter coniugum emisset,propter nostram legem: nam si quis societatem contraxerit,quod emit,ipsius fit,non commune,sed societatis iudicio cogitur rem communicare.l. si quis societatem. 75. ff. pro soci.quem text.optimum dixit Couar. libr.3. Variarum resolut.cap.19.nume. 1. Et meliorem iuris Iaso.in.l.si socius. ff.si cer.peta.& ibi est etiam text. secundũ Bald.& Iacobi.à Sancto Georgio.nume.2. Quòd si sunt quatuor socij omnium bonorum, & vnus ex eis emat prædia, & faciat concipi instrumenta pro se tantùm, licèt illa prædia efficiantur de dominio ementis,tamen iure societatis tenebitur ea communicare.l.si patruus.vbi glo.& Bal.C.communia vtriusque iudi.l.1. C. si quis alteri vel sibi. Ioan.Lup.in repe.rubr.de don.§.65.num.12.Ioã. de Anani.consi.65.Ang. qui loquitur in terminis nostræ legis in consi.141.incip. Super primo puncto dico quòd bona empta sunt vxoris. colum.1. Philipp.Deci.consil.21.colum.4. nume.10. lib.1. cum alijs pluribus concor.adductis per Tiraquel. in tract.de vtroq; retract.lib.1.§.32.glo. vnica.nu. 17. ergo communicanda sunt iure societatis omnia bona quæ reperiuntur tempore soluti matrimonij.per dict.l.203.styli.nisi probet ex proprijs pecunijs emptum,vt puta, quia vẽdidit fundum, vel aliam rem propriam, quam probat adduxisse tempore quo traduxit mulierem ad domum, vel fuisse vxoris,qa ex natura subrogationis ista censetur esse, quam ex pecunijs primæ rei venditæ emit.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.l. si filiæ.§. Titia.ff.de conditionibus & demonstrationib.l.si donatæ res.§.sponsus. & ibi Bald.ff.de donatio.inter vir.& vxo.l.pater.ff.de adimen.legat.quæ loquitur de pecunia legata,& postea conuersa in emptionem prædiorum. &. l. si cùm dotem.§.fina.ff.solut.matr. quæ facit sermonem de rebus ex dote comparatis. Et sic per præmissa apparet,quòd si alter coniugum vendat aliquam domum,seu fundum,& pecuniam in aliqua alia domo conuertatur, quòd ista non veniet in diuisione,sed domino pecuniæ per præmissa dabitur.ita Chassan.in consuetu.Burgun.rubr.4.§.secundo. verb. *Et acquestz*. nume.6. Et hoc vult dicere dict. l.203.Styli. ibi, *Saluo los que prouare cada vno que son suyos apartadamente*. In dubio tamen quicquid fuerit emptum,cõmune erit.l.coiri. ff.pro socio.ibi, si quod lucrum ex venditione, emptione rerum. prout in præsenti statutum est, in illis verb. *Toda cosa que el marido y la muger compraren de cõsuno.& c.* Licèt contrarium annotauerit Boeri. in consuet. Bituricen.titu.de consuetu.matri. §.secundo.colum.2.vbi additio refert has duas opiniones contrarias.Amplia etiam locum habere, quòd acquisita ex causa onerosa non solùm communia fiunt inter coniuges, sed ex titulo lucratiuo donationis ex causa remuneratoria, quasi tunc non censeatur ex donatione,sed potiùs ex causa onerosa, & gratificationis, de quibus meritis constat, puta quia

quia pater tuus fecit seruitia æstimabilia alicui eũ alimẽtando, curando, pecunias ei erogando, quæ oĩa alias ab eo repeti possent in iudicio, certè erit cõicanda talis donatio. vt per Couar. in c. cùm in officijs. ad fi. de testam. assignãdo hanc declaratiõ ad .l. 4. infra eo. titu. & Suar. in titu. de lucris. lib. 3. for. limi. 3. D. Pinel. i. l. 1. par. 3. illat. 23. ḋ bon. mater. Quam intelligas in donatione quã facit aliquis particularis, non tamen de donatione, quæ Castrensis est, aut quasi castrẽsis, siquidem manifestè distinguit. l. 4. infrà eodẽ. Secundò intellige, quando essent merita, ex quibus daretur actio ad repetendum, secùs tamen si essent communia ex quibus denegaretur, quo casu contrarium iudicandum foret, vt pulchrè colligitur ex Aymone consil. 165. colum. secunda. quẽ refert Couar. vbi suprà. & est ex mente Segur. in repeti. l. cohæredi. §. cùm filiæ. nume. 81. ff. de vulga. Quanuis minus bene reprehendatur à Couar. vbi suprà. & Corne. idem probat consil. 144. numer. 11. libr. secundo. & Antoni. Gomez in. l. 29. numer. 23. Tauri. & non ineleganter doctissimus Pinel. vbi suprà sensit.

lo ambos por medio: y si fuere donadio de Rey [a] o de otri, y lo diere a ambos ayã lo marido y muger: y si lo diere al vno aya lo ſo lo aq̃l a quiẽ lo diere.

a ¶ *E si fuere donadio de Rey.* Quæritur, vtrùm donatio facta marito sit communicanda inter virum & vxorem, vel è conuerso si fuerit facta vxori, cùm ad paria iudicentur? Lex nostra videtur dicere extra casum in ea expressum, scilicet, quando donatio fuit facta ab alio, quàm à Rege, quòd erit communicanda, cùm contrarium in Regis donatione fuerit expressum, dicendo (*E si fuere donadio de Rey*) nam expresio vnius, est exclusio alterius. l. cùm Prætor. ff. de iudic. ca. nonne bene dicimus. de præsumptionibus. Sed tamen idem est respondendum in donatione facta ab alio quocunque, quia donatio non est acquisitio, ideo non est cõmunicanda inter socios. l. nec adiecit. ff. pro soci. l. si fratres. in princi. in illis verbis, quod aliundè quæsierint, in commune non redigetur. ff. eod. Bald. in. l. cùm oportet. in princi. C. de bonis quæ liber. col. prima. vbi tenet, quòd quando est donatum socio, vel dubitatur, sibi soli acquiritur, si tamen societati, tunc socijs. Sequitur Alexan. consil. 49. maturè ponderatis. colum. secunda. nume. secundo. vers. Tertiò confirmo. lib. primo. Chassanæ. in consuetu. Burgund. rubric. 4. §. secundo. fol. 133. colum. secunda. Roderi. Suarez in repeti. l. prima. titul. 3. fol. 15. colum. secunda. lib. 3. for. vbi ponit conclusionem, Donationem siue factam à Rege, siue ab alio quocunq; etiam extraneo coniugibus, communicandã non esse cum altero coniuge, sed efficitur præcipua illius coniugis, cui facta est. Quam tamen intelligit in donatione quæ processit ex mera liberalitate donãtis. Si tamen ex causa remuneratoria, q̃si accedens causæ onerosæ, erit communicãda, quia ex opera, & industria coniugis prouenit, & fortè vtriusque, vt aliquando vidi donationem factam cuidam marito, qui multas pecunias erogasse fuit ostensum donatori, ob quam rem donationem eĩ fecisse apparuit, certè hanc potiùs emptiõem ipse iudicarem, quàm donationem. Si tamen exigua adeò essent merita & seruitia, ex quibus non posset deprehendi fraus ipsius mariti, sed ex mera liberalitate processisse, quia merita erant communia, ex quibus non daretur actio ad exigẽda, contrarium responderem, vt dixi suprà in. 1. glossa. Nec nostra lex exemplificando in donatione Regis, voluit negare idem esse in donationibus alijs factis siue à consanguineis, siue à quibusuis alijs extraneis, sed gratia demonstrationis voluit nobis hoc idem locum habere in donationibus Regijs, nisi contrarium appareret per eius dispositionem, & sic per inclusionem vnius, non negat id quod erat admissum à iure, cùm sit vna ratio, vt habeat ille, cui fuerit facta donatio, quippe cùm per nostram legem tantùm veniãt acquęstus, qui tantùm dicuntur venire ex industria hominis, & opera quæruntur, alia quæ donata relictaue sunt, aduentitia dicuntur, non quæstus, nec de his intelligitur ista lex, ex Ioan. Pyrrho in consuet. Aurelianen. titu. de societate inter virum & vxo. capit. 1. colum. 3. & notaui in superiore glo. & vtrãq; donationem expresit lex, à qua ista fuit de prompta in. l. prima. titul. tertio. libr. 3. for. legum. dicendo, *Si fuere donadio de Rey, o de otri &c.* vt posui in litera legis. & l. secunda. eod. titu. dicit, *Si el marido alguna cosa ganare de herencia de padre, o de otro propinquo, o donacion, o de Señor, o de pariente, o de amigo, o en hueste en que vaya por su soldada de Rey, o de otro, aya lo todo quanto ganare por suyo.* & l. 8. titu. 12. eod. lib. 3. for. vbi citat Montalu. l. 2. titul. 2. libr. 5. for. juzgo. alias est. l. 3. Cuius verba sunt. *Nos establesçemos, especialmente que de la donacion que el Rey fizier al marido, que la muger non pueda ende auer nada, fueras, lo quel dieren por arrhas. E otrosi lo quel Rey*

dier a la

dier a la muger, el marido non pueda endenada demandar despues de muerte de la muger, si non lo quel ella dire. Et est.l.secunda.infrà ibi (*o de donadio de Señor*): De materia lucrorum, latiùs dicemus in.l.finali. infrà eodem.

¶ *Lex I I.*

¶ *Ley. II. De las cosas que deuen ser del marido o dela muger: en que han ambos parte.*

¶ Fuero.

SI el marido alguna cosa ganare [a] de herencia de padre, o de madre [b]: o de otro propinquo, o de donadio de Señor: o de pariente [c], o de amigo [d]: o en hueste del

a ¶ *si el marido alguna cosa ganare.* Nomine acquestus non venit hereditas, & similia. l. nec adiecit. ff. p soci. gloss. in l. quæstus. ff. eodē. siue ei proueniat ex testamento, vel ab intestato, nam sibi soli acquiritur, nec venit communicanda. l. si societatem. C. pro soci. vbi habetur, quod causa testati, vel abintestati non pertinet ad societatem, vt hic habetur. & in.l.secunda.titu.tertio.libr.tertio.for. Roderi cus Suarius in.l.prima.titul.de lucris.8.limitatio. fol.19.libr.tertio.for.leg. Et sic constitues differēdiam inter contractus & quasi contractus donationis & vltimas voluntates. Quia habita ex contractu oneroso constante matrimonio communicātur, non tamen lucra habita ex titulo donationis. vt habetur in.l. prima. & ibi dixi nec ex causa testati vel intestati, vt in præsenti lege. Nouem differentias inter contractus, & vltimas voluntates posuit satis latè & bene Segur. in repetitio. l. si ex legati causa. nume. vndecimo. vsque ad num. 106. ff. de verborum obligationib. Deci. l. cùm quid. nume. 42. ff. si certum petatur.

b ¶ *De padre o de madre.* Hæreditas enim ex parte patris, seu matris iure naturæ, & ratione naturali debetur filijs: nam si filius, ergo hæres, ex Apostolo. capit. si pater. de testam. libr. sexto. Dixi in. l. prima. titul. secundo. libr. isto quinto supra. quanuis verè ei non sit debita legitima in vita patris, tamen est quasi debita. gloss. in. l. tertia. C. de iur. & facti ignoran. quam commend. Segur. in repeti. l. tertiæ. §. fina. nume. 115. ff. de liberis & posthum. dicens approbari à Docto. & ibi plenissimas remissiones congessi ad eam. l. & quia plerunq; ff. p soci. ibi, quasi debita nobis hæreditas obuenit.

c ¶ *De pariente.* Præsumitur enim relicta hæreditas affectione sanguinis, & ex naturali affectu, potiùs, quàm propter aliam causam extrinsecam bene meritorum. Text. in. l. tutor petitus. §. quæ tutoribus. ff. de excusa. tuto. Decius in. l. cum quid. nume. fina. ff. si certum peta. ipsum text. citat ad hoc, quòd in dubio legatum factum censetur ratione coniunctionis. text. in. l. Aurelius. 28. §. Titius testamento. ff. de liber. legat. vbi Iurisconsul. ait, Præsumptio enim propter naturalem affectū facit omnia patri concessa, nisi aliud sensisse testatorem ab hæredibus probaretur. Quem notabil. dixit Alciat. in tracta. præsumptio. regul. prima. præsumptio. sexta. & citat Montal. in. l. secunda. glo. tertia. tit. tertio. li. tertio. for. leg.

d ¶ *O de amigo.* Amicitia em habet effectū fraternitatis, vt Iurisconsul. Paulus adnotauit in. l. nemo dubitat. §. primo. ff. de hæred. instit. in hæc verba. Qui frater non est, sed fraterna charitate diligitur, rectè suo nomine sub appellatiõe fratris hæres instituitur. l. verum. in princip. ff. pro socio. Et ait Valerius. titul. de amicitia. Contemplemur nunc amicitiæ vinculū, potens & præualidum, nec vlla ex parte sanguinis viribus inferius. Hoc etiam certius & explora tius. Et amicitia dicitur quædam societas. Ias. in. l. apertissimi. colum. 3. C. de judic. Vnde Salomon Prouerb. 18. Vir amicabilis, ad societatem plus est diligendus quàm frater. Plures effectus amicitiæ tradit Segur. in repeti. l. Imperator. num. 17. ff. ad Trebellianum. Ias. consil. 70. colum. fina. libr. primo. Guiliel. Benedict. in repeti. capit. Rainutius. verb. Testamentum. 3. nume. 46. de testamē. Plura notat Iacobi. à Sancto Georgio, quæ videnda sunt in. l. exigendi. nume. 22. colum. 2. versi. Nunc quæro de quæstione pulchra. C. de procura. & in l. cùm alienam. num. 5. C. de legat. Vtrùm autem amicitia excludat aliquem à testimonio, vide ipsum Iacobi. in. l. testium. colum. 1. nume. 3. ff. de testi. vbi distinguit. Aut amicitia procedit ex charitate, & non repellit. Aut est talis, quæ inducit hominem ad corruptionem, quæ qualis sit, arbitrio iudicantis est relinquenda, & repellit. Et vtrùm amicitia seu magnitudo amoris habeat vim clausulæ derogatoriæ, tradit Marcus Anto. Nata. consil. 402. numer. 38. Ergo ob meritum præsumitur reliquisse hæreditatem, seu legatum, scilicet, amicitiæ, vel etiam si relinqueret extraneo, nam idē respondendum est, si ab extraneo quocunq; fuerit relicta. l. additio. ff. de acquiren. hæredita. quia non sine causa obuenit, sed ob meritum, scilicet, amicitiæ, vel propter virtutem hæredis, vel legatarij, quibus applicatur virtuosus & nobilis testator ad relinquendum: quia similis similem diligere solet. Facit. l. nec adiecit. ad finem. ff. pro soci. in illis

in illis verbis, quia non sine causa obueniunt, sed ob meritum aliquod accidunt.

a ¶ *O en hueste del Rey.* Id est, cùm quis in bellum Regis salario ipsius est conductus sine aliqua expensa communis substantiæ, scilicet vxoris & viri, secùs tamen si expensæ fuerint communes viri & vxoris, & absq; salario, nã isto casu lucra erũt communia, sicut expensæ, & damna, vt in hac lege cautum est. Et hoc intelligas, siue expẽsæ fuerint ex bonis communibus, vel ex labore vxoris, siue ex pecunia, quam maritus habuit vendendo ad hoc rem communem & lucratam constante matrimonio titulo oneroso. argum. eorum, quæ notat Bal. in cap. 1. num. 2. de duobus fratribus. lib. feudorũ. & per pretium subrogatur res ipsa communis. l. si & rem. 25. ff. de peti. hæred. ibi, quia potest existimari in locum hæreditariæ rei venditæ pretium eius successisse, & quodammodo ipsum hæreditarium factum. Non ergo debet maritus cum vxoris iactura lucrum facere. l. planè. 41. ff. de pet. hæredi. Cùm ergo ex communi impensa fuit aliquid lucratus in bello iusto, debet cum vxore communicari. Et istam legem in istis verbis declarat Roderi. Suari. in repeti. l. 1. titul. 3. libr. 3. for. limita. 3. fol. 14. vbi sunt verba similia. Quæri potest de ratione huius legis in constituẽda differentia, si maritus pergit ad bellum, salario, seu stipendio sibi dato, vt isto casu lucrum non sit communicabile cum vxore: si tamen fuisset absque stipendio expensis vtriusque coniugis communicandis sit totum lucrum in bello conquæstum? Dicẽdum est, quòd in priori casu propter stipẽdium Regis præsumptio colligitur, quòd nihil erogauerit ex bonis communibus, sed quòd stipendium Regis fuit idoneum & sufficiens ad impẽsas factas in bello. In posteriori verò cùm sit absq; salario, necessario aliunde debet se sustentare & alere, cùm non sit præsumendum ex vento vixisse prout ait. l. quod plerunq;. C. de alim. pupillo. præstand. ibi, nec ferẽdus est iuuenis, qui cùm præsens esset, studijsq; eruditus, atq; alitus esset, si ea per alium se consecutum non probet, sumptus recusset, quasi vento vixerit. Bartolus, Imol. Alexand. & Iason in l. cùm seruus. ff. de verborum obligationibus. Alciat. in tractat. de præsumptio. regul. prima. præsumptio. 50. Ergo cùm expensæ fuerunt factæ ex bonis communibus, æquum & iustum est, vt lucra etiam communiter diuidantur, quæ in bello habita fuerunt durante matrimonio, vt in præsenti lege iuridicè dispositum est. & in. l. secunda. titulo tertio. libro tertio. for. per quam etiam firmat Rodericus Suarez in. l. prima. eiusdem titu li. limitatio. tertia. Sicut enim sunt socij in damnis, ita & in lucris. Nec enim ferendus est is qui lucrũ amplectitur, onus autem ei annexum recusat, seu contẽnit. l. vnica. §. pro secundo. C. de caduc. tollend. Et ista lex duo ponderat, quòd eat sine stipendio ad bellum, & quòd expensis communibus, vel cum salario. Et sic videtur solùm loquutã fuisse nostram legem in lucris, quæ ex salarijs & stipendijs, quæ occasione belli conceduntur militibus, vt probat principium nostræ legis, dicendo, *Si el marido alguna cosa ganare.* iuncto fine. ibi, *ò en hueste que vaya por su soldada de Rey, o de otro que vaya por su soldada à costa de si è de su muger, quanto ganare desta guisa, sea del marido y dela muger. Ca assi como la costa es communal de ambos. &c.* Et de salarijs & stipendijs habes text. notabilem in. l. si fratres. 53. §. Idem Papinianus libr. eodem. ait si inter fratres. ff. pro soci. vbi gloss. in verbo. Salaria. inquit, quæ vexillarijs, vel similibus dantur. quo textu cautum est, huiusmodi salaria, quæ castrensia sunt, iure societatis diuidenda esse inter socios. Cuius litera est, Si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit, & stipendia cæteraque salaria in commune redigi iudicio societatis. Cuius contrarium habetur in. l. quarta. infra eodem. vbi vult lucra Castrensia non esse diuidenda inter coniuges. &. l. quinta. titul. 15. parti. sexta. subijciens rationem, dicendo, *non fazen esto tan solamente por pro de si mesmos, mas aun por pro communal de la gente, è dela tierra en que biuen.* Ergo non faciunt leuem difficultatem, nisi dixeris aliud esse constitutum inter socios in dicto. §. Idem Papinianus. quia eo modo fuit ibi celebrata societas, vt ex quacunque causa adquisitum siue Castrense, siue non communicaretur: si tamen simpliciter esset societas, nihil dicendo, Castrensia non venirent. l. coiri. ff. pro soci. Vel quãuis societas inter socios expressa in multis conueniat cum societate inita inter cõiuges, non tñ semper, vt in ꝓmissa. l. 4. infra eo. ¶ Quæritur vlteriùs, Vtrùm

Rey[a]: o de otro que vaya por su soldada aya lo todo quãto ganare por suyo: y si fuere en hueste sin soldada a costa de si e de su muger quanto ganare desta guisa todo sea del marido y dela muger. Ca assi como la costa es comunal de ambos: lo

hæc lex non solùm debeat intelligi in casu belli, sed etiam in quocunque salario consequuto à Curialibus, qui adsunt ministerio & seruitio Regis tempore pacis, vt ij, qui assistunt Regi in Camera, vel in alio officio suæ domus, vel auditores & aduocati Curiæ Regis? Videtur dicendum in Castrensibus locum habere, non tamen in quasi Castrensibus, quia diuidi debent sicut alia bona superlucrata. ex. l. fin. infra eod. titu. Tum etiam, quia talia beneficia illis facta sunt ppter remunerationem, & sic accedunt ad cām oneroſam, ideo diuidenda sunt inter coniuges, cùm ex cōmuni expensa fuerint quæstæ. per rationem generalem nostri text. in quantum dicit, *quanto ganare desta guisa sea del marido y de la muger. Ca assi como la costa es communal de ambos, lo que assi ganaren, sea communal de ambos.* Id enim quod maritus vel vxor acquirunt ex mera liberalitate Principis, vel alterius, acquiritur donatario quo ad proprietatē fructus, tamen inter eos diuidūtur. vt in. l. 1. & in hac l. ita intellecta, prout debet intelligi per. l. fin. ibi. in versi. *Pero que los fructos.* infra. eod. Secùs tamen de donatiõe remuneratoria propter seruitia, opera, & industria viri. vt in. l. 1. aduertimus suprà hoc titu. Et latè Suarez in. l. 1. fol. 14. col. 2. titu. 3. lib. 3. for. legum. Sit ergo conclusio. Donatio simplex facta vni ex coniugibus constante matrimonio à Rege, vel à consanguineo, vel ab alio extraneo, quo ad proprietatem ipse donatarius debet habere præcipua pro sua parte, secùs si fuerit ex causa remunerationis, quia censetur ex causa oneroſa: fructus tamen ex bonis sic lucratis siue castrensibus, siue quasi, communicari debent. Et ita practicatur secundum Suarez loco citato. Quæ autem requirantur ad hoc vt donatio' remuneratoria dicatur, est videndus Segur. & ibi dixi de bonis lucratis constant. matrimon. nume. 34. ¶ Quæritur de quibus lucris sit intelligenda nostra consuetudo de licitè acquisitis, vel illicitè, vt pote per rapinam, furtum, vel violentiam in iniusta guerra, seu bello? Respondendum censeo solùm intelligendam esse de acquisitis licitè, & iustè, non de alijs iniustè, & ex iniusto titulo: quia in rebus inhonestis nulla datur societas. l. quod autem. 54. ff. pro socio. vbi Iurisconsul. Papinianus in hæc verba respondet, Quod autem ex furto, vel ex alio maleficio quæsitum est, in societatem non oportere conferri, palam est, quia delictorum turpis atque fœda communio est. & est. l. quod enim. & l. si igitur. & l. nec quicquam. & l. nec prætermittēdum. eodem titul. l. si à reo. §. fina. ibi, Cùm flagitiosæ rei societas nullam vim habeat. ff. de fideiussorib. l. si fratres. 53. §. socium vniuersa. ibi, Socium omnium bonorum non cogi conferre quæ ex prohibitis causis acquisierit. ff. pro socio. Est etiam tex. Iabolenij Iurisconsul. in. l. quod seruus. vers. quod vero ex maleficijs apprehenditur &c. ff. de acquiren. possess. vbi cautum est, acquisitum illicitè à filio, vel à seruo, nullatenus patri, vel domino acquiri. Per quem tex. idem erit dicendum in quæsitis à monacho', siue sit in monasterio, siue vaget extrà. Quanuis ex causa licita contrarium sit respondendum cum gloss. in capit. Abbates. verb. quæ acquisierit. 18. quæst. 2. Panormi. in capi. religiosi. colum. 2. nume. 3. de regula. vbi ponit distinctionem circa eius intellectum. Et intelligas etiā, nisi monachus talis rediens ad monasterium, non fuerit per Prælatum suum receptus, quia tunc si permanēs in seculo aliqua acquirat, & moriatur, monasterium tale ex eo quòd ipsum neglexit recipere, ab ipsius bonis erit segregatum. glo. cap. 1. verb. Languidis. de infantibus exposit. Roman. dixit ordinar. in. l. prima. §. per seruū qui in fuga. colum. secunda. nume. 3. ff. de acquiren. possessio. Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras. §. Tertiò sequitur in textu. nume. 3. de donatio. inter vir. & vxo. ¶ Item Leo Papa in capit. fina. 46. distin. dicit, sicut non suo, ita non alieno nomine aliquis clericorum exercere fœnus attētet: indecens est enim crimen suum cōmodis alienis impendere, & exercere, In terminis notat Barba. in cap. conquæstus. colum. 4. num. 23. de foro comp. dicens, Notaibi, vel alijs iustis modis. quia exponit Hostiens. emptione, & permutatione, & vsucapione. Instit. de rer. diuisio. §. per traditionem. l. traditionibus. C. de pact. Sed domi. Cardin. dicit, quòd generaliter comprehendit omnes iustos modos acquirendi. Sed ego colligo, quòd hìc probatur, quòd lex vel statutum loquens de rebus acquirendis, intelligitur, si iustis modis acquirantur, aliàs secùs. Facit. l. quod seruus. ff. de acquiren. possessio. l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. l. cæterę. §. mala medicamenta. ff. famil. herciſc. Quod est bene notandum. Hactenus vbi suprà verba facit Barba. quem sequitur Ioan. Lup. in repeti. rubri. de dona. inter virum & vxor. §. 65. in princip. Roderi. Suarez in repet. l. 1. tit. de lucris. §. Posset assignari pro quarta limitatione. fol. 16. colum. 1. libr. 3. for. vbi dicit hanc quæstionem multoties habuisse de facto. Et salarij nomen de licito, non de illicito est accipiendum. text. cum gloss. verb. petere debes. in. l. prima. §. in honorarijs. ff. de var. & extraordi. cognitioni. quæ probat, quòd illicitum salarium repeti potest. Quanuis contrarium annotauerit Guido Papę decisi. 190. col. pen. vers. Sed iuxta præmissa quæro, Clientulus ex pacto. Vtrum aūt capta in bello iustè detineant, & efficiant capiētiū? Sit rñsum. Res captę in iusto bello immobiles, Principi seu Regi indicenti bellū acquirunt, nec efficiūtur capientis militis, seu Ducis. l. si captiuus. §. 1. ff. de captiui.

captiu.gloss.in.l.diuus. ff. de iure fisc. Bartolus in l.si quid in bello.ff.de capti. Alexand. & Ias.in.l. prima.ff.de acquiren.possess. Marti. Laudens.in tract.de bello.§.quarto.quorum opinionem communem dicit Couar.in regul.Peccatum.§.vndecimo.nume. 6. de regul. iur. libr.6. Est regia.l.19.titul. 26.parti.secũda. Res verò mobiles efficiuntur capiẽtium,debent tamen tradi duci exercitus, vt isea diuidat ĩter milites,iuxtacuiuslibetdignitatem & merita.dict.l.19. cap. ius militare. distin.1. vbi dixi isto anno in ordinaria lectiõe. glo.in cap.dicat aliquis 23. quæst. 5. l. si quis pro redemptione . C. de donati. Et iure regni quinta pars eorum, quæ in bello capta fuerĩt,regi debentur. l.4.titul.26.parti.secunda.l.fina.titu.primo.libr. sexto.infrà. Quandoque dimidia.dict.l.19. Quandoque tertia pars.l.20.titul.26.parti.secunda. Sed in hac specie semper erunt considerandæ leges & consuetudines legitimè institutæ, quæ de his lucris bello acquæstis disponere videntur, attento tempore & loco, quo bellum indicitur, quia augeri oportet præmium inter milites, quando necessitas causæ & belli futurii id suadet, quia premiũ alliciti ipsos, fortiores que reddit. Sed contrarium sæpe fit, imò in salarij solutione defraudantur, & dispensatores in maximam cladem reipublicæ id faciunt, vt experientia docet, & retinent sua stipendia, & eis non contentis, deuorãt aliena, & sic sunt in peccato & statu damnationis, nisi restituerint. regu. Peccatum non dimittitur. & ibi latè dixi. de regu.iur.lib.6. negligentes præceptum Apostoli ad Roma.13. dicentis, Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquã debeatis, nisi vt inuicẽ diligatis.

que assi ganaren sea comunal de ambos. Esto que es dicho de suso de las ganancias de los maridos, y esso mesmo sea de las mugeres [a].

ADDICION.

¶ *Concuerda la ley. 3. titu. 9. libro. 5. de la Recopilacion.*

¶ *Ley. III. Que los fructos de los bienes son communes de marido y muger.*

¶ Fuero.

MAguer q̃ el marido aya mas q̃ la muger, o la muger mas que el marido quier en heredad, quier en mueble los fructos sean communales de ambos a dos: y la heredad, o las otras cosas do vienen los fructos aya los el marido: o la muger cuyas eran antes.

ADDICION.

¶ *Concuerda la ley. 4. titulo. 9. libr. 5. de la Recopilacion.*

¶ *Ley. IIII. Declaracion de las leyes susodichas.*

¶ El rey don Enrique. iiij. en Nieua. Año. lxxiij.

EN las cortes que hizo el Señor Rey dõ Enrique nuestro hermano que sancta gloria aya en Nie-

a ¶ *Esso mesmo sea de las mugeres.* Fructuser go rei ꝓpriæ vxoris de bonis hæreditatijs quocũq; aliove titulo iusto quæsitis diuidũtur, & cõicanť cũ marito, cũ ad paria iudicentur in societate. ex dictis ĩ l.1. suprà hoc titulo aliàs esset societas leonina, quæ ĩprobata est. Nec eĩ ferẽdus est is, quĩ lucrũ quidẽ amplectit, onus autem ei annexũ contemnit. vt habet in. l. vni. §. ꝓ secundo. C. d cad. toll. ¶ *Lex III.* ¶ Fructus rerũ cuiuscũq; cõiugis cõicãtur inter eos ꝓ æqualibus partibus: proprietas tñ rei in solidũ dño reseruať, & ei erit restituẽda soluto mrimonio. h. d. Rõ, qa fructus sunt acquæstus, nõverò quę iure hæreditario, seu donatiõis cõiux habuit, etiã mrimonio cõstãte, ideoq; ꝓpriũ manet, nec diuidiť cũ alio cõiuge, habitũ ex hæreditario seu donatiõis titulo, primum verò sic, ex declaratione, quæ colligiť ex tex. & gl. in. l. quæstus. ff. pro socio. l. fin. infrà. eod. ¶ *Lex IIII.* ¶ In præsenti lege agitur de interpretatione legũ, quæ circa lucra cõstante mrimonio tractant. Regula igitur est, Lucra habita inter cõiuges cõstante matrimonio, inter eos æquis partibus diuidenda sunt. l.1. & ibi tradita suprà eod. Gregor. Lopez in. l.17. titu.11, parti.4. verb. *todos los bienes.* Couar. libr.3. Varia. resolu. ca.19. nu.2. citat istam legem.

Idem obseruatur in regno Aragonum, vt habetur libr. 5. obseruantiarum rubri. De iure dotium. cuius verba sunt. Nota, quòd de consuetudine regni in bonis mobilibus, quæ acquirit vir titulo lucratiuo, putà ex testamento, legato, donatione, vel similibus, nihil lucrat mulier, vel è contra. Secùs tamen si acquirat titulo oneroso, putà, qa emit aliquã vineam, vel agrum vel hę reditatem de bonis cõmunibus, medietatem lucratur vxor, etiã si nomine viri solùm res fuerit empta

ua, entre los Procuradores de nueſtras ciudades y villas ouo alteraciones y dubdas como ſe auian de partir los bienes ganados durante el matrimonio entre el marido y la muger: ſobre lo qual el dicho ſeñor Rey nr̃o hermano: declarãdo las leyes del fuero y lo contenido en el libro del eſtilo de corte y las otras leyes sq̃ ſobre eſto diſponen mãdo e ordeno que todos, y qualeſquier bienes caſtrenſes: e officios

de diuisione bonorum, & quæ debent superstites habere ex coniugis præmortui. Videas ibi, & libr. quinto fororum titu. de iure dotium. constitutione. 1. & 2. de iure Lusitaniæ habetur in lib. 4. ordin. suarum titul. septimo. vbi omnia bona coniugum statim contracto matrimonio efficiũtur communia quo ad partem dimidiam proprietatis & vsusfructus, nisi tempore contractus aliud inter eos sit actum. ¶ Intelligitur tamen procedere inter coniuges ab eo tempore, quo simul cœperunt cohabitare text. in. l. prima. ibi. *de consuno*. suprà hoc titulo. & in. l. 205. Styli. ibi, *estando en vno con su muger*. Optimè per Segur. in repeti. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. num. 24. ff. de lega. 2. Ioan. Lup. in repeti. rubri. de donatio. inter vi. & vxorem. §. 62. colum. 1. Nicola. Boeri. decisio. 22. numer. 33. subijciens hanc interpretationem receptam à iure & Doctoribus esse, & comprobatam fuisse in iudicio Prætorio Parisiensi. testatur ipse Boeri. in consuetudi. Bituricensibus, de consuetudine matri. §. primo. col. 5. & Bartholo. Chassan. in consuetud. Burgundiæ rubri. 4. §. 6. Couarr. in Epitome. 4. decret. 2. par. capi. 7. §. primo. num. 6. ¶ Quid autem erit eo casu, quo mulier separata est à viro propter viri sæuitiam, vel ex alia causa, & sic culpa mariti, debeat ne consequi quæsta cõstante matrimonio seorsum per talem maritum? Videtur quòd non: quia ipsa mulier petijt separationem quo ad mutuam viri cohabitationem, quæ quãuis ex viri sæuitia originem duxerit, iam non est in societate, prout leges Regni desiderãt, vt sint de consuno, & sic cessat causa propter quã præstantur, & industria vtriusque coniugis siue in acquirendo, siue in custodiendo, ergo ei non communicabuntur. capit. cum cessante. de appellatio. capitu. magnæ. de vot. l. adigere. §. quanuis. de iure patronat. Et hanc partem tenet Doctor Segur. in repeti. l. vnum ex familia. §. sed si fundũ. numer. 39. ff. de leg. secundo. Sed tamẽ tenenda est contraria sententia, ne maritus ex suo dolo commodum reportet, cùm ipsa mulier separationem iustè petierit ob mariti sæuitiam propter euitandum periculum vitæ, nec per eam stetit, quominus esset in domo mariti, cùm ipse ansam dederit diuortio, quod ei minimè iuuare debet quo ad retentionem prædictorum lucrorum, nec mulier absque sua culpa erit priuanda dimidietate lucrorum: igitur ac si esset in domo ipsius viri ea lucra consequi debet. Et hanc partem probat Ioannes Lup. in repeti. rubr. de donatio. inter virum & vxor. §. 62. nume. 10. Et idem tenet in. l. 16. Tauri. num. 35. Fernandus Gomez Arias in. l. 12. nume. 15. Tauri. & Couar. loco præcitato. ¶ Idem etiam erit respondendum, si mulier ob furoris infirmitatem non cohabitet cum viro, sed separatim in alio loco, seu domo: quia cùm priuatio sit pœna, non debet imponi, nisi adsit culpa. capitu. secundo. de constitutionibus. Culpa autem abest, nec afflicto est addenda afflictio. capit. cùm percussio. septima. quæst. prima. cap. primo. de clerico ægrotan. capi. vnico. de cleri. non resident. lib. sexto. & satis suo furore punitur. Et idem erit respondendum è conuerso, cùm diuortium fieret absque culpa mariti, & mulier plura lucrata esset ex licita negotiatione, pro ut pluries contingit, quia sunt industriosæ circa plura opera, & lucrari solent multa.

Dubitari sæpe vidi de quęstione, Vtrùm hæ leges de cõicandis lucris locum habeãt in matrimonio putatiuo, dissoluto tamẽ propter aliquod impedimentũ iuris, siue culpa alterius cõiugis, qa fortè erat cõiugatus eodẽ tẽpore bis, vel propter impedimentũ cõsanguinitatis, vel affinitatis, vel huiusmodi? In quo dubio respondendum duxi, qñ matrimo-

trimonium in facie ecclesiæ fuit contractum bona fide, saltem ex parte alterius vtriusque ex contrahentibus, quanuis ex aliquo iurisimpedimento postea comperto disiungatur, lucra vsque ad tempus dissolutionis communicabuntur, tanquã si matrimonium fuisset verum, & nõ putatiuũ. textus gloss. & Panormit. in cap. secundo. de donat. inter virum & vxorem. Barba. in cap. ex literis. num. 19. de pigno. Doctor Didac. Segur. in tracta. de bonis lucratiscõstante matrimo. nume. 97. versic. Cùm ergo inter iam dictas. Roderi. Suarius in repeti. l. 1. titul. De lucris inter maritum & vxor. quæst. 1. libr. tertio. for. & Ioan. Lup. in repe. rubr. de donat. inter virum & vxo. §. 36. nume. primo. &. §. 62. nume. 23. & est. l. 4. tit. 6. libr. 3. for. leg. quæ ait, *Si ome que ouiere muger, è casare con otra, è ouiere fijos della, si esta con quien casa, no supiere que era casado, estos hijos sean herederos, y ella aya la meytad de sus bienes que ganaren de consuno. Si por ventura ella lo sabe que era casado, los fijos no sean herederos.* Et ibi Montal. eam declarat. Antonius Gomez in. l. 51. Tauri. nume. 61. ¶ Dubium censeri solet non vulgare, quando maritus constante matrimonio tanquàm proximior cõsanguineus, vel societatis & communionis retraxit rem venditam pro eodem pretio, an ex illa vxor consequi debeat medietatem eius soluto matrimonio virtute huius legis cum similibus, quibus cautum est lucra constante matrimonio diuidenda fore inter vtrunque coniugem, vel an tantùm debeat habere partem dimidiam pretij, pro quo fuit retracta? Et videtur quòd nõ, nam istud ius marito seu vxori competens fuit gratia generis, seu iuris in hærẽtis in altero istorum coniugum absque opera alterius, titulo enim lucrativo respectu causę primordialis lucri & acquisitionis: igitur sicut acquisita titulo hæreditatis, vel huiusmodi non communicãtur quo ad proprietatem. l. tertia. suprà, ergo nec in specie proposita, & sic pretium quod fuit datum cum censeatur commune vtriusque, diuidendum erit. l. 203. Styli. & res retracta erit apud retrahentem suo iure relinquenda. ¶ Confirmatur,

de rey y donadios de los que fueron ganados y mejorados y auidos durante el matrimonio entre marido y muger por el vno dellos que sean e finquẽ de aquel que los ouo ganado, sin que el otro aya parte dellos segun lo quieren las dichas leyes del fuero. Pero q̃ los fructos y rẽtas dellos y de todos otros qualesquier officios: aun delos que el derecho ouo por quasi castrẽses: y los bienes q̃ fueron ganados, o mejo

nam ratio inducẽs retractum, fuit affectio, quam quis habet ad res maiorum suorũ & ascendẽtium, & sua interest eam rem consequi, etiam per remedium restitutionis in integrum. vt est. l. si in emptionem. & ibi gloss. verb. maiorum eius. ff. de minorib. quem text. notabi. dixit Panthaleo d̃ Crema in repeti. l. 2. colum. 72. C. de resc. vendi. omnino p̃ Iaso. in. l. prima. col. pen. versi. Capio. gloss. fina. ff. de in lit. iur. Andr. Tiraquell. in libr. primo. de retract. in prin. nume. 34. fo. 7. colum. prima. Alciat. de præsumptio. regul. 1. in præsumptio. 20. Et sic præfertur per leges regni. libr. tertio. for. titul. 10. l. 13. cum simil. Sed si vxor medietatem rei habitæ ex retractu, & abolengo consequi posset, cessaret præscripta ratio, ergo diuidi non debet. ¶ Tertiò his accedit, quòd quando finis habet necessariam causam cum principio, semper attenditur principium, & non finis. text. in. l. damni infecti. §. Sabini. ff. de minorib. & in. l. 3. §. scio. eo. tit. l. in ratione. 1. §. Imperator. ff. ad. l. Falcid. Sed in casu nr̃æ quæstionis licèt retractus fiat cõstante matrimonio, tñ causa primordialis, & originalis eius habet ortum, principiũ & fundamentũ ex antiquiori causa, nẽpe sanguinis & originationis mariti, quæ nullo iure adimi potuit, eo ipso q̃ semel natus fuit scilicet, ius agnationis. & ibi gl. ff. de pact. l. 34. & ibi Greg. Lopez tit. fin. par. 3. ¶ Quartò facit, nã ea, quæ sunt introducta ex priuilegio, nõ censẽt̃ per legis dispositionẽ generalem abrogata, nisi expresè dicatur in lege, nec talis generalitas inducit inclusionẽ casuũ particulari priuilegio cõcessorũ in iure. l. qui officij. ff. de contra. empti. gl. in. l. minor. ff. de euict. tex. omniũ expressus & notãdus est in. l. decuriõib⁹. in illis verbis, legis istius p̃ceptiõe nouerint esse firmata, nõ pr̃iudicatura quacũq; gñalitate pragmatica. C. de silentiarijs & decurio. eorũ lib. 12. pbãs, q̃ si Princeps cõcedit alicui immunitatẽ à tributis vel gabellarũ solutiõe, deinde generali lege imponat onera, nõ censẽt̃ tale priuilegiũ derogasse, nisi de eo mẽtionẽ fecerit. notat Iaso. in. l. 1. nu. 16. ff. de constit. Princip. & in. l. sicut. nu. 10. col. pen. C. de

testam.milit.&in.l.prima.numer.80. C. de sum. Trinita.&in.l.fina.colum.2. C.de inoff. testam. optimè Ludo.Roma.consi.436.versi.Tertia principalis ratio.Paul.Castren.consil.146.nume.primo.libr.1.Andr.Tiraquel.libr.1.de retract.fo.133. colum.secunda.§.primo. glosſ.14. numero. 104. ¶Quinta ratio est, quia acquisita contemplatione propriæ personæ, & ex causa speciali alterius vtriusque ex socijs, non communicantur alteri socio.text. insignis in.l.verè.§.si seruo. ff. pro soci. Sed ista concessio est ratione qualitatis inhærentis marito,scilicet, cognationis &sanguinis. ergo &c. ¶Sextò fundatur in terminis ex sententia Io. Fab.in princi.Instit.de acquis.per arroga.col. fin. nume.7.versic.Et hæc faciunt ad quæstionem, q̃ proximior de genere &c. quòd ius retrahendi descendens à lege ex aliquo beneficio, vel priuilegio speciali non transit in patrem arrogantem, quanuis bona quæsita per filium, transeant in eũ: quia dictum priuilegium datur ei, qui est de genere,& talia non transeunt ad extraneum, sicut nec iura sepulchrorum.l.quia perinde.§.primo. ff. ad Trebellianum.&Instit. de acquisit.per arrogat. in princi. Item,quia cessaret ratio consuetudinis, vt dixi,quæ fuit inuenta, vt res permaneret in linea consanguineorum. Vnde si ius retrahẽdi posset in extraneum, & sic non consanguineum, fieret fraus consuetudini, & contra eius mentem, & ideo non potest transferri, etiam cum vniuersitate.l.peto.§.fratre.ff.de lega.secundo. l. si ita quis. §.ea lege.eod.titulo. Ita Ioan. Fab. loco proximo adducto. Quo fit, vt ius patronatus vxori competens,non transeat ad maritum.Panormi.&Imol. in cap.fina.de conces.præbend. ¶Septimò suadetur, quia si maritus ante matrimonium habebat fundum,vel domum in proprietate nuda absque vsufructu, non iudicatur diuersa res, vel de nouo quæsita, cùm habeat causam de præterito, nec vxor habebit partem eius.l.fin.C.de alluuioni.vbi Bald.l. qui in aliena.§.fina. ff. de negotijs gest.l.via constitui.§.si fundus. ff. de serui. rustic. prædio.l.si is cui.§. finali. ff.quemadmo. serui. amitt.l.4.ff.de iure dotium.Quam sententiam tenet Carol.Molinæ. in consuetudi. Parisiẽ.1.part. titul.primo.§.30.nume.175. Couar.in epito. quarti Decreta.2.part.capi.7.§.primo.num. 9. Anto. Gomez in.l.51. Tau.nume.78. Gregor.Lopez in l.18.verb. *Oestimada*.titul.11.part.4.Ioannes Lup. in repeti.rubri.de donatio. inter vi. & vxor.§.62. nume.13.fol.38.colum.3.versic.Ex quo infero.Licèt contrarium sequendo Fabri sententiam ab eo relatam.in prin.nu.13. senserit. Idem tenet Anto. Gomez decidẽdo in terminis quæstionem istam principalem. Et contenta in isto fundamẽto sunt tenenda,quanuis Ioan.Fab.& Ange.in.§.si cui.Instit.de legat.Chassa.in consuetu. Burgun. rub.4. §.secundo.versi.Additio.num.12.& Nico. Boeri. in consuetu.Bituricen.rub.de consuet. matrimonij.fo.6.§.secundo.& Mõtalu.l.1.verb. *por medio*. col.fin.versi.Vnum nota.titu.3.lib.3.for.legum. Suarez in.l.1.tit. *Delas ganancias*.fol.vlti.lib.3.for. legum.versi.Pone.quòd maritus.And.Tiraquel. libr.1.de retract.§.19.glosſ.2.nume.2. Prima ratio pro ista sententia, quòd mulier non debeat habere partem in vsufructu consolidato constante matrimonio cum re propria mariti est, quia absque labore & industria vxoris ex causa sanguinis prouenit à iure ipsi marito.l.verum.§.pen. ff. pro socio.vbi ea,quæ accedunt ex natura, ac propria vi, non sunt inter socios communicanda. Nam si maritus tempore contractus matrimonij habeat fundum æstimationis publicæ mille aureorum, qui tamen constante matrimonio idem fundus effectus est extrinseca ratione valoris duorum milliũ aureorum,putà,lapsu temporis, hoc augmentum proueniens rei suapte natura sine melioratione, sed intrinsecè, communicandum non erit cũ vxore eiusve hæredibus, soluto mrimonio:quia istud augmentum non est quid diuersum à fundo, sed intrinsecum, & sicut diminutio & periculum ad eum spectaret ratione dominij,ita & augmẽtum. l.vnica.§.pro secundo.C.de cadu.tollend.& vnusquisque ex cõiugibus debet habere omnia ea,quę probauerit se adduxisse tempore contracti matrimonij, & propria esse. Constat præterea,nam domino proprietatis in solidum pertinere debent fructus & accessiones rei suę,& non alteri,qui nullam partem, nec cõmunionem habet in re, vsusfructus autem consolidatus proprietati, iure proprietatis cẽsetur.l.vsusfructus in multis.ff.de vsufruct.l.si proprietati. ff. de iure dot. Tum etiam, quia consolidatio, seu accessio augmenti cõtingit ex causa præterita absque facto nouo,ideoque ad tempus primæ causæ, & præteritæ, referri debet omnino.l.Iulianus.§.non solùm.ff.ad Macedon. l.Pomponius.in.2.ff.de nego.gest.l.in ratione.in 1.§.Imperator.ff.ad Trebelli. Igitur in proposita specie hic vsusfructus,ratione præuia proprietatis obueniens,non dicitur ex causa lucri euenire, sed ratione illius tituli, quo proprietas fuit acquisita. Idem etiam iudicandum censeo in re æstimata data in dotẽ marito,quæ aucta fuit in pretio intrinseco,vt dixi in superiori quęstiõe,& sequuto mrimonio res sua fuit rõne æstimatiõis,quæ fecit verã emptionẽ, & ad eũ pertinebat damnũ,& interitus rei periculũ,ergo & commodũ. ¶Sed huic vltimo dubio obstare videtur,q̃ imò mulier debeat habere pretij dimidietatẽ augmẽti ipsius fundi dati in dotẽ, quia talis vẽditio non fuit facta marito simpliciter ex nunc, sed tunc cũ societas sequuto

matri

matrimonio inter eos fuit contracta, ipsi societati contrahendæ. Et sic commune erit lucrum societati, & tantùm mille aureos, quibus æstimatum fundum, erit capitale, accessiones verò & augmentum commune. Quippe cùm etiam damnũ proueniens in re etiam æstimata ex casu commune sit inter socios. l. cum duobus. §. damna. versicu. Ideoque si pecus æstimatum datum sit, & id aut latrocinio, aut incendio perierit, commune damnũ est, si nihil dolo, aut culpa acciderit. ff. pro socio. Ergo vt in fine ibi tex. habetur, sicuti lucrũ (hoc est refectio damni ei soluenda est) ita damnũ quoque commune esse oportet, quod non culpa socij contingit. hoc est, vt teneatur emptor socius communicare valorem auctum in re, in illo lucro, cùm si perijsset casu de rebus communibus vtriusque coniugi esset soluendum, & resarciendum de bonis lucratis. Ex quo post Ioan. Lup. dicit Gregorius Lopez in. l. 18. verb. *El pro y el daño*. titul. vndecimo. parti. 5. quòd damna resarciuntur de bonis superlucratis constante matrimonio de consuetudine huius regni. Et esse satis rationabile firmat per text. in. l. li merces. §. vis maior. ff. locat. l. cum duobus. §. quidam Sagariam. ff. pro socio. quem singul. dixit Montalu. in. l. 16. titul. decimo. part. 5. & ibi Gregorius Lopez. Item res datæ in dotem æstimatæ venditionem faciunt in fauorem vxoris, non in suum odium, vt optimè probat Antoni. Gomez in. l. 51. Taur. 44. vbi vid. Sed dic quòd est, quando alia bona non supersunt, ex quibus dos solui possit, non alias. Item hæc sunt accipienda, cùm vir fecit expensas ambulando bona fide in seruitio societatis, vt Gregor. Lopez aduertit in. l. penulti. verb. *Despensas*. titul. 10. part. 5. Et ista consuetudo quòd sit in eius fauorem introducta, nimirum, cùm omnes fructus rei dotalis, & paraphernalium vxoris ad eum pertineant, & si qui superfint sunt acquisita, & communicantur, vt tradit Suarez in. l. prima. ad finem. titu. *De las arrhas*. libr. tertio. for. legum. fol. 23. colum. 1. versic. In fine huius tituli. Tum etiam, quia lucrata constante matrimonio, ad virum, & nõ ad mulierem pertinere, vt præsumptio turpis quæstus euitetur, plus quàm manifestum est in iure. l. Quintus Mutius. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & cùm maritus teneatur ad communicandum lucra, tenetur ad ea, quæ opera, & industria contingere Solent, non tamen ad ea, quæ sine eorum labore prouenium in ipsa re excursu temporis: & cum in fundo æstimato augmentum & diminutio ad ipsum spectet. l. plerunq;. §. sed si ante. ff. de iure doti. l. cum dotem. C. eodem titu. l. 18. titu. 11. part. 5. quæ tollit obiectionem, dicendo dominium dotalis rei æstimatæ trãsire in maritum sequutis nuptijs; non antè, & ideo ad mulierem pertinet damnum vel commodum ipsius, etiam si res tradita esset marito. Et sic omnia debent intelligi fauore maritorum, vt inquantum minus fieri possit, indemnes conseruentur, & consuetudo vltra suos limites non est pro trahenda, nec præsumenda, nisi de ea constet. Lucra ergo extrinseca diuidenda, non tamen capitale, quod præcipuum habere debet, qui illud adduxit societati. l. cum duobus. §. qui in coeunda. & l. coiri. ff. pro soci. Suarez in titulo. de arrhis. fol. 23. in. §. Ad finem accedens. in dict. l. prima. lib. 3. for. & l. 205. Stylihoc denotatur, ibi, *que son de ambos por medio, salualos que proua re cada vno, que son suyos apartadamente*. Sed in quæstione proposita constat domum esse mariti, seu fundum, ergo ipsum simpliciter habere debet cũ sua causa intrinseca augmenti, quemadmodum & ipsa vxor res, in quas dominium habet consequeretur, cum augmentum soluto matrimonio debeatur domino ipsius rei inseparabiliter, & sit pars dominij, vt dixi suprà. ¶ Hinc etiam respondendum erit ad quæstionem, Maritus vendidit rem propriam cum pacto redimendi, si vtatur facultate redimendi constante matrimonio, & res sit effecta maioris valoris quàm fuit vendita, illud lucrum proueniens in re, non erit commune inter coniuges: quia ex causa de præterito intrinseca euenit, & res recuperata & redempta vi pacti dicitur esse apud virum ex causa prima secundum Barto. in. l. in diem. ff. de aqua pluuia. arcend. Gregori. Lopez de hac quæstione interrogatus se ita respondisse dicit in. l. 18. verb. *o estimada*. titu. 11. parti. 5. Quem videas. Andr. Tiraquel. in tract. de retract. libr. primo. §. 19. gloss. secunda. num. quarto. vbi plures rationes adducit in cõfirmationem huius rei. ¶ Quid autem erit, cùm maritus emit domum ante matrimonium cum titulo & bona fide à non domino, quam matrimonio constante cursu temporis præscriptiõe acquisiuit, vtrùm sit cum vxore communicanda? Ioannes Lup. in repeti. rubri. de donatio. inter virum & vxorem. §. 62. nume. 13. hanc quæstionem cogitandam reliquit. Couarru. autem in epitome quarti Decretali. 2. part. §. primo. numer. decimo. dicit communem censendam esse, ex eo, quia suam vim ex cursu temporis cum possessione dominium ipsius & acquisitio contingit constante matrimonio. Sed videtur tenendum contrarium, inspecta causa prima, à qua initium sumpsit contractus, & pariformiter debet iudicari in fine. argum. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ibi sed formæ suæ redditur. ff. de pactis. & quæ Tiraquell. de retract. libr. primo. §. 19. gloss. 2. numer. 4. tractat, confirmari poterit. ista præscriptio inchoata vi tute contractus celebrati ante matrimonium posuit quandam rei irreuocabilitatem, firmitatem, & securitatem,

non tamen induxit nouum contractum, nec augmentum, cùm res succedat loco pretij soluti ab ipso marito, quod fuit proprium ipsius, & capitale adductum in societate. l. Imperator. §. vlti. cũ l. seq. ff. de lega. 2. cuius hæc sunt verba, Cùm autẽ rogatus quic quid exhæreditate supererit, post mortem suam restituere, de pretio rerum venditarũ alias comparat, diminuisse quæ vendidit non videtur, sed quod inde comparatum est, vice permutati dominij restitueretur. l. si & rem. ff. de peti. hæred. Tiraquell. de retract. hæc iura citat libr. 1. §. 32. glo. vnica. num. 23. Si ergo pretium probatur mariti fuisse ante contractum matrimonij, & ipsa res ex eo illo tempore empta ratione subrogationis. §. fuerat. Instit. de actio. & sic erit capitale mariti, & non erit commune. l. 203. styliiam suprà ponderata. Et suaderi poterit, quoniam ex pecunia communi, nec labore seu industria cõiugum, sed beneficio legis in odium primi domini negligentis fuit quæsitum dominium irreubcabiliter marito, ex causa prima, vt superiùs diximus. Suaderi, & declarari poterit ex his, quæ nouissimè singularis & illustris præceptor Petrus â Peralta in gratiam studentium reliquit scripta in. l. hæredẽ. nume. 101. versic. Ex his potest inferri. ff. de legat. vbi aliam quæstionem notandam ad istam legem ponit. Fateor tamen, q̃ valor rei & æstimationis factum in re constante matrimonio proueniens ex opera & industria coniugum, vt pote multiplicatum constante matrimonio, & ex quo res pluris valuerit, communicabitur inter coniuges, & similiter pretium impensum in ædificijs, res tamen penes dominum, qui erat ante contractum matrimonij integra manebit soluto interesse alteri coniugi pro parte dimidia augmenti, & valoris extrinseci, vt sensit Doctor Peralta, ita meo sensu accipiendus loco præcitato. colum. fina. & exinde erit vsum fructum commune esse viro & vxori, si matrimonio constante fundo accedat, nõ ex iure proprietatis, sed causa emptionis vsus fructus eiusdem. Item meliorationes in re mariti factas constante matrimonio, ipsi marito cedũt, earum tamen æstimationem communem esse etiã vxori. l. nona. titul. 4. lib. 3. for. legum. Couar. in epitome quarti decretal. cap. 7. §. primo. numer. 10. nisi res, in quibus meliorationes fiant, sint ad primogenium pertinentes. l. 46. Taur. Quam legem correctoriam; & contra æquitatem & rationem esse, & ideo cùm adesset ad constitutionem illius legis exclamauit, quòd non fieret, & non potuit obtinere, dicit Ioan. Lup. in repeti. rubri. de dona. inter vir. & vxorem. §. 62. nu. 16. Quoniam qui habet dominium reuocabile, repetit expẽsas factas in re subiecta restitutioni, vt per ipsũ ibi. text. valde notandus est in capi. primo. §. si vasallus. hic finitur lex. deinde consuet. reg. incipiunt. lib. 2. feudo. secundum Bald. in authen. excipitur. colum. 1. nume. 2. C. de bonis quæ libe. & in. l. fin. §. emptor. num. 2. C. comnunia de leg. colum. 1. Ias. in. l. 2. nu. 27. C. de iure emphy. & in. l. 1. num. 16. eo. tit. Facit. l. domos hæreditarias. ff. de leg. 1. l. quod dicitur. ff. de impens. in reb. dotal. fact. l. vni. §. ob impensas. C. de rei vxo. actio. tex. glos. & doct. in. §. item si pro dote. vers. Per retentionem. Inst. de actio. vbi dixi. & l. sed & si quis. ff. de vsufructu. tex. notab. in l. si intra. §. vendentibus. ff. de minori. & in. l. 4. tit. 15. part. 2. Et sic de iure expensæ factæ in re maioriæ, repeti possent, nisi lex. 46. Tauri disponeret, quòd impensę necessariæ non possint repeti. Sed intellige tantum procedere in casu, quo loquitur, scilicet. in debito contracto ratione ædificij, quod quanuis necessarium, non tenetur impẽdenti soluere successor. Et sic isto casu correctoria erit, in alijs autem casibus minimè, vt pote si litigabit ad defensionem maioratus, vel alias in eius vtilitatẽ extra casum ædificij. Ex quo dicebam de quæstione consultus in facti contingentia, successorẽ maioricatus teneri ad satisfaciendum vxori defuncti prædecessoris pro parte dimidia de pecunia impẽsa pro redemptione tributi & census constituti su per rebus maioriæ, quemadmodum Emphyteuta, seu eius hæres recuperat, cũ melioramenta sint quid proprium, & hereditarium. l. senatus. §. Marcellus. & ibi Ange. ff. de legat. 1. Bald. in. l. penult. C. de solut. Et dixit verissimam conclusionẽ esse Nicol. Boeri. decis. 19. num. 3. Tum, quia est in præiudicium vxorum talis lex, & tanquam irrationabilis, extra suum casum non est extendenda. Bal. in. l. quicunque. C. de seruis fugit. nu. 11. ergo. &c.

¶ Dubitatur, Aliquis contraxit matrimoniũ Salmanticæ, quo in loco lucra communicantur inter coniuges, & illo in loco habitauerunt coniũctim, & insi-

rados durante el matrimonio y los fructos y rentas delos tales bienes castrenses, y officios e donadios que ambos lo ayã de consuno. Otrosi que los bienes que fuerõ ganados, y mejorados y multiplicados durante el matrimonio entre el marido,

& insimul, seu de consuno per spatium decem annorum, deinde se transtulerunt Cordubam, vbi non est in vsu ista communicatio lucrorum cum vxore, est dubium nunc, seu quæstio, quæ consuetudo, vel lex sit seruanda, an illius ciuitatis, in qua contraxerunt matrimonium, an domicilij mariti, vel loci illius, vbi se postea contulerunt? Greg. Lop. agit de hac quæstione in.l.24. verb. *Gananciales*. titul.11.part.4.& Ant.Gomez in.l.51.nu.75, in constitu. Tauri. vbi plura scribunt. Tamen resolutiuè est dicendum, lucra quæsita in quocunq; loco diuidenda fore, vel non, secundùm Stylum & consuetudinem illius loci. Itaque si contraxerunt Salmanticæ, bona ibidem superlucrata communicabuntur: bona verò lucrata Cordubæ, minimè, & sic econuersò. Constat, quia verba inducentia hanc consuetudinem de lucris communicandis, disponunt in rem, & non circa personam, & sunt in rem scripta. vt patet in.l. prima. suprà isto titulo quæ est translata ex libr. 3. for. legum. titu.3.in.l.prima.dicens, *Toda cosa, que el marido y la muger ganaren, o compraren de consuno, ayan lo ambos de por medio*. Et quando verba statuti, consuetudinisve disponunt circa rem, tunc de bonis iudicandum est secundùm loci consuetudinem, vbi res sunt situatæ: quia consuetudo afficit res ipsas, siue possideantur à ciue, siue ab alienigena, seu forensi.l.rescripto.in fin.ff.de mu.& honori. Secùs tamen esset, cùm consuetudo disponeret in personam, vt tradit Bart.in.l.cunctos populos.colum. 17.versi. Sed posset dubitari. Et in terminis, in casu nostræ consuetudinis tenet post Specula. Anchar.consi.163.colum.1.nume.1. Aymon Crauett. consil.30. & ex octo fundamentis ab eo adductis comprobanda erit præsentis quæstionis decisio.

¶ Vtrùm autem bona lucrata constãte matrimonio inter veros coniuges, sicut communicãtur ex harum legum dispositione, locum etiam habeãt inter putatiuos bona fide, & iusta ignorantia inter coniuges contracto matrimonio? Respondeo eodem modo dicendum esse communicanda lucra fore sicut inter veros coniuges soluto matrimonio fieri consueuit. per text. in capi. secundo. de donatio. inter vi. & vxor. vbi Pan. & doct. Roderi. Suarez in rep.l.primæ.titu. *De las gananciales*. fol.7.lib.3.foro leg.quæst.1. Ioan. Lup. in repe. rubri. de dona. inter vi. & vxo. §.36. fol.19. col.2. nume.2.versi. Et hinc est. & fol.39.col.2.nu.23. §. 62. versi. Ampliabis ista, vt procedant etiam. Anton. Gomezi. in.l.51. Tauri. num.77. Couarr. in epitome quarti decretali. 2. part. capi. 7. §. primo. nu. 7. Probat Segura in tracta. de bon. lucrat. constante matrimonio. nume. 97. fol. 223. colum. 4. versicu. Cùm ergo inter iam dictas personas. De hac quæstione latiùs scripsi in dict. cap. secundo. de dona. inter vir. & vxo. quem titu. legi. Salmanticæ Anno 1546. ideo ibi congesta non repeto.

¶ Dubitatur vlteriùs, An alter ex coniugibus possit renũtiare lucra constante matrimonio quæsita? Gloss. in cap. secundo. verb. non est aliud. de donatio. inter vir. & vxor. tenet pacto remitti posse. Quam laudat Roder. Suarez in repe. l. primæ. titu. de lucris. limitat. 1. lib. 3. for. legum. & Couar. in epitome quarti Decret. 2. part. cap. 7. §. primo. num. 11. & in expresis terminis probant Domini de Rota in antiqui. decisi. 841. incip. Consuetudo est in quodam loco. nume. 1. l. 60. in decisio. Tauri. vbi Antoni. Gomezi. assignat rationem dubitãdi, & decidendi ad hoc dubium. Facit ad hoc. l. 223. Styli. atque etiam matrimonio iam constante, dicta renuntiatio fieri poterit. Boeri. decis. 244. num. 2. vbi plures ad id recensẽt authores. & Ioan. Lup. in repe. rubri. de dona. inter virum & vxor. §. 47. nume. 13. & §. 63. Ratio est, quia maritus donationis causa potest repudiare hæreditatem ei delatã, nec ex hoc vxori donatariæ facta donatio, erit nulla censenda. non enim is, qui donat casu prædicto, efficitur pauperior. l. si sponsus. §. si maritus hæres. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 5. titu. 11. part. 4. Ad idem est text. in. l. profectitia. §. si pater repudiauerit. ff. de iure doti. in illis verbis, profectitiam non esse. &c. & inferiùs. quia nihil erogauit de suo pater, sed non acquisiuit. l. pretia rerum. ad fin. ff. ad legem Falcid. l. qui autem. §. primo. ibi, Noluit enim acquirere: non suum proprium patrimonium diminuit. ff. quæ in frau. credit. l. cùm oportet. §. sin autem. C. de bon. quæ liber. l. penul. ff. de colla. bono. cum ijs, quæ dixi suprà isto libr. 5. titu. 3. in rubri. & Antoni. Gomez. in. l. 60. Tau. num. 1. Ioan. Lup. in repe. rubr. de dona. inter vi. & vxo. §. 47. num. 18. Ista tamen regula, quòd lucra constante matrimonio habita inter coniuges sint diuidenda, patitur aliquas limitationes. Et prima est, non habere locum in sponsis de præsenti ante traductionem, & simultaneam cohabitationẽ. Quia ratio huius Consuetudinis militat ex cohabitatione & societate (de consuno) inter eos contracta. Tum etiam, propter curam & diligentiam, quam præstat vxor. glo. in. l. prima. titu. 3. lib. 3. for. legum. quam ordina. dixit Antoni. Gomezi. in. l. 51. Taur. nume. 72. Segur. in repeti. l. 1. §. sed si fundum. num. 24. ff. de legat. 2. Io. Lup. in repet. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 62. nume. primo. vbi latè loquitur. Facit quæstio notabilis, quam post Paul. examinat Iaso in. l. si donaturus. §. si quis in debitam. colum. fina. num. 18. ff. de con. causa data. vtrùm statutum de lucranda dote habeat locum, quando matrimoniũ est contractũ per verba de præsenti, sed mulier est mortua antequam traduceretur ad domum mariti. ibi

vide. Si tamen vxor iudicio ecclesiæ esset separata à viro propter sæuitiam ipsius mariti quo ad torum & mutuam cohabitationem, marito mortuo communicanda erunt lucra, etiam si seorsum habitauerint. Ioan. Lup. in repe. rubr. de dona. §. 64. numer. 10. & in. l. 16. Taur. nume. 35. Gomez Arias in l. 12. Tau. nu. 15. Couarr. in epito. quarti decret. 2. par. capi. 7. §. primo. nume. 6. Antoni. Gomez in dict. l. 51. num. 72. Tauri. Secùs si culpa vxoris esset factũ diuortiũ, vel non habitarent de consuno. ex mente prædictorum doctorum. Et est cauendum à Didaco Segura oppositam sententiam firmante in repet. l. vnũ ex familia. §. sed si fundum. nume. 39. ff. de lega. 2. Item etiam si mulier propter aliquam infirmitatem esset separata à viro, puta propter furorem, vt sæpe cõtingere comperimus, certè bona superlucrata à marito constante matrimonio, cum proueniant ex beneficio legis. vt in tract. de bonis lucra. constant. matrimonio. firmat Segur. & in dicto. §. sed si fundum. nume. 3. erunt communicanda vxori, quia censetur esse in societate, & seruitio mariti. Serui enim ægri quos curamus, nobis serui re intelliguntur. Et afflicto non est addenda afflictio. cap. cùm percussio. 7. quæst. 1. cap. ex parte. de clerico ægrot. glo. fin. in capi. primo. eod. titul. cap. vnico. de cleri. non residen. libr. 6. & quæ latè notat Couar. in lib. 3. Variarum resolut. cap. 13. nu. 9. versi. Quintò ad prædictæ constitutionis intellectum. Facit text. in sui ratione in capi. secundo. de coniugio leprosorum. Plures limitationes ad hanc legem videbis per Roderi. Suarez in rep. l. 1. titu. de lucris. lib. 3. for. legum. fol. 10. versi. Quæritur & secundo. Et practicam huius legis ponit fo. 22. colum. 2. versic. Ad finem accedens. Et sis cautus, vt facias inuẽtarium omnium bonorum tempore contracti matrimonij, vt per illud probare possis esse bona propria adducta eo tempore, quo contraxisti, & non lucrata constante matrimonio, & sic deduces ea ante omnia tanquam capitale, aliàs præsumuntur superlucrata omnia. l. 203. Styli. Ioan. Fab. in rubri. de nuptijs. etiam docuit, referendo huic similem consuetudinem.

que lo cõtrario fiziere caya y incurra en las dichas penas. Itẽ que todo paño de oro y seda y de lana: y de lienço y de picote y de sayal: y de xerga: y de todas otras qualesquier cosas que se venden a varas ças segun se contiene en la ley ante desta. Y que esto sea en todas las mercadurias de carne y pesca do y todas las otras cosas que se acostumbran vender y se vẽdieren por libras: so pena que qualquier

Alciat. de præsc. in rubri. numer. 7. quod repugnare minimè dubium est. dicto. §. Idem Pomponius. dum dicit naturaliter. Sed omissis alijs solutionibus, dicendum est, quòd text. ille loquitur intra latitudinem iusti pretij, de quo suprà habitum est ex Conrado in tracta de contractibus. q. 56. articu. primo & non est visus ab hac solutione recedere Nauar. in capitul. qualitas. de pœni. distin. 5. Sed hæc solutio nõ placet Soto loco suprà citato, & meritò: quia intra hanc latitudinem nullum est præiudicium, nulla fraus, cùm tota sit iustum pretium. Potest etiam alio modo tex. ille intelligi secundum Alber. & Bald. ibi, quatenus ait licere, ex permissione iuris in foro exteriori, non quia licitum honestumque sit, vt suprà diximus. Pinel. in rep. l. secundę. parte secunda. capitulo. primo numer. 36. C. de rescindenda venditione. Sed & si verissimam esse sentiam istam solutionem, tamen repugnat verbo, Naturaliter, in dicto. §. Idem Pomponius. posito, quippe cùm forum interius & conscientiæ nihil aliud sit, quàm natura, & ius naturale capitul. primo. distinctione prima & capitulo non est. distinction. 6. Ideo intelligi aliter solet tex. ille, quòd verbum, naturaliter, sit accipiẽdum ex natura contractus emptionis, & venditionis, hoc est, quòd natura emptionis, & venditionis habet in se difficultatem, vt vix adhiberi possit, & in vsu esse, nisi inuicem remittatur præiudicium. ex. l. si voluntate. C. de rescindenda vẽditione. Quæ solutio reddit rationem, cur in foro exteriori permittatur huiusmodi læsio in his contractibus, atque ita non tollit difficultatem: fuit autem Carol. Molinæ. de contractibus quæstion. 56. refert Couar. libr. 2. Variarum. resoluti. capitul. 3. numero. 2. Balduinus in princ. Insti. de rer. diuisi. Sed quatenus præsupponere videtur, quòd natura contractus est contraria iuri naturę, est positio falsissima, cùm hic contractus sit iustissimus, & de iure gentium, atque eodem pacto non tollit difficultatem, quam ponit Pinel. in dicta. leg. 2. 1. part. capitul. 2. ad fin. vbi verbum, naturaliter, interpretatur, id est, iuris gentium, hoc est de consensu populorum. Quæ solutio placuit Forcatul. in Necyomantia iur. dialogo. 37. num. 5. Quæ solutiones manifestè explicant, cur in exteriori foro permittantur huiusmodi læsiones. Itaque ad resolutionẽ cõsiderandum est, quòd natura contractus emptionis & venditionis efficit, vt aliqua læsio toleretur in pretio, qđ præter Carol. Molinę. & alios suprà citatos ostendit elegantissimus Aristotel. locus lib. 2. Metaphysi. ad finem. capitu. 9. Sunt enim & in ratione nõnullæ partes, vt materia rationis. Quã læsionem videntur contrahentes per consequentias subire. arg. l. 2. ff. de iur. om. iud. Atque etiam ius ipsum naturale patitur in huiusmodi contractibus aliquam læsionem, dummodo notabilis non sit, sed modica. Et hoc denotat tex. in dict. §. Idem Pomponius. Quod sensisse visus est beatus Thom. 2. 2. quæstion. 77. articulo primo. Hoc autem principium iuris naturæ allegat ibi Iurisconsultus, vt ostendat contractum per se validum esse ipso iure, etsi deceptio in pretio interueniat. Quod colligitur ex proposito Iurisconsulti in tota illa lege à principio, in qua Iurisconsultus conatur ostendere restitutionem minori non esse concedendam, nisi vbi aliqua ratio non est quia succurratur ei, ac proinde in casu proposito restitutionem esse necessariam. Quod bene preter glo. & docto. explicat Pinel. in rep. l. 2. part. 2. capit. 1. nu. 32. C. de rescind. vend. Ex quibus duo inferuntur. Primum, quòd iure naturæ lęsio modica, quę permittitur, remanet arbitrio boni viri: at verò hæc læsio modica iure ciuili redacta est ad dimidiam iusti pretij. vt in. l. 2. C. de resc. vend. & in. l. 4. infrà hoc met tit. 7. Ex quo inferri posset, cùm à iure Canonico & regio id sancitum est, vendens, vel emens rem intra dimidium iusti pretij, nisi fuerit exactus à parte læsa, non teneri in conscientiæ foro ad restitutionem, contra opinionẽ cõmunẽ Canonistarũ & Theologorũ, quã in contrariũ huius illationis suprà probaui. Tũ, quia Ca non nil cum peccato permisit, cum semper consilium

† Téder sobre vna tabla. adde. l. 1. supr. eo. titu. in vers. y otrosi que el paño. quę aliter dispo nit, sed decisio huius l. est seruanda. & practicatur.

que el que lo vendiere sea tenido de lo †tender sobre vna tabla y poner la vara encima y haga señal de cada vna vara: porque el que lo comprare no reciba engaño y se venda por la vara toledana. Y

que el que lo contrario hiziere que incurra en las penas en que caen los que venden paños por varas falsas. Item que las medidas del vino assi de arrobas como de cãtaras y açumbres y medias açumbres y

silium det animæ. gloss. in capitul. cùm contingat. de iur. iur. & iure Canonico constat permissum esse in. capitul. cùm dilecti. & in capitu. cùm causam. de empti. & vend. dum tamen re ipsa cõtingeret læsio, & intra dimidiã. Tum, quia istud pretium iustum potuit censeri, ne animã vnius contrahentis illaquearet, nã pluris momenti est, q̃ mille corporum, & à fortiori rerum. Si potest ex causa iusta & vtilitatis cõmunis, vt caristia euitetur, res particularium taxare, & legitimum ac iustum censetur pretium, quantò magis animarum fauore? Nam homines id pretium iustum esse in rebus censent, quãtum vendi possunt. Si verò alter vtriusque censeatur læsus, instituat contra decipientem re ipsa remedium legis secundæ. C. de resc. vend. Sin verò nõ petat ex natura contractus, vt dixi, censetur pretium iustum fuisse, & non subiectum restitutioni dum tamẽ dolus deceptiuus, & partis petitio cesset. In foro etiam animæ crederem posse defendi contra communem. Et hanc sententiam nouissimè. 8. annorum cursum quod hæc scripta & approbata erant à sacro Concilio, reperi tetigisse Dominum Anto. Menesi. in. dicta. l. 2. nume. 73. quam hoc Anno in lucem edidit, scilicet. 1563. Cætera, quæ pro intellectu dicti. §. Idem Pomponius annotare possemus, sunt videnda apud Carol. Molinæ. in tracta. De commercio & vsura. quæstion. 14. numer. 171. Nauar. in capitul. qualitas. numero. 42. de pœni. distin. 5. Couar. libro. 2. Variar. resolu. capitul. 3. num. 2. Domini. Sot. lib. 6. de iusti. & iur. quæstio. 3. articul. 1. versicul. Primum igitur. & per ea, quæ optimè in proposito tradit Ioan. Methymnen. in. C. de restitu. quæst. 32. & 33.

quartillos que sean de la medida toledana: y en todos los nuestros reynos y señorios no se compre ni venda por menudo ni por granado: saluo por esta medida no embargante q̃ digã que algunas ciu dades: villas e lugares y comarcas que lo tienen por priuilegio y vso y costumbre vender y cõprar por mayor y menor medida quetoda via se venda por la dicha medida toledana so las dichas penas.

¶ Quæri potest, Vtrùm vendens rem, & eam tradens antequàm solutum ei sit pretium conuentum, transferatur dominium in emptorem? Videtur quòd sic, cùm habuerit fidem de pretio venditor: quoniam res corporalis, quæ à domino venditur & traditur, nõ aliter fit accipientis, quàm si aut pretium venditori solutum sit, aut ei satis eo nomine factum, putà ex promissore, fideiussore, aut pignore ipsi venditori ex ipsius voluntate cõstituto. l. 2. §. 1. in fin. ff. si cert. petat. vel nisi venditor fidem habuerit emptori sine vlla satisfactione. l. quod vendidi. ff. de contrahenda emptione. Quod si nihil horum vẽditori præstetur, quasi pignus (nam propriè pignus esse nequit. l. neque pignus. ff. de reguli. iuri.) retinere potest eam rem quam vendidit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actionibus empti. Id ergo vnũ poterit emptor, nisi res eadem alteri emptori vendita, ac tradita sit. l. quoties. C. de rei vendi. vt vniuerso pretio venditori oblato soluto que, actione ex empto contra eum experiatur dicto. §. offerri. nec enim ex sola traditione, quantumuis ex venditionis causa facta, statim iudicatur venditor pretij solutionem emptori fideicommisisse, si aliud colligi posset, quia emptor dixit se promptam pecuniam solutioni habere, cùm non haberet rem, vendicare poterit. ex gloss. in §. venditæ. Insti. de re. diuisio. vbi Fabian. Angel. Plat. & Iaso. ad Porchum. columna. 2. glossa. in dict. l. quod vendidi. ff. de contrahenda emptione gloss. in. l. procuratoris. §. planè. verb. vendicare. ff. de tributor. ex Bartol. & gloss. in leg. si seruus communis. §. locaui. ff. de furt. & ex Gregor. Lopez in. leg. 46. verb. *Se fiasse del.* titulo vigesimo octauo. partita tertia. Si tamen simpliciter venditor rem tradidit emptori, videtur habuisse fidem de pretio, & sic dominium transtulisse, si nihil dicit, vel excipit. ex glossa. in dicta lege quod vendidi. & in. §. venditæ. & in dicto. §. planè.

¶ Et confirmatur ex. l. quadragesimasexta. & ibi Grego. Lopez. verb. *Conintencion.* titulo. decimo quarto. partita. 5. Et tenent communiter docto. secundum Fabian. de monte. in tracta. de empti. & vend. 5. quæstion. principa. nu. trigesimoseptimo. quanuis ipse strenuè contendere velit cõtrarium, quòd non dicatur habita fides de pretio, nisi expressè actum fuerit inter contrahentes. Quẽ vide. Nam si vera est hæc opinio, sequeretur,

quòd venditor posset rem suam vendicare, si non soluatur ei pretium conuentum, quod ineſt naturaliter ex natura contractus, quod emptor tradat rem, si modò pretium fuerit solutum. l. ex empto. ff. de actio. empt. ergo ante pretij solutionem cùm veniat ex natura contractus bonæ fidei, non intelligitur translatũ dominium, quia tacitum haberi oportet pro expresso. l. cùm quid. ff. si cert. peta. Nec est verò simile, quòd venditor, maximè si diligens est velit dominium transferri in emptorem ante realẽ numerationem pretij. l. cùm de indebito. ff. đ probat. Ergo non est dicendum per argumentũ à verosimili, ꝙ est receptum in iure. ca. qa verisimilenõ est. de præsumpt. Tiraquel. in rep. l. si vnquam. in princ. num. 37. C. de reuocan. dona. & Euerard. in locis legali. loco. 5. & Fernand. Loazes in tract. super noua pagan. conuers. regni Valentiæ. colum. 8. §. nec prædictis obstat. num. 26. cum seq. vbi plura singularia decisa comperies gratia huius argumenti, quæ faciunt etiam ad. l. non est verisimile. ff. de eo quod met. causa gestũ est. Item etiam, quia oratio respiciens plura determinabilia, debet ea æqua lance definire ac terminare. l. iam hoc iure. ff. de vulga. l. quanuis. C. de impube. & alijs substi. Sed hæc tria ponuntur exceptiuè à regula in dict. l. quod vendidi. dicendo, quod vendidi & tradidi non aliter fit accipientis, quàm si aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum, vel etiam fidem habuerimus emptori sine vlla satisfactione vel datione. Tamen satisfactũ nisi probetur, non præsumitur. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iure doti. l. quinquaginta. ff. de probat. ibi, nam si creditum petã, ille respondeat solutam pecuniã, ipse hoc probare cogendus est l. in ciuile. in fi. C. de rei vẽdi. l. 45. ad. fi. tit. 9. parti. 6. Ergo non habita fides de pretio, non præsumatur, nisi ꝓbetur. Item fundãs intentionem suam in aliquo, siue sit in substantia siue in qualitate, ad obtinẽdum illud probare debet. l. 2. ff. de probat. l. si rẽ minorem. ff. de in integ. resti. & dicetur in. l. 4. infra. Ergo emptori conuẽto à venditore rei vendicatione, dicenti habitã fidem de pretio, cùm in eo se fundet, debet illud ostendere aperte. Prætereà facit: nam translatio dominij est magni præiudicij, ac difficilior, quàm possessionis. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. poss. & ideo quod nostrum est, sine facto nostro à nobis tolli non potest. l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. igiturper simplicem traditionem rei non debet induci factum longè aduersum voluntati venditoris, & contra eius mentem. Confirmatur: nam contractus emptionis & venditionis est reciprocus, id est, vltro citroque obligatorius, & non debet claudicare. gloss. in. capit. de illis. 1. in gloss. fin. de desponsa. impub. l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actio. emp. & emptio & ven-

Itẽ q̃ todo el pan q̃ se ouiere de cõprar y vender: q̃ se venda y compre por la medida dela ciudad de Auila y esto assi en las hanegas: como enlos celemines y quartillos. Y mandamos q̃ se guarde assi en todos nuestros reynos y señorios no embargante que digan que lo tienen de preuilegio vso y costumbre como dicho es.

ADDICION.

¶ *Esta ley, en el principio y en el verſiculo. item, que el peso de oro concuerda con la ley. 1. titul. 22. libr. 5. de la Recopi. la qual corrige a esta ley. en quanto dize (seys granos) y dize quatro, y tambien dize quatro. la ley. 1. 2. 3. titul. 24. del dicho. libro. 5. en el verſiculo (item que el platero) concuerda con la ley. 1. titu. 24. lib. 5. de la Recopi. en el verſiculo (item que todos los pesos.) concuerda la ley. 1. titul. 13. lib. 5. de la Recopil. en el principio, y en quãto dize en el marco, ocho onças, y en la libra dos marcos en el verſiculo (item, que todo paño) concuerda la ley. 3. titulo. 12. libr. 5. de la Recopi. y en quãto esta ley, dize que se mida por la vara Toledana esta alterada por la ley. 1. titul. 13. libro. 5. de la dicha Recopil. (que dize q̃ sea la de Burgos, enel verſiculo. (itẽ que las medidas) concuerda con la ley. 1. titu. 13. del dicho libro 5. y con la ley. 2. verſiculo. item que la medida, en el verſiculo (item que todo el pan) concuerda con la dicha ley. 2. verſiculo, item que todo el pan.*

venditio definiuntur, quòd sunt contractus bonę fidei vltro citroque obligatorius, qui consensu, re, & pretio perficitur, vt explicat Fabian. de mõte in tract. de empt. & vend. in princ. 1. quæstionis principal. Definitur etiam alijs modis, de quibus suprà. Sed si dicimus dominium translatum, & pretium non solutum, claudicabit, igitur &c. ideo vt cesset omnis scrupulus, cautela erit elegans, quòd semper in instrumento dicatur, quòd venditor tradidit rem, seruato sibi dominio rei, & quòd sit speciali hypotheca affecta, quousque pretium sibi solutum sit. Quod pactum valet, & impedit dominij translationem, vel reseruare sibi manuum iniectionem, nempe non soluto pretio absq; authoritate alicuius, siue emptoris, siue iudicis liberè possit apprehendere, & sic retinet semper dominiũ & precariò interim tantùm possidere dicitur emptor ipsam rem. l. qui ea lege. iunct. glossa. final. C. de pactis. inter empto. & vẽdito. & ratione retenti dominij, vẽdicare poterit secundùm Azo. in sum. illius tit. quẽ sequitur Fabian. hãc cautelã optimã dicẽdo in tract. de emp. & vend. quæsti. 5. princip. num. 39. posuit Bald. licèt non ita apertè in rubri. C. de contrahend. emptio. quæstion. 13. num. 13. Ioan. Andre. ad specul. de emp. & vendi. in rub. versic. Sed an possit sibi prouideri hoc facto. Grego. Lopez in. l. 28. verb. *Entregar.* titul. 5. partit. 5. Sin verò solutionis tempus conceditur emptori, si emptor intra illud tẽpus, fidem suam apud venditorem non liberauerit, non propterea poterit venditor (secluſa dicta cautela) ipsam rem vendicare, sed actione ex eo cõtracta, nempe ex vendito aget. l. 1. C. de actio. empt. l. quia à lege. C. de pact. inter emp. & vend. etiam translato termino assignato ad soluendum quia initium est spectandum. l. 1. ff. de pœn. quicquid Fabianus attentare in contrarium velit vbi suprà numer. 40. Quæ omnia sæpe versantur in practica, imò quotidie, ideoque diligenter sunt memoriæ tradenda. Cætera ad hanc quæstionem & pro eius declaratione necessaria sunt videnda vltra Plat. & doct. in dict. §. vendita. Per Fabian. loco prędicato. Procurator fisci non potest fidem habere de pretio vt transeat dominium. l. si procurator. in fin. ff. de iur. fisc. gloss. in. l. 4. verb. debes. C. vbi caus. fiscal. ¶ Quæritur, Vtrùm vsura committatur in contractu emptionis & venditionis? Et videtur dicendum quòd non: nam deceptio, & non vsura supergressio iusti pretij dici debet. l. 2. C. de rescind. vend. quia sedes vsuræ est in mutuo, iuxta illud, Mutuum date, nihil inde sperantes. Luc. 6. & cap. consuluit. de vsur. ergo &c. Ex quo infertur, quòd emens redditus perpetuos, nõ cõmittit vsuram: quia de substantia mutui est, quòd sit officium gratuitum, & quòd recipiens obligetur ad restituendum idem genus tantùm, non tamen põt in plus obligari. l. si tibi decem. in prin. ff. de pact. & ibi gloss. verb. re. & glo. verb. condici. per tex. ibi in. l. rogasti. §. si tibi. ff. de reb. credi. Si verò paciscatur, quòd teneatur aliquid reddere vltra sortem, ipso iure non valet tale pactum, nullaque oritur obligatio dictis legibus, quia est contra substantiam actus: non autem sufficit, nec efficere potest, vt actus transeat in alium contractũ. Tum, quia nec natura contractus qui re contrahitur, nec verba patiuntur. Faciunt notata per Bar. in. l. vbi ita donatur. ff. de do. causa mor. column. 2. & ibi Ad. Tum, quia tale pactum est vera, & propria vsura. Patet, quia illud solùm præstatur propter vsum, & temporalem retentionem pecuniæ mutuatæ, & sic ex definitione vsuræ in dict. §. si tibi. quæ dicit, quòd est quicquid accedit Sorti. cap. plerique. 14. quæst. 3. est vera & propria vsura, & pactum remanet prorsus nullum. Quæ omnia cessant in emptione redditus, vbi sors nũquã restituitur, saltem non obligatur venditor ad vllã restitutionem. Et sic verè dici non potest, quòd aliquid præstetur, vel percipiatur vltra sortem, sed bene quòd aliud loco sortis prorsus alienatæ percipitur, videlicet ius annui redditus, & sic non potest hic cadere vera vsura, quia cùm vsura non sit, nisi quod accedit sorti, semper præsupponit sortẽ deberi, & posse repeti, licèt interim habeat in creditum, vt fit in mutuo. Secundò præsupponit interim aliud solui pro vsu, vel retentione sortis, quæ est propria ratio vsuræ, vnde non potest propriè cadere in contractu emptionis redditus, vbi sors, siue pretium nullo modo abijt in creditũ prout abit in mutuo, sed prorsus abalienatur, & omnino recipienti acquiritur, qui non obligatur ad aliquam restitutionem pretij, sed tantùm ad præstationem redditus pro pretio recepto vẽditi ergo redditus pecunia emptus, etiam de nouo ad hoc constitutus, dummodo valorem & commensurationem pretij seu sortis, tempore contractus inspecto, non excedat, alio cessante vitio, non est illicitus, nec verè, nec præsumptiuè vsurarius, sed omni iure, etiam positiuo licitus, & permissus. vt ex pluribus probat Andr. Tiraquell. libr. 1. de retract. §. 1. gloss. 6. num. 15. Carol. Molinæ, in tract. commerciorum, & vsurarum, & reddituum. pag. 8. num. 20. D. Couar. lib. 3. Variarum. capit. 7. nu. 2. versicul. Contrariam sanè opinionem. Gregor. Lopius in. l. 28. verb. *Acenso.* titul. 8. partit. 5. Et ista est communis docto. resolutio. Tamen quando contractus emptionis, seu venditionis fit in fraudem vsurarum, vsurarius erit, non ex eo, quia contractus emptionis excedit pretium iustum, sed quia continet mutui rationem, nempè, si rem valentem decem iusto valore tempore contractus,

ctus,vendiderim ad creditum pro quatuordecim quia lex fingit,quòd pecuniam ſtatim connumeraui emptori,hoc eſt decem, per viam mutui ſuper quatuor aureorum fœnore.ex. S. Thom.2. 2.quæſt.78.articul.2.ad.7.Domi.Sotus libr.6.de iuſti.&iur.quæſtio.4.articul.1. Quod illicitum ac in fraudem vſurarum eſſe nullus dubitat. Et hoc voluit regia.l.1.ibi.*E porque algunos no dan derechamente a Vſuras.*&c.Et inferius ibi,*Tenemos por bien,que ſi alguno vendiere à otro.*&c.titul.2. libro.8. ordinam.vbi(Deo dante)pleniùs agendum erit de his contractibus,quando liciti,vel illiciti iudicandi ſint,nunc autem ſufficiat inueſtigare, vtrũ vſura ſit in contractibus emptionis & venditionis. Nam ſi vſura eſt vſus pretium mutuatæ rei, prout Domi.Sotus verè definit libr.6. de iuſti.& iur.quæſtion.1.arti.1.per verbum, pretium vſus, ſecluditur contractus emptionis,vbi non pro vſu tantùm, ſed pro re empta amittitur pretium.Et etiam per verbum,mutuatæ rei,ſemouentur à definitione contractus locationis & emphyteuſis, quibus res non mutuatur.ergo &c. Quod eſt ſingulare & notandum.Item ſi vendas triticum non dum collectum,hoc eſt,in herba,illicitus contractus iudicatus eſt à Caietano,verb.Vſura. verſic. Quartus caſus.& eſt.l.48.in curijs Pincianis à Carolo.V.celebratis anni.1523.Sed intelligerem(ſalua meliori cenſura)cùm vendunt ad menſuram, dicendo,tibi decem fanecas tritici ex tali fundo ad nouem argenteos vendo. Secus tamen ſi locaui tibi fructus talis fundi pro decem. nam ſpes poteſt vendi, & locari. l. ſi iactum retis.ff.de actio. empt.& vend.vbi ratione dubij euẽtus licet emere ſpem,vt tibi habes.quem declarat Deci.in.l.certi condictio.colum.8.num.12.ad fin.ff.ſi cert.peta.& competit emptori remedium.l.2.C.de reſc. vend. Quod notandum inquit pro declaratione dict.l.ſi iactum retis.Antoni.Burgenſ.in.ca.cum cauſa.colum.7.num.18.de empt.& vendi. Quod dictum fuit Anchar.& Imol.ibi.Et etiam de eius intellectu agit Pinel.in rep.l.2.prima par. capit. 4.num.16.C.de reſc.vendi.vbi ſpem vendi poſſe propter dubium euentum conſtat.Et ad fraudem re ipſa vltra dimidiam iuſti pretij probãdam, crederem illam eſſe,quæ à limitibus iuſti pretij,ſecũdùm communem & iuridicum euentum illius rei fuit datum. Putà, ſolitus erat dare homini induſtrioſo fundus tot corbes,vel fanecas tritici,nunc caſu,& abſque facto conductoris,vt in hoc anno non dedit illas , verum etiam dimidia pars fructuũ,inſpecto igitur pretio , & redditibus, qui iure communiter percipi ſolebant,poteſt dici deceptus vltra dimidiam iuſti pretij. Quæ læſio probanda erit per homines peritos,& liquidanda imprimis erit,vt locator recipiat læſionem in partẽ pretij,nam vltra ſibi debitum, ius naturæ repugnat,vt recipiat, per præmiſſa de iuſto rei pretio. ex.l.4. Conductori autem prædiorum remediũ datur inſigne,quòd ſi penitus per caſum fortuitũ & inconſuetũ fructus corrumpantur, erit omnino liber,ſufficit enim quòd ipſe laborator ſemen amiſerit,ſin verò omnes fructus non corrumpantur,tenebitur ſoluere penſionem locatori, vel ei reſtituere fructus perceptos omnes, deductis ſibi expenſis,quia id euenit caſu inopinato,& præter eius conductoris culpam. Secùs ſi prouenireteius facto,nam non iuuaret.l.22. incipien. *deſtruyendo ſe*.titul.8.par.5.confirmata per.l.106. data in Curijs Pincię Anno.1537.Quod eſt pulchrum,& in practica ſæpe vſitatum remedium. ¶Eſt tamẽ dubium,ſi in contractu locationis conductor renuntiauit caſus fortuitos,vtrùm iuuandus ſit aliquando remedio aduerſus cõtractum præmiſſum, vel ſimilem? Videtur quòd ſic:nam vnuſquiſque poteſt liberè per pactum conditionẽ ſuam deteriorem facere, renuntiando iuri pro ſe introducto capit.quàm periculoſum.7.q.1.l.ſi quis in cõſcribendo.C.de pact.Felin.conſil.43. nu.7. ſiue ius ſit in re,ſiue ad rem,renuntiari poteſt. vt latè oſtẽdit Paul.Pariſi.conſi.76.col.1.nu.1.lib.4.Quo ſit q̃ eo caſu,quo venditor renuntiat exceptionẽ deceptionis,& damni enormis,ſeu enormiſſimi, q̃ cenſetur renuntiaſſe beneficium. l. 2. C. de reſc. vend.ſecundum Bald.ibi.q.4.& reliquos omnes teſte Paul.Pariſi.conſi.20.num.36.libr.1. Corne. conſi.189.in princ.lib.1.Matth.de Afflict. deciſi. 220.nu.1.vbi tenet partes renuntiare poſſe ſpecificè remedium.l.2.C.de reſc. vendi. Gregori. Lopez in.l.56.verb.*mayor de.14.años*.ad fi.tit.5.par. 5.& eſt communis,etiam ſi in eodẽ contractu renuntiauerit,cõtra Calcane.conſi.25.num.27.Pro quo plura,quæ ei ſuffragari videntur,recolit Couar.& refutat lib.2.variarum.c.4.Si tamen renuntiatio fuiſſet facta in contractu emptionis,venditionis,ſeu locationis,in quo etiam fuiſſet adiectũ iuramentum ſi enormiſsimam contineret læſionem,ea nõ obſtante,nec iuramento,eſſet læſus iuuandus,ſecundùm eum ad id citãtem alios, & ita profitentẽ in prætorio Rotæ,ac Granatenſi obtẽtum fuiſſe in contradictorio iudicio. Et cõmunẽ firmat Anto.Capici.deciſio.159.nu.24. poſt Deci.cõſi.180.Ergo renuntians caſus fortuitos , vel remedium.l.2.de reſcind.vend.nõ poterit citare aliquod remedium pro ſe, cùm eos præuiderit,& quanuis de ſtylo notariorum apponi ſoleant, & ſic non inducant diſpoſitionem,vt per Felin.cõſi. 43.nu.18.col.final. tamen legi ſoleant & debeant iuxta leges noſtri regni de verbo ad verbum ante concluſionem,& finalem perfectionẽ contractus per contrahentiũ conſenſum,non poterit pars re-

nun-

nuntians allegare dissensum, nec ignorantiam casuum, ex mente Couar. vbi suprà. c. 4. versi. Quinto Calcanei sententia. & in rub. de testam. 2. par. nu. 14. & Menchac. de succes. creat. libr. 1. §. 6. nu. 53. Et dixi ad Segur. in l. 3. §. fin. nu. 31. ff. de vulg. & pupilla. & quæ dicit Castell. in l. 50. Tauri. nu. 14. l. 9. titul. 19. part. 3. & c. 1. fol. 190. Pragmati. regũ Cathol. Cæpol. caut. 192. Nota quòd ea quæ. Ergo sterilitas allegari non poterit eo casu, quo maior. 25. annis, & sanus mente sine vi, dolo, vel fraude renuntiauerit, est secundùm stylum notariorum, qui has renuntiationes ex suis formulis firmissimè scribere & apponere solent in contractibus, aliàs deriſoriæ essent, ac superfluæ, quod dicendum non est, cùm veniant ibi ex consensu partium: & sic nullum verbum positum in cõtractibus debet esse sine effectu operandi, etiam si verba impropriarentur. ex Bald. in rub. C. de contrahen. empt. quæst. 9. l. diuus. ff. de vsu. & habita. Pro cuius intellectu est videndus Pinel. in l. 1. part. 2. nu. 56. versi. Sed vltra glossam. & doctores C. de bon. mater. Præterea renuntiatio casuum fortuitorum valet, si specialiter fuerit facta. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. & l. 23. tit. 8. parti. 5. & l. 3. titul. 2. & l. 8. versi. *el primero es.* eod. tit. 8. par. 5. Et generalis renuntiatio post aliquos casus expressos tenet in contractibus ex iudicijs secundum communiorẽ sententiam teste Gregorio Lopio in. d. l. 3. in glo. fina. & in l. 23. verb. *Por qualquier occasion.* tit. 8. part. 5. Et sunt addẽda, quæ notat Tiraquel. in rep. l. si vnquàm. in prin. num. 112. cum sequ. C. de reuo. dona. Boeri. decisi. 147. nu. 12. & ad remittendam pensionem ex causa sterilitatis in terminis. l. 2. C. de resc. vend. vltra Bar. in l. licet. C. locat. est videndus Corn. consil. 128. nu. 26. lib. 2. Gregor. Lopez in l. 22. titu. 8. part. 5. in verb. *En su esterogencia.* vbi est. l. optima & apud Lusitanos. l. 1. tit. 61. lib. 4. ord. Pinel. in rep. l. 2. c. 3. num. 21. versi. ex præcedentibus. C. de resc. vẽd. vbi referunt opinionum varietatem in hoc. vide apud ipsos. & remedium. d. l. 2. competere etiam finito contractu locationis ad repetendum quod dedit vltra iustam pensionem, probãdo se læsum vltra dimidiam ipsius iustæ mercedis. Contra Decium se obtinuisse fatetur Pinel. vbi suprà. capi. 3. num. 20. Et nos etiam obtinuimus in quadam causa cuiusdam ciuis Zamorensis in audientia metropolitana Reuerendissimi Archiepiscopi sancti Iacobi. ¶ Nunc quæritur, An contractus emptionis & venditionis requirat ad sui perfectionem scripturã, vt ante eius confectionem contrahentes pœnitere possint? Videtur dicẽdum, quòd si partes dixerunt quòd fiat scriptura illius rei venditę gerentes in animo non priùs contrahere, quàm scribatur contractus, non erit perfectus ante confectionem scripturæ. ex gloss. in. l. contractus. verb. in scriptis. C. de fide instru. & sequuntur doctores secundùm Salicet. in authen. Sed nouo iure. colum. 3. C. si cert. pet. gloss. Insti. de emptio. & vend. in. §. 1. verb. scriptura conficiuntur. Specul. de emptio. & vendi. §. 1. versi. Sed dictum. Boeri. decisi. 183. num. 10. versic. propterea dicit Specul. Soci. consi. 120. nume. 17. lib. 4. communis secundùm Boeri. decis. 48. num. 18. Antoni. Gomez in lib. de contractibus. capit. 2. numer. 17. Et eam in puncto rationis veriorem dicit Gregor. Lopez in. l. 6. vbi est casus approbans istam communem titul. 5. part. 5. & nos diximus in. l. 3. titul. 8. libr. 3. ordina. in gloss. 1. colum. 1054. cum sequen. versi. Quæro, vtrùm eo casu, quo quis vendidit. Et ex partium intentione constat eo ipso, quod in ipso contractu, vel antè dixerunt quòd fieret scriptura, quòd sine ea contractus non esset perfectus: ergo quanuis non sit necessaria alias, in præmisso casu erit, & erit locus pœnitentiæ ante confectam & absolutam scripturam. vt dixi in dict. l. 3. in gl. 1. Si enim quis dicit quòd aliquid non fecit animo litem contestandi, nec per illud quod dixerit intendit litem contestari, non erit cõtestatio actus talis, licèt alias idoneus esset ad faciendam contestationem, ex communi sententia, quam retuli in. l. 1. titul. 3. libr. 3. ordinam. in gloss. 1. quæsti. 15. col. 867. quanuis. glo. fin. notet oppositum. in. c. solicitudinem. de appella. Ergo & in specie proposita, cùm partes id constituere possint. d. l. contractus. ibi, quas tamen in scriptis fieri placuit. Et ista voluntas clarè deducitur ex præmissis verbis, quæ opinio fuit Azo. in sum. de fide instru. col. fin. num. 27. Quanuis alia sit opinio Ioannis, dicẽtis, quòd licèt præmissa verba apponantur à contrahentibus, non per hoc dicetur venditio facta in scriptis, nisi adiectum sit, quòd fiat inde scriptura, & quòd alio modo non valeat contractus. refert glo. in. dict. l. contractus. verb. in scriptis. quã communem dixit Angel. in prin. Insti. de empt. & vendi. & Decius consil. 340. num. 3. lib. 3. Et has duas communes alios referendo adduxi in dict. l. 3. in gloss. 1. Tamen tenenda est prior communis. Quã limita, nisi ex aliquot coniecturis constaret de intentione partium, quod noluerunt per hoc in scriptis contrahere, sed voluerunt tantùm scripturam ad probationem. ex gloss. verb. in scriptis. in dict. l. contractus. Areti. consil. 159. Deci. consili. 340. Gregor. Lopez in dicta leg. 6. verb. *Quiero.* ad finem. Anton. Gomez de contractibus capitulo secundo. numero decimoseptimo. vbi dicit communem glossa. 1. in. l. 2. titul. 10. libro. 3. foro legum. vbi tenet priorem communem opinionem. Ex præmissis ergo colligitur conclusio, In contractu emptionis, venditionis, vel alio quo libet,

libet,regulariter non est necessaria scriptura,nisi in casibus expressis in iure, vel ex pacto partiũ. Et est notandum,quòd contractus recipiunt interpretationem ex tacita mente contrahentium. l.in conuentionalibus.ff. de verb. obliga. & ibi Iaso numero tertio.column.secunda.l.sed & Celsus.ff.de contrahenda emptione. l. final. C. quæ res pigno.obliga.possi.& ibi notat glosſ.l.in conuentionibus.ff.de verbo.signi.l. Blanditus. C.de fideiuſ. glosſ.in.l. si in venditione.ff. communia prædio. Iaso in.leg. iurisgentium. §. prætor ait. not.6.ff.de pact.& in.l.si tibi pecuniam. columna prima.ff.si certũ petatur. Angel.consi.2.col.2. Quod etiam locum habet in contractibus stricti iuris,vt latiùs agit Alexan.consi.34.ad fin. lib.2. Si ergo fuit dictum ad probationem,consequens erit,quòd non voluerunt quo ad perfectionem, & sic ante scripturæ confectionem non poterunt recedere,cùm contractus sit perfectus.l. sicut.C. de actioni. & obligati. l. perfecta donatio. C. de don.quæ sub mod.l.si donationem. C. de reuocand.donation.& præmisso casu,res erit clara.

¶ Dubium est, si quis vendat rem , si post perfectum contractum res pereat,vel deterioretur, an periculo venditoris,vel emptoris pereat? Videtur quòd periculo venditoris:quia ante traditionem quamuis res sit vendita , adhuc non dicitur alienata,cùm sit in eius dominio.l. traditionibus C.de pact.l.alienatum non propriè dicitur,quod adhuc in dominio venditoris manet , venditum tamen rectè dicitur.ff. de verb. significatio. ergo cùm non sit dominus , periculum erit domini, hoc est venditoris. Sed perfectione venditione etiam ante translatum dominium periculum esse emptoris , probat glosſ.in dicta. l. alienatum. verb.venditum.iuncta glosſ.verb.dicitur.l.quod sæpe.§.si res vendita.ff.de contrahenda emptione.Nam quando contractus est perfectus quo ad obligationem,& habet omnia substantialia,periculum,& damnum est emptoris:& sic mortua,perempta,seu deteriorata re,emptor tenetur ad pretium,licèt res sibi non tradatur.l. si in emptione. §.si emptio.ff. de contrahenda emptione. l. Lucius.ff.de euictio.l.cùm emptor.ff. de rescindenda venditione.l.necessariò.&.l. si vendita. ff. de pericul.& commod.rei vend.l.23. titulo quinto. part.quinta.l.17.titul.10.libro tertio.for.legum. vbi per Montaluum. Alcia.in.l.vnica. numero. 57. C. de sent. quæ pro eo quod interest proferi. citat.l.1.C.de peri.& commod.rei vend. Confirmatur,quia venditor est debitor in spem,qua perempta, liberatur debitor. l. quod te mihi. ff. Si certũ petatur.l.si ex legati causa.ff. de verborum obligationibus. quia cùm in potestate emptoris fuit agere ad rem,& eam consequi, & post traditionem periculum rei ad ipsum pertineret , ita & eodem modo antè,cum nulla culpa possit venditori imputari. Bald. in rub. columna secunda. C.de pericu.& commod.rei vendi.& Anto.Gomez de contractibus.capitulo secundo.numero. 32.vbi vide de hac ratione.Item etiam eo casu,quo res fuit tradita verè vel fictè, cùm in emptorem fuerit translatum dominium,& venditor ex sua parte adimpleuerit totaliter omne id,quod ratione contractus venditionis astringitur, si pereat naturaliter vel accidentaliter,periculum erit emptoris.l.quod si neque. &.l. lectos. ff. de peri.& commod.rei vendi.& censeretur res mobilis tradita per sigilli appositionem , vt quia signasti librum tuo signo,vel aliam rem &c.text.singul.in dict.l.quod si neque.§.materia.ibi, videri autem trabes traditas,quas emptor signasset. secundum Ludo.Roma.singul.281.Tuscis,quòd traditionibus.Ias.in. leg. traditionibus. columna secunda. numer.8.C.de pact. Intelligetamen dupliciter. Primo modo,quòd signum præsente & consentiente venditore fiat,tacitè,vel expressè,cùm absque voluntate venditoris traditio fieri non possit.l.si ex stipulatione.ff.de acquir.possessio. Secundo,in dolio vini,quia traditio facta non videtur,licèt signatum fuerit.l.1.§.si dolium.ff.de pericul.& commod.rei vend.Bald.notat in rub.eo. titul.Roma.in dict.singu.281.Et considerandum est ad rationem Iurisconsulti Vlpiani in dicto.§. si dolium.dum ibi dicit,magis potest videri signatum,ne submitteretur, quàm vt traditum videatur.Nam hæc ratio etiam videtur militare in trabe,vel in arbore:nisi dixeris aliam esse rationem in his,quæ mensuranda sunt, cùm ante mensurationem vini,olei, vel huiusmodi, venditio sit in pendenti,& conditionalis.l.quod sæpe.§.in his. ff.de contrahen.emptio.Decius in dicta. l. traditionibus.numero.6.&.7.Couar.in practicis quæstion.capitulo tertio.numero.7. versicul. Nonò ex his constat.& in numero.6. agit ante mensuram adhibitam, an sit rei periculum venditoris, vel emptoris & per totum caput.3. agit , quando res immobilis seu mobilis venditur, conceditur, seu donatur ad mensuram vel corporis certi,qualiter interſit inter se plurimum , ac plures casus ponit,quos legere poteris. Adde his.l.24. titulo quinto.part.quinta. & quæ ibi notat Gregor.Lopius,maximè in glosſ. *ò pesadas.*& in glosſ. *La mejoria.*¶ Quando tamen culpa,vel negligentia venditoris,& sic eius culpa res deterioraretur,vel periret,siue culpa esset in omittendo,siue in faciendo,tenebitur resarcire damnum, vel æstimationem soluere.Ratio,Quia venditor antequam tradat rem,censetur tanquam procurator eius , qui à lege habet mandatum.l. quod sæpe. §. si res. ff. de

de contrahenda emptione. Qui text. est apertus & singula. text. in. l. venditor domus. ff. de actionibus empti. l. 3. ff. de peri. & commod. rei vend. l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de actionibus empti. Corne. consilio. 231. columna prima. numer. quarto. libro secundo. Item etiam in rebus, quibus tenetur venditor ante mensuram, intelligendum est secundum Gregori. Lop. in dicta lege. 24. *ante que sea pesada.* nisi per emptorem stetit, quo minus mensuraretur, vel appendatur. vt in. l. si emptorem. ff. de peri. & commod. rei vendi. &. l. 2. C. eodem titul. quo in casu si emptor est in mora eius erit periculum. & adde. l. 39. titulo quinto parti. 5. ex qua habebis aliam declarationem in materia. & ibi Gregori. Lop. in gloss. final. &. l. 3. §. si per venditorem. ff. de actionibus empti. &. l. 8. titulo primo. parti. 5. ¶ Non obstat prior ratio. Nã in casibus præmissis ratione emptionis & venditionis contractus censetur esse perfectus ante rei traditionem, secùs tamen quo ad alios effectus. vt in. l. quoties. C. de rei vend. De cuius intellectu & materia vltra Docto. ibi est videndus Couarruuias. libro secundo. Variarum resolutio. capitul. 19. numer. 2. ¶ Quid autem erit, vbi est data arrha, vtrum pereat periculo venditoris? Et videtur, quòd cùm habeat emptor ius relinquendi arrham, & sic possit recedere à contractu: quòd isto casu pereat periculo venditoris, & arrha maneat penes ipsum, cùm loco rei sit subrogata, & in compensationem conuentionis, si partes à contractu recesserint. §. in ijs autem. & quæ ibi notat gloss. verb. compellitur. Insti. de emption. & venditio. vbi constat, quòd quælibet pars potest licitè recedere à contractu, & perdit arrham, quam dedit, vel restituet duplam scilicet quam accepit, & tantundem de patrimonio suo. l. contractus. §. illud. C. de fide instrumen. Et ista opinio seruatur in practica secundùm Sal. ibi. & tenet Azo in summa. de contrahend. emption. C. column. penult. numer. 11. quæ est tenenda, relictis alijs opinionibus, de quibus per Anto. Gomez. in tracta. de cõtracti. capitulo secundo. numer. 18. l. 7. titul. 5. parti. 5. l. 2. & ibi Montalu. titul. 10. libro tertio. foro. legum. Nisi quis diceret, quòd dabat talem arrham, pro arrha & pro pagamento, & in signum perfectionis contractus, quia isto casu erit firmus contractus, & nulla pars poterit ab eo recedere. gloss. verb. compellitur. in dicto. §. 1. Insti. de emption. & vendi. Anto. Gomez vbi suprà. l. 2. ibi, *diere alguna partida del precio.* titu. 10. lib. 3. for. leg. d. l. 7. ibi, *Pero si quando el comprador dio señal, dixo assi, que le daua por señal, & por parte del precio, o por otorgamiento.* Quod verbum ibi, exponit Gregor. Lopez, dicens, *otorgamiento.* id est, non dentur nomine arrharũ, sed in signum perfectionis contractus. Et nota multùm istud verbum, nam non vidi (si bene memini) simile verbum in iure communi, nisi dicas, quòd hoc vult. l. quod sæpe. in princ. ff. de contrahend. emption. Hactenus ipse. Et hoc casu cùm habeat potestatem rei tradendæ, præcisè tenebitur venditor ad tradendum, & emptor ad pretium. Bartol. in. l. prima. vbi gloss. ponit opinionem Mart. ff. de actionibus empti. Idem Bartol. in. l. stipulationes non diuiduntur numer. 39. ff. de verb. obligat. & in. l. certi condictio. numer. 24. ff. si certũ petatur. Bald. in. l. vnica. column. penul. numer. 74. versic. Sed vltimò quæro. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. Idem Bald. in capitulo primo. §. si facta. si de feud. fue. controuersi. inter domi. & agna. & gloss. in. §. pretium. Insti. de emption. & venditio. gloss. quæ ita est intelligenda in capitul. cum Ioannes. verb. vacuam traderes. de fide instrumen. dict. l. 7. vbi Gregor. Lopez in gloss. final. & est magis communiter recepta opinio Marti. in dict. §. pretium. à gloss. relata quòd compellatur si est facultas rei restituendi præcisè, alioquin ad id, quod interest. secundum Gregor. Lopi. per tex. etiam ibi in. l. 7. verb. *à postre del.* titulo septimo. part. 7. Et omnes prædicti idem dicunt. Et est magis communis opinio secundum Felin. in dicto capitulo. cùm Ioannes. numer. 34. Iaso. in. §. actionum. numer. 147. Insti. de actio. & in dict. l. stipulationes non diuiduntur. column. 15. numer. 35. versiculo. Prima est communiter approbata. Couar. libr. 2. Variarum resolu. capit. 19. num. 1. Tamen dicendum est, quòd pereat periculo emptoris, vt in articulo præcedenti. Nam quanuis amittendo arrham secundùm præmissam opinionem liberetur à contractu, nec teneatur ad interesse in casu præmisso, contractus perfectus est, & validus interim, quo contrahentes non recesserunt dissensu expresso à contractu, nec constat de pœnitentia: quia iste casus quòd potuit pœnitere, non est præsumendus in dubio, cùm veniat contra factũ proprium. l. 3. ibi. nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia, sed magis vtroq; genere voluisse propter fortuitos casus. ff. de mili. testam. Alci. de præsumptio. regul. 3. præsumptio. 35. nu. 1. Item etiam, quia casus competens alicui de iure speciali, non est in consideratione, nec nocet actui valido de iure, an tequàm sit propositus in iudicio à parte, cui competit. l. 4. §. si is qui. ff. de fideicommissa. liberta. vbi apertè deducitur, quòd ea, quæ de iure speciali implorari possunt, non sunt in consideratione antequàm allegãtur, & impetrentur. l. exceptiones quæ personæ. §. fina. ff. de exceptio. l. nam posteaquàm. §. si minor. ff. de iureiurand. ibi, nec ẽ vtique quod minor est &c. Bart. in. l. fina. num. 1. col. 2.

col.2.versi.Venio ad quartam particulam. C. de senten.passis,& resti.Iaso.in.l.si bonorum.nu.4. col.fin.C.qui admit.Quo fit restitutum aduersus contractum validum de iuris rigore non debere restitui ad fructus perceptos ante restitutionis concessionem factam per ius speciale,ex premissis.De cuius tamen articuli veritate est videndus Couar.lib.1.Vari.resolut.cap.3.Et dicetur infrà. l.4.¶Vtrùm propter vitium incognitum emptori,dissoluatur contractus? Videtur quòd sic, nam vitium si est tale,propter quod emptor nõ emisset,vel tantum pretium dedisset,si vitium ei esset apertum,defuit consensus,ac eo deficiente,cõtractus,qui consensu perficitur,erit inualidus.argu. l.consensu.ff.de actio.& obligati.in princ. Insti. de obliga.quę ex consensu.Confirmatur ex diuo Ambrosio,libr.de officijs.vbi dicit, In contractibus vitia eorũ,quæ væneũt,prodi iubentur, ac nisi intimauerit vẽditor,quãuis in ius emptoris trãsierit,doli actione euacuantur.Declarat Domin. Sotus,ponẽs in hoc sex cõclusiones lib.6.de iust. & iur.q.3.art.2.Ioan.Methymnen. in Codice de restitutione.q.34.Confirmatur insuper, q̃ vendi tor teneatur ex vitio rei venditæ per.l. Iulian.in princ.&.l.tenetur ex empto.§.sed si vas.ff. de actiõ.empt.l.si seruus cõmunis.§.quod verò. ff.de furt.gl.verb.itẽ qui sciẽs.in.l.in rebus.18.§.item qui sciens.ff.commoda.l.12.&.l.21.&.l.63.titul.5. part.5.ergo venditio retractatur volente emptore propter vitiũ rei non cognitũ ei propter calliditatem venditoris. Quo fit,si res vendita pro libera,& absq; aliqua seruitute & tributo,appareat postea tributaria & subiecta seruituti,poterit emptor agere de nullitate contractus, & recuperare pretium,vel actione quanto minoris,si sciret tempore emptionis rem subiectam esse tali seruituti & oneri.l.1.§.venditor.ibi, Venditor si cùm sciret deberi seruitutem,celauit,non euadet ex empto actionem,si modò eam rem emptor ignorauit.Omnia enim,quæ contra bonam fidem fiũt, veniunt in empti actionem. Sed scire venditorẽ & celare sic accipimus, non solùm si non admonuit,sed & si negauit seruitutẽ istam deberi,cùm esset ab eo quæsitum.ff.de act.emp.l. si sterilis.§. si prædij.illomet.tit.l.si minor.C.eo.tit.l.63.tit. 5.part.5.l.quoties de seruitute.ff.ædili.edict.Imo imponens tributum, vel vendens rem aliquam, tenetur aperire emptori noui tributi,omne tributum & censum primæuum illius rei,& non declarans,tenebitur pœna dupli emptori applicanda. l.65.in Curijs Madritijs anni.1528. ibi, *Mandamos que las personas que de aqui adelante pusieren censos y tributos sobre sus casas y heredades y possessiones q̃ tengan atributadas,ò encensuadas primero a otro: sean obligados de manifestar y declarar los censos y tributos que hasta entonces tuvieren cargados sobre las dichas casas y heredades y possessiones,so pena que si assi no lo hizieren,paguen con el dos tanto la quantia que recibieren por el censo que assi vendieren y cargaren de nueuo à la persona à quien vendieren el dicho censo*. Ergo ex impositione pœnæ constat esse delictũ. Quam.l.limita.nisi prædiũ esset hæreditariũ,nam iustã causam ignorantiæ habet,qui in ius alterius succesit l.qui in alterius.ff.de regu.iur.gl.in.l.si sterilis.§. 1.ff.de acti.empt.gl.in.l.Iulianus.verb.interfuit. ff.de actio.empt.sed siue sciat,vel ignoret vitium rei vẽditor tenebitur pretium restituere, si rescindatur contractus,vel quanto minoris pretij propter impositã seruitutẽ,ex Greg. Lopez in.l.65. verb.tributaria.tit.5.part.5.Nã verbum,*callando*, ibi.positum,est accipiendũ secundũ eum siue sciẽter,vel ignoranter,hoc est quantum ad rescindendũ contractũ,vel agendũ quanto minoris.Intelligẽ tamen,nisi vitium esset compertũ ex rei euidẽtia emptori tẽpore contractus,quia isto casu non cõpetit redhibitoria:nã scienti & cõsentienti nõ fit iniuria.l.1.§.si intelligatur.l.quæritur.§. si nominatim.ff.de ædili.edict.l.1.§.vẽditor.ff.de act. empt.l.si fundũ.C.de euictio. Anto. Gomez de cõtractibus.c.2.nu.48.Itẽ etiã potest exemplificari,qñ seruitus esset apparens,veluti,si in domo vẽdita vicinus haberet fenestras apertas,vel tigna immissa in pariete ab vna parte,nã isto casu nõ tenebitur vẽditor, etiã si promisisset vacuã tradere possessionẽ.l.ea quæ cõmendandi.versi.quędam etiã.ff.de cõtra.empt.l.si tamẽ.§.ei qui.ff.de ædi. edi.Plenè disputat Alber.in.l.1.§.1.ff. de action. emp.Angel.in.§.prætorum.Insti.de iure natura. col.2.Grego.Lopez in.l.65.in gl.1.tit.5.par.5.Et est notandũ,q̃ si emisti equũ,qui non vult trãsire pontẽ,aut acerrimè formidat riuũ,vel flumẽ pertransire,potẽs,& sufficiens causa est ad compellẽdũ venditorem redhibere.gl.in.d.l.ea quæ commẽdandi.§.fin.verb.fallendi.Quã nota in practica.¶Itẽ si quis virginẽ se emere putasset cùm esset corrupta,ex empto cõpetit actio ad resoluẽdum cõtractũ,quia si sciuisset emptor qualitatẽ rei,seu personæ,non emisset.l.ex empto.§.si quis virginẽ.ff.de acti.empt.l.21.tit.5.par.5.¶Deducitur etiã,q̃ si in domo vendita vel conducta sit vitiũ ante cõtractũ,& ex eo etiã,q̃ tetris imaginibus,nocturnis illusionibus & tumultibus inquietẽtur habitatores,licet ab eo contractu recedere,& domũ relinquere dño ipsius,qui eã locauit,seu vẽdidit. tex.sing.in.l.habitatores.§.fi.ff.locat.vbi ait Iurisc̃onsultus,Si quis timoris causa emigrasset,an deberet mercedẽ,nec ne:respõdi, si iusta causa fuisset,cur periculũ timeret,quãuis periculũ verè nõ fuisset,tamẽ nõ debere mercedẽ:sed si causa timoris iusta nõ fuisset,mercedẽ nihilominus eũ debere.tex.

vtenda & fruenda re ad tempus, ex quo contractu nullum transijt dominium, nec possessio, nec ius in re. l. non solet. ff. locat. l. rei commodatæ. ff. commod. l. malè agitur. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. Et sic cùm agatur de modico præiudicio, faciliùs de æquitate per legem concessum est, aliam rem æquè idoneam posse præstari. Et ista ratio est ex mente Vlpiani Iureconsulti in dict. l. si quis domum. dum dicit, Planè si dominus non patiatur, & locator paratus sit aliam habitationē non minùs commodam præstare, æquissimū esse ait absolui locatorem. ibique assignat Raphael Fulgo. etsi Bart. cogitandum reliquerit. Idem est in fideiussore, vel pignore, quia si quis promisit dare certum fideiussorem, vel pignus, satisfacit dā do alium æquè idoneum. Barto. in. l. cum debitore. ff. de pigno. actio. Alberi. nume. 4. & ibi Paul. in dict. l. si quis domum. tex. singul. in. l. qui autē. §. primo. ff. de consti. pecuni. vbi glo. Odoffr. Bar. Alberic. Bald. Paul. & communis, idem fatentur. ¶ Si tamen impedimentum quo minus res locata non posset tradi, vel ex aliqua causa iam tradita conductori vti, sine culpa, nec dolo locatoris, sed ex impedimento prouenienti facto tertij, vel natura non teneretur dominus ad interesse, nec conductor ad pensionem pro illo tempore. l. habitatores. §. fina. ff. locat. l. si fundus quem. &. l. item quæritur. §. exercitu. & in. l. si merces. versi. si vicino. eod. titu. l. 21. titul. 8. part. 5. ¶ Ex quo deducitur, quòd si conductor recedat à domo ex aliqua iusta causa, nempè pestis, vel aeris corrupti non teneri ad solutionem pensionis, sed pro rata temporis tantùm, quo domum habitabit, erit soluenda. Panormi. in cap. propter sterilitatem. cap. secundo. de loca. Fulgo. in. l. cùm plures. ff. eodem. titu. Baptista à Sancto Seuerino in repet. l. diem functo. quæst. 40. num. 54. versi. Antequam veniam ad determinationem quæstionis. & ibi Sebastia. Sapia. nu. 22. versi. Alia est quæstio, quòd si scholaris. ff. de offi. assesso. Christophor. Porcha. in. §. Item quæritur. colum. fina. versi. Quæritur, an illo qui conduxit domum. Instit. de locatio. & conduct. Ange. Areti. in. §. sequens. colum. pen. ad fi. num. 15. Instit. de actionib. Thom. Parpali. in. l. si quis nec causam. §. primo. num. 4. ff. si cer. pet. Tenent communiter scribentes secundùm Ripam in tracta. de peste. 2. part. nume. 17. versic. Quarto præstat colono. vbi optimè loquitur Anto. Gomez de contractib. cap. 3. colum. 3. num. 3. versicu. Adde tamen quòd si res locata. Hippolyt. singul. 615. Calderi. consil. 5. subtitul. de locat. Soci. cōsil. 44. libr. 1. Fulgos. in. l. si in lege. §. si domus. post gloss. ibi. ff. locat. text. in. l. habitatores. §. fina. ibi, Respondi, si iusta causa fuisset cur periculum timeret, quanuis periculum verè non fuisset, tamen non debere mercedem. Sed si causa timoris iusta non fuisset, mercedem nihilominus eum debere. ff. locat. l. prima. §. primo. ff. de migrand. Arnold. Ferronus in consuetud. Burdegalensibus. titul. octauo. §. tertio. Quorum omnium opinionē communem esse fatetur Couar. in Practic. quæst. cap. 30. versi. Hæc planè obtinent in fundis conductis ab his. nume. 3. Aliquas concordantias citat Matthæ. de Afflict. decisio. 258. nume. 2. vbi probat nullam remissionem ipsis inquilinis propter pestem superuenientem pensionis faciendam, ex votis iuris prudentum Alphonsum Secundum Neapolis Regem decreuisse. Quod quidem decretum potius pertinet ad illius regni consuetudinem, quàm ad iuris rigorem, vt ipse Matthæ. de Afflict. & Couar. dict. capi. 30. ad fin. insinuant. & Guid. Papæ decisio. 630. incip. Thesaurarius Dalphinalis. nume. 3. Rebuff. de priuileg. Scholastico rum priuileg. 11. Plura etiam adducit ad probationem huius conclusionis. Et Nicola. Boeri. in consuetudi. Bituricensibus. §. 18. colum. 3. fol. 25. versi. Et etiam propter pestem. Propter mortis timorē multa licent, quæ aliàs prohibita à iure existunt: nam licet aggressorem interficere. Clemēt. vnica. de homi. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. 1. C. vnde vi. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. non solùm propriam, sed proximi, quando iniustè opprimitur. capit. dilecto. ibi, & quidem cùm liceat cuilibet suo vicino, vel proximo pro repellenda ipsius iniuria suum impertiri auxiliū: imò si potest, & negligit, videatur iniuriantem fouere, ac esse particeps eius culpæ. de sententia excom. libro. 6. Marius Salomoni. post alios in. l. vt vim. nume. 16. ff. de iusti. & iur. pulchrè confirmat. ac mortaliter peccat omittēs talem defensionem. Panormi. in capit. primo. nume. 9. de resti. spolia. canon in inferenda. & cap. qui potest. 23. quæst. 3. ca. sicut dignum. §. illi etiam. de homic. capit. primo. 83. distinct. Item propter euitandam mortem licitum est corrumpere aduersarium. l. prima. ff. de his qui sibi mort. consci. Licèt non sit secundùm Deum, authore Alberic. in indice. verb. Leges dicuntur. S. Thom. 2. 2. quæst. 69. arti. 2. Item mortē violentam licitum est fugere. glo. in clem. Pastoralis. §. per violentam. de re iudicat. de qua ibi per Ioan. Imol. nume. 60. & dixit singul. Panormi. in cap. si verò. de iure iurando. nume. 8. Ang. in sum. verb. *Carcer*. §. quarto. Ioan. Igne. in. l. tertia. §. subuenitur. num. 122. ff. ad Syllani. Tiraq. de retract. in proœm. nu. 68. Præpositi. in capi. primo. col. 2. numer. 5. de coniug. seruo. & quæ optimè ad propositum prædictæ glossæ tradit Henric. Gandau. quodlibet. 9. quæst. 26. Et opinionem ipsius cum distinctione approbant omnes, vt resoluit D. Couar. libr. 1. Variarum resolu. cap. secundo. num. 7. omni-

omnino videndus. Igitur conductor poterit domum propter pestem relinquere. cap. negotiatorem clericum. 88. distin. ¶ Intellige primò hanc assertionem procedere durante tempore pestis, quòd posit inquilinus dimittere domum, cessante tamen causa pestis, non liberabitur à pensionis solutione: nam cessante impedimento, cessare oportet causa ipsius, & ab eo deriuata. vt animaduertit Couar. lib. Practicarum quæstio. c. 30. nu. 3. ¶ Intelligenda est secundo loco, dum tamen claues domorum consignentur domino, & domus recusetur, & renuntiet, vulgò desauzietur, ipsoq; nolente acceptare de mandato iudicis deponantur. Quod est singulare & optimum consilium in practica, quod posuit Baptista à Sancto Seuerino in repet. l. diem sancto. quæst. 40. num. 54. quem ibi sequitur Sapia nume. 22. & Hierony. Cagnol. num. 47. & Thom. Parpali. in repeti. l. si quis nec causam. §. respignori. num. 4. ff. si cert. peta. Et cõsidera text. ad hanc limitationem in dict. l. habitatores. §. fina. qui loquitur in migrante, & sic in relinquente domum, sed ille qui tenet res suas in domo tempore pestis, nec consignat claues domino, non dicitur migrare, sed tenere adhuc domum, & sic interim soluere tenetur pensionem domus. Ideoque erit optima cautela, vt ei renuntietur domus, & consignentur claues: quia cùm de domini præiudicio agi velit, oportet, vt locum habeat, vt certioretur. argum. capi. primi. de causa possess. & propriet. & cap. In nomine Domini. de testi. cap. fin. de empt. & vend. & sic seruatur in practica ex Iurisconsultorum consilio, si fieri posit talis denuntiatio, ex Rebuff. in authen. Habita. priuileg. n. C. ne fili. pro patre. & in concordat. titu. de collatio. §. verb. residentiæ. ¶ Tertiò intellige, quando pestis superuenit: si autem tempore cõtractus locationis adesset, remissio pensionis non est conductori facienda, quia ei est imputandum, quippe cùm tempore pestis conduxit, & cogitare potuit de ea, & visus fuit renuntiare tale remedium, cum prospicere debuit ex præsenti circa tempus futurum. l. si quis fundum. §. fina. ff. locat. glo. & doct. in dict. l. habitatores. §. fina. capi. propter. §. fin. de locat. Bal. in. l. si ea lege. colum. 2. C. de vsur. Confirmatur. Nam licèt ratione contractus quis sortiatur forum. cap. vlti. de foro compe. l. 32. tit. 2. par. 3. Socin. reg. 159. verb. forum. & Bernard. regul. 146. Contractus. tamen quando quis contrahit cum aduena, hoc locum non habet. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. Et ideo si miles tempore belli susceperit castri custodiam, tenetur, etiam si violenter ab eo auferatur, quia tempore concessionis hoc considerare debebat. secundum Ioan. Andr. ad Specul. rub. de locat. Idem dicitur in conductoribus, in confinibus regni existentibus, vt non possint remissionem tempore belli petere, quia quotidie id versari solet. Bald. l. si ea lege. col. fin. C. de vsu. Alex. consil. 112. libr. 1. Faciunt notata à Tiraquel. in repe. l. si vnquam. in princ. nume. 61. C. de reuo. donat. vbi si donans cogitauit de filijs, non videtur habere locum illa lex. & sic quanuis ex causis enumeratis in. l. 6. titu. 8. part. 5. locator posit expellere inquilinum, habet locum, quando superuenerunt post locationis contractum, secùs si erant tempore contractus. ¶ Intellige quarto, nisi fuisset conuentum, quòd propter pestem non fieret remissio, nam valet tale pactum. Bertachi. in tract. de gabellis. 2. part. quæst. 24. nam recipere potest periculũ casus fortuiti. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. vbi Barto. & doct. l. 17. & ibi Grego. Lopez. verb. *Por qualquiera manera quier*. titul. 8. part. 5. Quod procedit, nisi casus pestis, vel alius contingeret per ipsum locantem, vel alium eius familiarem, nam tunc fieret remissio, etiam si per pactum non veniret alias facienda. Tum, quia actus affectatus non iuuat. Felin. in ca. fina. de testib. col. fin. num. 5. Iaſ. in. l. si seruus plurium. §. fina. num. 4. ff. de lega. 1. Hippoly. in. l. prima. §. cùm quis. ff. de quæstioni. cap. eos. ibi, scienter, seu affectata ignorantia. de temp. ordin. lib. 6. vbi glo. in verb. affectata. Suadetur. §. item tria. Instit. de excus. tuto. Secundò, quia renuntiatio violentiæ, intelligitur de ea, quæ infertur ab extraneo, non autem de illata à contrahẽtibus, vel suis domesticis. text. aureus in. l. qui insulam. §. colonus. ff. locat. vbi Barto. singul. secundùm Roma. singul. 29. Iaſ. in. l. sed & si quis. §. quæsitum. colũ. penult. ff. si quis caut. ¶ Quintò declara, quando locus esset naturaliter pesti subiectus, & aliquis sciens loci qualitatem conduceret. Ioan. Igneus in. l. contractus. colum. 34. ff. de regul. iur. & Rip. in dict. tracta. de peste. 2. part. versicu. secundo casu. num. 4. Rebuff. in authent. Habita. priuileg. 11. nume. 7. C. ne filius pro patre. ¶ Item etiam ex aliis causis deductis in. l. 6. titu. 8. part. 5. potest expelli inquilinus. Vbi vide Gregorium Lopium in glos. 1. & in verb. *Caualleros*. Dicit idem esse, Si filius locatoris crearetur doctor, vel iudex, seu aduocatus, ita, quòd indigeret ampla domo seorsum à patre, vel si fieret presbyter, quia dicitur miles cœlestis. glo. in. l. miles. & ibi doct. ff. de re iud. ea. militare. 23. quæst. 1. vbi glo. verb. militiæ. & latius cæteris. dico in. l. prima. in glo. 1. colum. 107. versi. Vlteriùs etiam clericus dicitur miles, ac priuilegio militiæ gaudet titul. 3. libr. 1. ordin. Sed si quis facit filium militem, poterit expellere inquilinũ. dict. l. 6. ibi, *ò si los fizieſſe caualleros*. Ergo creando eos presbyteros. Et est notandum, quod quannis inquilinus propter refectionis necessitatem à domo cõducta posit expelli. vt in dict. l. 6. & l. æde-

C. locat. vnde sumpta fuit, tamen refecta debet reponi, & restitui in relocata. glos. sing. in l. si duo. §. cum inquilinus. verb. Dominium. ff. vti possid. vbi Bart. Et dixit singularem Ludo. Roma. singu. 232. & Cremens. singul. 71. & Hippolyt. in repeti. rub. ff. de fideiusso. nume. 223. & in repet. l. vnicæ. C. de raptu virgi. numer. 23. Fernandus Loazes de matri. Regni Angliæ. par. 7. nume. 30. fol. 58. Gregor. Lopez in dicta. l. 6. verb. *Si no fuesse adobada.* Quid autem sit, si sint in domo mali spiritus, vel (quod aiunt) *Trasgos*, vide quæ dixi in contractu emptionis superiori. ¶ Dubitatur, si prædicti casus sint tempore locationis, possit locator vti quisi num expellere à domo conducta? Videtur quòd sic, cùm generaliter locatur dict. l. æde. ergo siue casus contingat ante vel post locationem, poterit dominus sibi prouidere de remedio illius legis absque distinctione; in contrarium tamen vertatur intentio contrahentium, cùm de casu iam in esse producto cogitauerunt, & ipso stante simpliciter contraxerunt, & sic renuntiauit suum priuilegium, quod potuit facere. Tum etiam per id quod dixi supra in versic. Tertiò intellige. Tum etiam ex optima glo. in dict. l. æde. verb. necessariam. C. locat. Montalu. in l. 6. titul. 8. part. 5. & in l. 12. verb. *Refazer.* titul. 18. libro. 3. for. legum. Anto. Gomez de contractibus. capit. 3. num. 6. & aliqua adducta ab eo, quæ faciunt in confirmationem. Et apud Lusitanos est Regia lex. titu. 58. lib. 4. ordin. quæ idem determinat. ¶ Quæritur etiam, Si quis haberet rem datam in emphyteusim, an dominus eodem modo possit propter suam necessitatem, vt habetur in dict. l. æde. auocare ad se domum? Et videtur, quòd contractus locationis & emphyteusis sint similes, ac multùm inuerse fraternizare videntur, vt per scriben. in l. prima. C. de iur. emp. ergo dispositio. dict. l. æde, locum habere debet in emphyteusi. ex puritate rationis. capit. cùm dilecta. de constit. vti. vel inuti. Sed contrarium respondet Ioan. Andr. ad Speculat. titu. de loca. §. nunc aliqua. versi. Quarto &c. quem refert & sequitur Las. in l. prima. in fin. colum. 9. C. de iu reemphy. Hippoly. sing. 94. ¶ Quæritur, Vtrum res ecclesiæ possint locari? Respondeo, quòd possunt, dum tamen non locentur vltra triennium sub pœna excommunicationis, vt habetur in extrauagant. Pauli V. ener. in cap. Ambitiosæ. de rebus eccles. non alienand. in communes, quam declarat Nauar. in manuali Confesso. capi. 27. num. 149. cum seq. & Couar. libr. 2. Variarum resolut. capi. 16. num. 6. Auendanius de mandatis Regum. 1. part. cap. 4. num. 34. Concil. Trident. sessi. 25. cap. 11. in Decreto de reformatione. Quæritur, an recepta fuerit prædicta cõstitutio, vel postquã fuit recepta per consuetudinem sublata fuerit? In priori dubio, si recepta non fuit à principio à subditis, est respondendum vim legis minimè obtinuisse, quia leges à principe dantur ea intentione & conditione, vt non aliter obligent, quàm si fuerint à republica receptæ, secundum Domi. in capit. in istis. §. leges. 4. distin. vbi est text. & in l. de quibus. ff. de legib. & docet Aristotel. 2. Politicorum. cap. 6. dum dicit, nam lex nullam vim habet ad suadendum, nisi ex more, mos autem non fit, nisi temporis longitudine. Ad idem est glo. in capit. primo. verb. frangere. de treug. & pac. quam ordinariam dixit Las. in l. rem non nouam. col. 2. nume. 5. C. de iudi. dicens, quòd constitutio, seu statutum, quod non est receptum in obseruantia, nec moribus vtentium approbatum, nullas habet vires. Et est glo. in dict. l. rem non nouam. §. patroni. quæ communis est secundùm Couar. lib. 2. Varia. cap. 16. nume. 6. versi. Quintò sunt qui. nam & maximè præsumendum est, eam legem, quæ à republica non admittitur, non ei conuenire. Quæ tamen conclusio recipit distinctionem ac declarationem, vt dixi in priori tomo harum Regiarum consti. in proœm. quæst. 12. Si ergo nunquam fuit recepta, etiam si casus euenit absque dubio vim legis non habuit. Secundus casus respectu quæstionis propositæ est, quando à principio lex fuit semel recepta, & tunc tollitur per consuetudinem constitutioni aduersam legitimo tempore præscriptam. capitul. finali. de consuetudine. & tunc dicitur legem non fuisse receptam, quando Principe sciente per aliquot actus contrarios excluditur, eo autem ignorante, vbi per decennium lex negligitur, & omittitur, nec vllo pacto admissa fuerit. Imol. & Feli. nu. 13. in capi. primo. de treuga & pac. Las. in dict. §. patroni. Couar. libr. 2. Variar. resolut. capit. 16. num. 6. quibus præmissis potuit constitutio præmissa à principio non recipi, & deinde recepta contraria consuetudine tolli, ita quòd isto casu sit ius antiquum obseruandũ, quo casu accipiendus est Roch. Curti. in repe. cap. fin. de consuetud. fol. 51. colum. prima. Sylvest. verb. Alienatio. quæst. 15. dicentium moribus vtentium non fuisse receptam prædictam constitutionem. Ambitiosæ. Caieta. verò in sum. verb. Excommunicatio. cap. 75. dicit non fuisse receptam vbique, & aliquibi videtur recepta, non totaliter, sed quoad aliquid, ideo vbi non est recepta, & similiter quantum ad illud, in quo alicubi non est recepta, neminem damnandum esse, eo quòd nisi consensu vtentium lex fuerit firmata, pro non lege habenda est. Sit ergo cautus Confessor, vt sciat consuetudinem patriæ quo ad hoc, quæ indagãda est à Curia Episcopali. Apud Hispanos dubium est, an ei cõstitutioni sit derogatum: vidimus etenim eam sæpe in forensibus controuersijs adduci, &

quan-

quandoq; admissam, quippe cùm probatur, eam communi vsu illius Diœcesis & Episcopatus receptam fuisse, quandoq; ex defectu huius probationis neglectam fuisse, ideoque iudicis examinationi pro more patriæ & tribunali relinquimus. Est tamen notandum secundùm Caiet. verb. Excommunicatio. ca. 75. quòd in rebus minimis non habet locum præmissa constitutio, & quòd est episcopalis. ¶ Circa præmissa dubitari solet, Locatio ad longum tempus in casu prohibito à Canone, vel à lege, valeat ad tempus permissum, vel in totum vitietur? Et videtur dicendum, quòd quando talis locatio fit vltra triennium in materia separabili, quòd vitietur tantùm in residuo tẽpore, non autem in præfinito à lege, seu Canone: Quia vtile per inutile nõ debet in his vitiari. Probatur: nam in contractibus diuiduis & separabilibus modò contineatur quantitas, modò res, non vitiatur vtilis dispositio per inutilem. l. prima. §. sed si mihi. ff. de verbo. obliga. ibi, nec vitiatur vtilis per hanc inutilem. Et probatur ex ibi traditis à Barba. col. pen. versi. Item ponit aliam quæstionem Romanus. l. placuit. ibi, quod illicitè adiectum est, pro non adiecto haberi, & licitas posse peti. ff. de vsur. & l. vsuras. & ibi glo. ff. eod. titul. l. siue generalis. & ibi glo. verb. infirmari. ff. de iure doti. l. sed si sibi. ff. de stip. seruo. l. proprium. ff. communia prædi. l. sancimus. C. de donat. glo. fina. in. l. fin. ff. de iur. omni. iudi. & glos. in. l. quæ fideicommissum. in glo. vlti. ff. de lega. 2. Panormi. in capit. cùm super. fin. verbis. de offic. delegat. & probaui in terminis prædictæ constitutionis ad Segur. in repet. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. nume. 150. ff. de leg. 2. Suadetur præterea. Nam valet argumentum de re ad tempus, sed in cõtractibus diuiduis, in quibus res continetur, inutilis dispositio non vitiat vtilem, igitur nec in casu prædictæ extraua gantis, Ambitiosæ. Et pro hac parte iam vidi obtentum in contradictorio iudicio ampliùs quàm semel. ¶ Tertiò istam conclusionem tenet Areti. in. l. prima. §. sed mihi. colum. penult. versi. Secundo inducitur per dominum meum hic ista materia ad aliam quæstionem. ff. de verbor. obligat. ex Bald. in auten. Si quas ruinas. C. de sacrosanct. ecclesijs. Paulo Castrens. in authenti. Qui rem. eodem titu. Imol. in capit. ex parte. colum. pen. numer. 4. de feud. & est communis secundum Iasonem. & Deci. in dict. authenti. Qui rem. Alciat. in l. prima. §. sed si mihi. numer. 20. ff. de verborum obligationib. Curti. Iunior. in tracta. de feudis. 2. part. quæst. sexta. Couarruuias libr. 2. Variarum capit. 16. nume. quinto. qui aliqua adducit in contrarium, quæ fuerunt Areti. in dict. §. sed si mihi. vbi sunt originaliter. nec Aretin. in meo libro dicit in praxi receptam esse hanc conclusionẽ, prout Couarru. refert, sed quòd diligentiùs hanc quæstionem considerando, nunc credit locationem præmissam valere pro minori tempore in specie proposita. & Andr. Tiraquell. de retract. libr. secundo. in fin. nume. 144. Et an locatio vel emphyteusis vltra legitimum tempus facta, in totũ vitietur, an saltem intra tempus licitum sustineatur, remissiuè tradit Pinell. nihil decidens in quæstione in. l. prima. C. de bonis mater. 3. part. nume. 65. ¶ Quam conclusionem communem intelligendam oportet veram esse, nisi ex probabilibus coniecturis appareat locatorem, aut conductorẽ non minori tempore rem illam vel locaturũ, vel conducturum, quod omnes fatentur, præsertim Socin. & Alciat. in dicto. §. Sed si mihi. Bart. consil. 159. nume. octauo. versicul. quarto. est videndum Felinus in cap. cùm super. de officio delega. Carolus Molinæ. in consuetud. Parisien. titul. primo. §. 41. quæst. 10. nume. 47. ponit exemplum, si emphyteuta tempore cõtractus ecclesiæ dederit trecentos aureos pro emphyteusi vsque in quartam generationem, & sic vltra tempus à iure permissum, nam vel in totum est rescindenda emphyteusis fauore recipientis, vel in totũ erit valida, quod fieri non potest. citat. l. si quis colludente. ff. de actio. emptio. Quod exemplum non videtur conuenire emphyteusi ecclesiasticæ. ex text. in authenti. de non alien. aut permut. rebus eccle. §. si verò etiam. in secunda. par. vbi recipiens emphyteusim ecclesiasticam vltra tempus à iure permissum, in pœnam, quod dedit, amittit. quem laudat Aretin. l. si aliquam rem. colum. 14. ff. de acquirenda possess. nisi iusta aliqua causa valeat recipientem emphyteusim à pœna excusare. ¶ Item etiã constat, quòd si locatio, vel concessio rei ecclesiasticæ fiat ad longum tempus, in totum vitiatur, & non valet etiam vsque ad nouem, vel pauciores annos. ex text. in Clemen. prima. de rebus eccles. non alien. vbi habetur, quòd nec recipienti, ius aliquod acquiratur expendatur negatiua, nec, cum dictione, aliquod, quæ etiam in qualibet minima parte verificatur. gloss. in Clementi. prima. verb. aut earum parte. de foro competen. & ibi Cardina. & Panormita. Felin. in capi. Pastoralis. in princip. ad finem. de offic. delegat. Panormita. ibi. nume. nono. Las. in. l. Gallus. §. in omnibus. vbi Maria. Salomoni. nume. secundo. ff. de liberis & posthum. Las. in. l. cætera. §. sed si quis ad opus. num. 16. colum. tertia. ff. de liberis & posthum. & in authenti. Ex causa. C. de liber. præter. & in. l. prima. nume. septimo. de pactis. & consil. 130. nume. tertio. libr. quarto. Thom. Diploide in additio. ad Alexand. in. l. prima. §. si quis simpliciter. nume. octauo. ff. de verborum obligationi. Philip. Francus in capit. statuto. nume. 4. de decim. lib. 6. Rebuff. in

buff.in authen.Habita.pag.550.in verb.aliquam. C.ne fili.pro patre.Andre. Tiraquel.in repet.l.si vnquam.verb.omnia vel partem aliquam.nume. 14.C.de reuoc.dona. Gregor.Lopez in.l.8.verb. *o gran parte*.titul.4.part.5.Corset.in singul.verb. pars.& sic nullum ius acquirit.

In actione negotiorum gestorum libellus tam in directa, quàm in contraria.

EL Doctor Diego Perez, vezino desta ciudad en la mejor forma è via que de derecho puedo, è deuo parezco ante. V.m.è pongo demanda à Iuan Sanchez, y contando el caso della digo, que es ansi, que estando yo absente desta ciudad el dicho Iuan Sanchez sin yo saber lo se entremetio à entender en mi hazienda, è labrar la, è grangear ciertas viñas, y heredades que yo tenia è tengo en el lugar de huerta, jurisdicion desta ciudad, è cobro los fructos y rentas dellas, y encerro el pan y vino que dellas se cogio, y lo vendio, y hizo dello lo que fue su voluntad. Por lo qual es obligado à dar me cuenta con pago, ansi de lo que administro, como de lo que dexo administrar, pues fue por su culpa: porque ya que se entremetia en la administracion de la dicha hazienda, la hauia de administrar toda ella, y si el no se entremetiera en la dicha administracion, huuiera otro que lo hiziera. Porque pido à. V.m. hauida mi relacion por verdadera o parte que baste en este caso, condemne al dicho Iuan Sanchez por su sentencia, qual mejor de derecho lugar aya, à que me de cuenta con pago de todo el tiempo, que entendio en la administracion y cobrança de la dicha hazienda, que fueron diez años. Y ansi mismo le condemne, que por quanto por su culpa se dexaron de labrar tal huerta, y tal viña, y por ello recibio mucho detrimento, y daño, y perjuyzio hasta en quantidad de veynte ducados, le condemne en ellos, y à que me pague todo lo que por su culpa quedo por arrendar, y labrar, pagando me la renta de todo ello, que estimo en cada vn año vno con otro en quinze mil marauedis, y cient hanegas de pan mediado. Para lo qual, y en lo necessario el officio de. V.m. imploro, justicia y costas pido y protesto.

¶ In locationibus bonorum ciuitatis quæ requirantur omnino per Auendani. de mandat. Regum.2.part.capit.11.l.3.titu.3.libr.7.infra.

In actione negotiorum gestorum contraria libellus.

EDIGO que es ansi, que estando el dicho Doctor ausente desta ciudad por le hazer bien y buena obra, y porque su hazienda no se perdiesse, yo entendi en la administracion della, y se la arrende: y porque la dicha hazienda tenia necessidad de hazer se en ella muchos gastos, y de reparar se, porque sin ellos no rentara cosa alguna, por manera, que liquidada, y aueriguada cuenta de mi propria hazienda yo tengo gastados cient ducados en ella, los quales el dicho Doctor me es obligado à pagar por se hauer gastado en vtilidad y prouecho de la dicha hazienda. Porque pido à. V.m. del sobredicho Doctor me haga entero cumplimiẽto de justicia. E si otro mas, o mayor pedimiento es necessario, que pronũciando mi relacion por verdadera, en quanto baste al vencimiento desta causa, por su sentencia diffinitiua, o otra, que en tal caso lugar aya, condemne al dicho Doctor, à que me de y pague la dicha quantidad de marauedis que tengo gastados en la dicha su hazienda, pues estã dello todo hechas cuentas. Sobre q̃ pido justicia. Para lo qual. &c.

¶ Ad declarationem materiæ negotiorum gestorum est præmittendum, quòd pluribus modis negotium alicuius geri potest, & inter alios, quos dã explicat glo.in.l.si pupilli.§.item quæritur.verb. ipso gesta. ff. de negot. gest. & alios tres ibi ponit Barto.nume. quarto. & ibi Additio. addit alium, per quos videre poteris.l.28.titul.11.part.5.forma libelli in vtraq; forma colligitur ex Bartol. in.l.si quis absentis.per text.ibi.ff.de nego.gest.

Quæritur ex negotio gesto quæ actio oriatur? Respondendũ est duplicem actionem oriri, nempè directam, quæ competit domino, hoc est, ei, cuius negotia gesta sunt, ad hoc, vt gestor reddat rationem

tionem suæ administrationis & si quid factum est propter culpam domino satisfaciat, & soluat. Aliã verò contrariam, quæ datur gestori aduersus dominum pro repetitione, & recuperatione expensarum, & sumptuum. vt est casus in. §. igitur. Insti. de obligat. quæ ex quasi contra. nasc. ¶ Vtrum autem ad hoc vt competat actio contraria sufficiat, quòd ab initio negotium gestum sit vtiliter, quanuis effectum non habuerit? Respondendum erit in hoc initium spectandum esse ad hoc vt competat. l. si pupilli. §. sed si quis. & in. l. sed an vltro. ff. de nego. gest. glo. in cap. prouidendum. verb. infetas. 83. distin. quæ per prædicta iura voluit, medicum repetere posse salarium & sumptus quos fecit in curando infirmum, quanuis mortuus fuerit, cùm vtiliter cæperit negotium gerere, licèt aduersus euentus sequutus fuerit. tex. in. l. si quis. ad fin. & ibi docto. C. de nego. gest. l. 28. titu. 12. part. 5. vbi Grego. Lopez. verb. *Acaesce*. ponit exempla huius rei, & tenet ibi hanc partem. verb. *La dene cobrar*. Sunt tamen aliqui casus, in quibus gestor non potest agere, etiam si negotium vtiliter gestum sit, de quibus per gl. in. l. si paterno. verb. repetiturus. C. de nego. gest. quam notabilem firmant Ange. nume. 28. & Ias. nume. 197. in. §. actio num. Instit. de actio. & glos. in. l. Nesennius. ff. de nego. gest. & in. l. 37. vbi Greg. Lopez. verb. *Todos los otros omes*. titu. 12. part. 5. ¶ Ex parte verò agentis, cui competit contraria, tantùm erit necessariũ dicere, se vtiliter gessisse negotia aduersarij, aut ab initio se cæpisse vtiliter gerere, licèt tractu negotij nulla vtilitas domino fuerit sequuta. vt in dict. l. sed an vltro. §. primo. nihilominus competit prędicta actio, vt suprà habitum est.

Quæritur, Vtrùm negotiorum gestor teneatur reddere rationem administrationis? Dicendum est, quòd tenetur. §. primo. Instit. de obliga. quæ ex quasi cont. nasc. l. 26. tit. 12. part. 5. vbi Gregor. Lopez. verbo. *Cuenta verdadera*. deducit ad optimam quæstionem, quòd si frater stetit in cõmunione cum fratribus, tenetur eis reddere rationem administrationis gestæ cùm venerint ad diuisionem. Quam in terminis consuluit Bald. consil. 418. dub. 6. lib. 3. firmans, quòd de omnibus testes haberi non possunt, sed in modicis suo statur iuramento, & etiam in non modicis, si personæ qualitas, verisimilitudo, & iudicis motus cum hoc concurrant. argum. l. si quis pro redemptione. C. de donat. & quæ not. in. l. sumptus. & in. l. in fundo. ff. de rei vendi. & Barto. in repe. l. admonendi. nume. 54. ff. de iure iur. vbi firmat secundum Doctores, quòd causa magna quæ sit, seu parua, est iudicanda, attenta qualitate personarum, & sic ex eius mente relinquitur iudicis arbitrio. Cuius opinio communis est secundum Curti. Iuniorem ibi nume. 67. Iaso. nume. 172. & Coras. nume. 51. & Ripam libr. 1. respons. cap. 1. nume. 56. Et fortè ita est intelligenda regia. l. 2. tit. 12. part. 3. quæ dicit, vsq; ad summam decem marapetinorum, intellige au rei vulgo Castellani, iuramentum deferendũ esse habenti semiplenam probationem, quod id locũ habeat, si iudici visum fuerit respectu qualitatis personæ, cui deferendum esset: nam si esset vilis persona, & pauperrima, ista quantitas esset magna, ac proinde eius arbitrio relinquendum erit, etiam vsque ad hanc summã, per præmissa. Quanuis Gregor. Lopez ibi, verb. *Diez marauedis*. velit iudicem teneri de necessitate in quacunque causa, etiam inter quascunque personas infra summã prædictam decem Castellanorum recipere iuramentum in supplementum probationis, si tamẽ excedat, stetur eius arbitrio. Cuius sententiã non admitterem ex exemplo Bart. in dict. l. admonẽdi. nam quæ sit causa magna, vel parua, est incertum quid, cum respectu personarum & qualitatũ earum in iudicio sit discernendum, quod de necessariò eius arbitrio est relinquendum. ex ca. de causis. ff. de offic. delega. l. 1. ff. de iur. delibe. Tum etiam, quia ad eum spectat inspicere fidem testiũ. l. 3. ff. de testi. ergo & in specie præmissa. Et quod diximus procedit, quando administrasset iure fraternitatis: nam si vt tutor, vel curator, diligentem tenetur reddere rationem. vt in. l. prima. in prin. & §. de rationibus. ff. de administr. tutor. l. aduersus. & l. rationes. C. de admini. tutor. Soci. consil. 46. Cùm in præsenti consultatione. colum. 2. nu. secundo. lib. primo. & dicit, quòd filius, qui viuente patre administrauit, tenetur reddere rationem de his, quæ administrauit, licèt pater in vita rationem non petierit. argum. text. in. l. cum oportet. versi. Sed in hac specie. C. de bon. quæ lib. & alia, quæ adducit Panormi. consil. 12. colum. 4. versic. Tertius. libr. primo. Crott. in. l. frater à fratre. nu. 19. & ibi Ioan. Coras. 2. part. num. 7. ff. de condi. in debi. Socin. consil. 192. num. 5. & consil. 213. nu. 4. libr. 2. Deci. consil. 255. colum. 1. Grego. Lopez in l. 26. in glo. fina. titu. 12. part. 5. Hippoly. sing. 493. Pinel. in. l. prima. part. 2. C. de bonis quæ libe. nu. 39. versic. Quod autem diximus. Quod suadetur ex regula. l. 1. §. officio. ff. de tute. & ratio. distr. vbi administratoris officium est rationem reddere. & l. cùm seruus. §. primo. & ibi Paul. de Castro. ff. de condi. & demonstra. Hostien. in sum. de obligat. ad ratiocini. Rip. de peste secundum minorẽ excusionem fol. 84. Deci. consil. 469. latè Chassan. in consuet. Burgun. rub. 6. §. sexto. fol. 222. Ias. consil. 111. libr. 1. Didac. à Castello in hoc articulo videndus in. l. 17. Tauri. & iuxta illud, quod in sacris habetur Luc. 16. redde rationem villicationis tuæ. cap. qualiter & quando. 2. de accusa. Vnde videmus,

demus, quòd negotiorum gestor reddere tenetur rationem administrationis, & de mala & negligẽti administratione tenetur. l. 2. vbi notabiliter declarat Barto. ff. de negot. gest. Hoc idem videmus in procuratore ad lites & ad negotia. vt in. l. si remunerandi. & in. l. si procuratorem. §. primo. ff. mandat. Item in actore vniuersitatis. l. 1. & l. Item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniu. nomine. Similiter executor testamenti rationẽ reddere tenetur. cap. tuanos. & cap. Ioannes. de testamen. l. 7. titu. 19. part. 1. & l. 6. titu. 10. part. 6. quatenus dicunt, quòd Diœcesani possunt compellere executorem testamentarium, vt impleat voluntatem defuncti, ergo debet ei præstare rationem, si dixerit esse impletam, quomodo, qualiter, & quãdo, & ita quotidie fit. Quod munus compellendi, scilicet executorem, competit etiam iudici seculari, quippe cum sit mixti fori. Panormi. & Barb. in capit. si hæredes. de testamen. & ibi legendo dixi. Et nouissimè Gregor. Lopez in. l. 7. verb. *que cum plan.* titu. 10. part. 6. Et quòd teneantur reddere rationem, tenet Socin, consi. 46. colum. 1. lib. 1. imò si se immiscuit in bonis, tenetur reddere cum inuentario, vt diximus in. l. 4. titu. primo. lib. isto. §. suprà. Item executor sententiarum. l. executorẽ. C. de execu. rei iudica. secundùm Soci. vbi suprà. Nam vbicunque se immiscet alienæ administrationi, rationem reddere tenetur, & reliqua restituere, vt suprà dictum est. Quo fit, quòd pater administrans beneficium ecclesiasticum, vel alia bona, in quibus non acquirit vsumfructum, tenetur ipse & hæredes eius post illius mortem rationem administrationis cum satisfactione filio beneficiato reddere, quemadmodum alius negotiorum gestor, seu administrator teneretur domino rei administratæ, vt suprà dictum est. Et ista Theorica sæpè est practica contra administratores, & negotiorum gestores, eorumve hæredes. text. in. l. litis contestatæ. §. pater. ff. de neg. gest. Cuius pulchra verba sunt hæc. Pater si emancipati filij res à se donatas administrauerit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur. vbi Bartol. dicit bene notandum, quia sæpe contingit, & se vidisse, quòd pater emancipat filium, & retinet eum in domo, & administrat illud, quod sibi donauit, quòd non quæritur vsusfructus ipsi patri, imò tenetur reddere rationem ipsi filio. Idem eadem ratione in omnibus, quæ quæruntur filio, quorum patri non quæritur vsusfructus: vnde si pater administrauit bona præbendæ filij, tenetur ei actione negotiorum gestorum reddere rationẽ administrationis. vt. l. Sacrosanctæ. C. de epiſcop. & cler. vbi habetur, quòd istæ præbendæ habentur loco castrensis peculij, vel quasi, & ibi eum etiam notat Bald. sub. l. si pecuniæ. & assignat cautelam patri donanti, vt reseruet sibi vsumfructũ, ne veniat restitutio fructuum, & faciat ipse pater cum filio beneficiato, vt ipsum liberet à ratione fructuum perceptorũ, & solutione, alias tenebitur satisfacere. per dict. §. pater. quem singul. dixit ad præmissa Roderi. Suarez in quæstio. maioricatus. colum. penul. cum sequen. Ioan. Lup. in repeti. rubri. de donatio. inter vi. & vxor. §. 42. nume. 9. versicu. Ex his infero ad vnum quotidianum. Cifontan. in. l. 48. quæst. final. in decisio. Tauri. Barba. in rubri. de pecul. cleri. colum. 3. num. 10. & in capit. quia nos. colum. 3. nume. 5. de testament. Matthæ. Afflictus decisio. 241. & Bald. in. l. 3. §. si quis minor. 2. lectura. ff. de minorib. notat, quòd ea, quæ cohærent personæ filij, non quæruntur patri vllo modo. Vtrùm autem expensæ factæ à patre pro filio habente beneficia ecclesiastica videantur factæ de fructibus beneficiorum, & sic animo compensandi? Istud dubium posuit Paul. Castrens. consil. 416. colum. prima. dub. 2. libr. 2. & determinat quòd censetur facere animo compensandi debitum, cùm fuerit in sua specie filius naturalis. Si igitur simpliciter pater expendit aliquid pro filio in bullis apostolicis pro consequẽdo sacerdotio, censebitur ei donare affectione paterna, & non animo repetendi, cum tunc nihil dixit in contrarium, nec bona ipsius possideret, ergo censebitur donasse. Item datum ob istam causam non potest vendi, nec in alium transferri, cum nec beneficium non possit resignari sub aliqua pactione, conditione, vel modo, alias esset simoniæ crimen. gloss. per text. ibi in cap. ex parte. N. de offic. delegat. Rebuff. in practi. benefi. titu. De pura resignatione. pagin. 478. & pagin. 484. §. nunc dicendum est. nume. 1. Aymon Crauett. omnino videndus consil. 122. libr. 1. colum. 1. ergo non debet filio imputari, cùm censeatur pro militia filij expensum. l. 5. titul. 15. part. 6. l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficio. testam. vt dixi in expensis factis à patre pro filio in gradu licentiatus, seu Doctoratus consequendo. in. l. 8. verb. *Estudios generales.* ad finem. titu. 2. lib. 1. ordinamen. Suprà. maximè cùm, vt ibi dixi. colũ. 78. versi. Sexta conclusio. datum filio clerico, statim valet, & censetur prælegatum tertij & quinti bonorum, nisi pater contrarium protestatus fuerit. ex. l. 26. Tauri. ergo pro bullis expensum à patre, censebitur prælegatum, nec in legitima filio clerico erit imputandum. Facit quod Ioan. Fab. in. l. si emancipati. C. de collatio. docuit. & in. §. fin. Inst. de inoffic. testamento. quòd donatio data ad ordinem clericalem suscipiendum, quod patrimoniũ dicitur, quod talis donatio non debet in legitima computari, quia non sunt bona, quæ vendi possunt, & quia datum causa dignitatis consequendæ, non imputatur. Quem refert Nunius Auendanius

danius respon.17.colum.1. Couar.capit. Raynaldus.§.secundo.num.7.de testamen. Ioan.Igne.in l.§.subuenitur.nume.175.ff.ad Syllani. vbi de veritate huius dubij, quam alibi tractaui, nunc tamẽ quatenus tangit illam rationem, datum simpliciter filio censeri prælegatum ac donationem simplicem, quæ non imputatur in legitima, secũdum eos, ergo nec sumptus facti pro consequendo sacerdotio, cùm pater ad id nullo iure potuit cogi, vt est notorium, igitur nec imputandi sunt filio, siue legitimo, siue bastardo, ex mente Paul. bene perpenso in dict.consil.416. ¶Sed circa præmissa contingere solet, quòd pater fatetur se recepisse mille aureos ex tali administratione bonorum filij, & nõ ampliùs, cùm fortè nihil receperat, quod non sit redditum filio beneficiato, sed vt defraudet alijs filijs, vel creditoribus, vel fortè cum receperit tria millia aureorum, dicit tantum mille, & fortè iuramento firmauit pater in testamento, seu in suo libro, vtrùm eius dicto sit standum in odiũ creditorum, quibus debetur legitima integra, vel vltra legitimam aliquid vltrà, nempe habitum ex beneficio administrationeque bonorum filij? Videtur dicendum, quòd parentis confessioni, dicẽdo se esse debitorem alterius in præiudicium filiorum non sit standum, quia daretur ansa defraudãdi filios legitima sua. vt tenet Bart. in.l. cùm quis decedens.§.codicillis.ff.de legat.3. Ioan.Andr.ad Specul.titul.de confessis.§.nunc videndum. versicu. Sed nunquid patris confessio. Segur.in repe. l.cohæredi.§.cum filiæ.numero.127.ff.de vulgar. & pupillar.

Libellus in actione mãdati.

EDIGO que es anſi, que yo dixe è mande al dicho Pedro que me compraſſe tal heredad por cient mil marauedis, los quales le di y entregue, y el de mi recibio, y quedo de comprar me la dicha heredad. E anſi es, que el dicho Pedro cõpro la dicha heredad para ſi, è la tiene, y poſſee, è por ello es obligado à me la entregar, y pueſto que por mi ha ſido requerido, no lo quiere, ni ha querido hazer ſin contienda de juyzio. Porque pido à. V. m. del ſobredicho me haga entero cumplimiento de juſticia, y ſi otro mas, ò mayor pedimiẽto es neceſſario, que pronunciando mi relacion por verdadera en quanto baſte al vencimiento deſta cauſa, por ſu ſentencia diffinitiua, o por otra, que en tal caſo lugar aya, condemne al dicho Pedro, à que me de y entregue la dicha heredad que anſi compro para mi, con mas los fructos que ha rentado, y podido rentar, è rentare haſta la real reſtitucion, que eſtimo en cada vn año en ſeys mil marauedis. Para lo qual &c.

Libellus in actione mandati ad intereſſe.

EDIGO que anſi es, que yo rogue al dicho fulano que me compraſſe vna caſa, que es en la rua nueua deſta ciudad, en la collacion de Sant Yſidro, de que ſon linderos de la vna parte fulano librero, y de la otra caſas de fulano enquadernador, y dixe que me las compraſſe por cient mil marauedis, los quales le di è pague, y el de mi los recibio. Y anſi es, que por culpa del dicho fulano no compro la caſa ſobredicha, è ſe vendio à otra perſona, de la qual no ſe puede hauer, y à mi ſe me ſiguio de daño è intereſſe por no me hauer comprado para mi la dicha caſa tantos marauedis, porque confinaua con otra caſa mia, y tenia della muy gran neceſsidad para la meter en la dicha mi caſa. E por lo hauer aſsi hecho el dicho fulano, me eſta obligado a los dichos intereſſes. Por que pido à. V. m. del ſobredicho fulano me haga entero cumplimiento de juſticia. E ſi otro mas o mayor pedimiento es neceſſario, que pronunciando mi relacion por verdadera en quanto baſte al vencimiento deſta cauſa, por ſu ſentencia diffinitiua, o por otra, que en tal caſo lugar aya, condene al dicho fulano en tãtas mil marauedis por razon del dicho daño, è intereſſe. Para lo qual &c.

¶Circa actionem mandati est notandum, quòd tantùm est necessarium, quòd mandatarius susceperit mandatum, & gratis. vt in.§.in summa. Inst. manda. aliàs non diceretur mandatum, si pecunia, vel quid aliud interueniſſet, vt ibidem. Et in hac actione dupliciter agitur. Nonnũquàm enim agitur ad tradendam rem, si mandatum de emenda vel locanda re. Nonnunquàm verò agitur ad interesse, & est eo casu, quo mandatarius suscepit mandatum. & nihil fecit vel excesit formã mandati. vt in.l. diligenter. ff. manda.§. is qui. Insti. eo. titu. Alciat. in.l. prima.§. si stipulanti. nume. 6. ff. de verbo. obligat. ¶Dubitatur quid sit mandatũ?

Respon.

Respon. Mandatum est officium susceptum gratis exhibendum. gloss. Alber. & communiter docto. in rubri. ff. manda. & ex Alberi. in dictio. verbo. Mandatum debet esse gratuitum. l. 1. ff. manda. l. 20. titu. 12. part. 5. ¶ Dubitatur quæ sit differentia inter mandatum & iussum, cùm sit clarum ex diuersitate titulorum, dandam esse differentiam inter vtrunque. ex. l. si idem. C. de codicill. & sensit glo. in. l. etiam. C. quod cum eo. verb. nec iubente. quæ tamen non declarat in quo differāt. Ideo dic, quòd differentia est, quòd mandatum est gratuitum. Iussus verò continet quodammodo coactionem, cùm sit respectu filij, vel serui. Paul. Castrens. in dict. l. etiam. Salycet. in. l. si literas. C. manda. Ex quo constituitur cōclusio, quòd mandatum continet liberam voluntatem, iussus autem coactionem saltem reuerentialē circa dñm vel patrem. gl. in. l. 1. verb. quēadmodū. ff. manda. dum ait, Rogatio dñi præceptum est, sed mandatum spontaneā obsequij præstationē. De qua gl. per Panor. c. 2. col. 1. quod met. causa. Fel. in. c. eā. te. nu. 9. de resc. vbi ponit differentias inter præceptum & mandatū. & reuerentia superioris facit actum prēsumendū fuisse celebratum ex metu. gl. in. l. 1. §. quæ onerandæ. verb. metu. quarum rerum actio non datur. quā dixit singul. & ord. Cæpol. in. l. si contra. nume. 44. C. de vsucap. pro empt. Panor. in. c. cum dilectus. quod met. causa. Suarez allegat. 24. Ergo si iussus est respectu inferioris, præsumitur non continere libertatem, sed necessitatem respectu patris vel dñi: & sic erit cognitio respectu tit. ff. manda. & quod iussu. in quo inter se discrimen habeant. ¶ Quærit quæ sit differētia inter titulum de procur. & tit. ff. & C. mandat. & ad quid multiplicantur? Respondendum erit, quòd regulariter non est differentia, nisi respectu duorum. Primò, quia in titul. De procuratoribus, principaliter tractatur de procuratore ad iudicia, & incidenter de procuratore ad negotia. in titul. mandati. principaliùs tractatur de procuratore ad negotia, & incidenter de procuratore ad iudicia. Secundò in titul. De procuratoribus tractatur de officio, vel exercitio officij, in titu. Mandati tractatur de actione, quæ competit vtrique post gestum officium. glo. in rubri. ff. de procura. & ibi Bart. & Alberi. & posteriores sequuntur. ¶ Quæritur insuper, quibus verbis potest constitui mandatum? Respon. concluiuè, quòd mandatum dari potest nō solùm per verbū, mando, sed etiam per verbum, rogo, volo, vel aliud simile. l. 1. ff. manda. l. cuicunque. §. sed & cum fullo. ff. de insti. actio. l. si verò non remunerandi. §. si quis mandauerit. ff. mand. l. 24. tit. 12. par. 5. ¶ Sed dubitatur etiam, Vtrùm mandatum absque verbis sola voluntate constituatur? Quòd non constituatur, sed quòd verba sint necessaria, tenet Bartol. in. l. post dotem. colum. secunda. vers. Oppono & videtur. ff. solut. matri. & in. l. secunda. §. secundo. ff. noui oper. & videtur de mente Grego. Lopij in dict. l. 24. in gloss. secunda. quatenus se refert ad Bartol. Aduerte tamen ad Grego. Lopium, dicentē dict. l. 1. ff. manda. inducere contrariū imo nō dicit oppositum: potest tñ induci mandatū ex voluntate sola deducta ad actum exteriorem: nam licèt sit tacita voluntas, multùm operatur. argument. text. cum communi interpretatione doctorum in clemen. prima. de procurat. Quemadmodum in matrimonio dicimus, quòd quanuis requirantur verba, nihilominus sufficit voluntas expressa per signa exprimentia consensum. glo. penul. in capit. tuæ. de sponsalib. quę corrigenda est, quatenus dicit, verba & signa, debet dicere per disiūctam, verba vel signa. & ibi est sensus docto. & Palud. in. 4. distin. 27. quæst. 2. articu. 3. concluſ. 3. Lap. allegat. 57. Sylvest. verb. Matrimonium. 2. quæst. 7. Couar. in epitome. 4. decreta. 2, part. cap. 4. numer. 1. vbi dicit veriorem, etiam in valentibus loqui, sufficere signa. De mandato plura scitu digna congerit Franc. Connan. in doctissimis commentarijs Iuris ciuilis. libr. 7. cap. 14. pagi. 571. vsque ad 586. colum. prima. vbi in capit. 15. agit de contractibus innominatis. & Anto. Gomezi. de contractibus. cap. 8. de contractibus innominatis. vbi de eorum materia resolutiuè videbis. ¶ Vtrùm autem mandatum præcessisse in actu præsumatur ex diuturnitate temporis? tradit Boeri. decisi. 281. nume. 17. per quem vide. vbi tenet partem affirmatiuam, & plures quos refert Sebasti. Vanti. de nullitate proces. tit. Quibus modis sent. nulla defend. poss. nume. 91. & 92. quo loco intelligit hanc sententiam, referendo contrariam dicentem, quòd etiam per mille annorum cursum non cessat exceptio falsi procuratoris. ¶ Post actionem mandati, ad prouenientem ex depositō me conuertam, & aliqua necessariora prælibauimus. & quæri potest an mādatum & depositum sint inter se simillima, vel in quo differant? sit cōclu. mandatum & depositum simillima in hoc sunt, quòd & summæ fiduciæ est vtrunque, & eius gratia tantum fiunt, qui mādat, aut deponit. Cæterum in hoc differunt, quod depositum re contrahitur, mandatum solo consensu: & illius fides in cōseruando cernitur, huius autem in agendo. Qui depositum suscepit, tenetur tantum, vt rem sibi creditam custodiat diligēter: cui mandatum est aliquid, etiam vt faciat, & operam atque industriam suam præstet alieno negotio. vt ostenditur in. l. prima. ff. depos. §. si te rogauero, inquit Vlpianus, vt rem meam perferas ad Titium, vt is eam seruet, qua actione tecum experiri possum apud Pomponium quæritur. Et putate-

incantationibus,ac diuinationibus,ſuperſtitionibus,arbitrio ſuperiorũ infamia notentur. Si vero non deſtiterint,deponantur, atque in monaſterĩ ad tempus arbitrio ſuperiorum præfiniendũ detrudantur,beneficijsque & officijs eccleſiaſticis priuentur,laicus vero ſi ſeruꝰ ſit verberatur,ſi liber pœna perpetui carceris punitur c.contra ido lorum.26.q. 5. Ludo Roma.ſing.660 Felin. in.ca. cùm ſit. nu. 20.de for.cõpe.ſub ſeruo etiam vilẽ intellige,&ſub libero nobilem. Et vltra hoc poteſt iudex eccleſiaſticus de honeſtare eũ cũ mitra, vel aliàs ignominioſe, vt ſupra habitum eſt.Iure autẽ ciuili pœna ignis moridebet.l. nullus. C.de maledi. gl.nemo. C. eo. tit .l.3.in prag. regum Catholico.l. fin. ti.23.par.7.quę leges regię, quãuis mortis pœnam, ſimpliciter iniungant, intelligendæ tamen ſunt de morte qualificata ignis per dictã.l.nullus Cæterũ in lamijs pœna non eſt mutata etiã de cõ ſuetudine,nã cõcremãtur, ſicut hæretici. Cætera ſortilegia ſi hæreſim ſapiant, vt hæreſis puniri debent, vt iam ſupra dictum eſt,ex Paul.Grilland. q.11.etiam per inquiſitores hæreticæ prauitatis. Panormi.in.c.1.de ſortileg.alia vero ſecundũ facti qualitatẽ puniũtur verberibꝰ, mitra, vel alijs pœnis ignominioſis ſiue à iudice eccleſiaſtico, ſiue à ſeculari,cũ abſque dubio hoc crimen ſit mixti fori.arg.gloſ.& quæ ibi traduntur in.c.1.de offi.ordin. Et eſt notandum ſortilegus maleficus, aut incantator,vel ſi cum iſtis maleficiis verſare-tur poterit à patre euhęredari gloſ.& communis in.c.quinta vallis.de iur.iur.l.4.&ibi Greg.Lop. verb.*ſi fuere fechizero*.tit.7.part.6. ibi, *Otro ſi dezimos,que el padre puede deſheredar al fijo ſi fuere fechizero, o encantador, o fizieſſe nida con los que lo fueſſen.*& vi. ibi Greg. Lopi.verb.*encãtador*. adhoc qui dicantur incantatores ex.l.1.§.medicos. ff. de var. & extraordi. cogni. *Lex decima.*

Ley.X.Que ſe faga peſquiſa ſobre omezillo o q̃ma o otro delicto que acaeſciere.

Fuero.

Vãdo omezillo o quema o otro maleficio fuere fecho:y algun hombre a lo q̃rellare ala juſticia:ſi lo que dixere lo quiſiere ꝓuar ſea oydo. E ſi dixere q̃ no lo puede ꝓuar mas que el alcalde ſepa la verdad ſi el delicto fuere hecho en villa:o en otro lugar poblado : no lo oya el alcalde ſobrello mas prueuelo q̃ dixere ſi quiſiere o ſi pudiere: e ſi el fecho fuere en yermo o de noche: el alcalde ſepa la verdad por peſquiſa:o como mejor pudiere : e ſi el q̃ dio la querella dixere q̃ no lo puede prouar: pero ſi la tal coſa fuere fecha quier en villa:quier en yermo: quier d̃ noche quier de dia:e ningũo diere querella al alcalde:el alcalde de ſu oficio ſepa la verdad por peſquiſa : o por donde mejor la pudiere ſaber: porque razon es q̃ los fechos malos y d̃ſaguiſados no quedẽ b ſin pena.

¶ *Lo querellare ala juſticia.* Accuſans aliquẽ de homicidio, & velẽs probare delictum, impedit inquiſitionem ex iudicis officio, alias iudex inquirat, ne de negligentia notetur, & ea cauſa, priuandus ſit officio. vt habetur in hac regia conſtitutione. faciũt dicta in. l. 1. ſupra iſto tit. & Panormit.in.c.de his.nu.7.de accuſatio.adde. l.108.in libro ſtyli.

b ¶ *No quedẽ ſin pena.* Intereſt enim reipublicæ vt delicta inultra non maneant. l. ita vulneratus. ff. ad legem aquili.& in.c.vt fame. de ſententia excõ.quia ſi flagitioſi non punirentur daretur occaſio delinquendi,& ciuitas eſſet ſine pace, in qua tota gubernatio & ſtatus reipublicæ conſiſtit. & ſeditioſi ſunt exterminandi à republica, nec iudex in hoc debet eſſe negligens,cum iuxta reſpõſum Vlpiani Iureconſulti.in.l.congruit.ff. de offic.præſid.id fieri oportet.Congruit(inquit)bono & graui præſidi curare,vt pacata atque quieta prouincia ſit,quam regit. Quod non difficile obtinebit

tinebit si solicite agat, vt malis hominib⁹ prouincia careat, eosque conquirat. Nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures, conquirere debet, & prout quisque deliquerit, in eum animaduertere, receptatoresque eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non pōt Cōcordat. l. 16. ti. 4. part. 3. de bono pacis multa scribit D. Augu. in serm. 169. de tempore. & Hēr. Maurorū ordinis prædicatorū in sua apologia c. 14. incip. fœlices pacifici. fol. 78. col. 2. ca. nisi essent. de præbend. dixi in l. 1. gl. 1. col. 989. ti. 7. li. 3. ord. sup.

Ley. XI. como se deue fazer pesquisa general por mandado del rey.

Fuero.

SI nos de nuestro officio entēdieremos q̄ cumple a nr̄o seruicio mādaremos [a] fazer pesquisa general sobre el estado de alguna ciudad: villa o lugar. Los dichos de los testigos y las pesquisas sean traydas ante nos porque nos las mandemos ver: y no seā demostradas a otro alguno. Pero si mādaremos hazer pesquisa sobre algunos hombres señaladamente: o sobre fechos señalados: q̄er se haga de nuestro officio: quier a querella de otro. Aquel o aq̄llos contra quiē fuere fecha la pesquisa [b] ayā poder de demādar los nombres de los testigos: e los dichos de las pesquisas: porque se puedā defender en todo su derecho y dezir contra las pesquisas: e testigos: e ayan todas las defensiones que deuen auer de derecho. ¶ Mandamos q̄ se faga inquisicion e pesquisa por las guardas de las sacas del pā y de las cosas vedadas: y por el alcalde de las dichas sacas: segū se cōtiene ēeste libro en el titulo de las sacas y cosas vedadas.

a ¶ *Fazer pesquisa general.* Inquisitio fit ex mero iudicis officio inquirentis. l. congruit. ff. de offic. præsid. l. 2. §. li præsens. ff. de magistr. conueni. l. 1. §. quæstionē. ff. ad Syllani. ca. 1. de offic. ord. vnde est dicēdum, quòd siue inquiraratur primo motu iudicis siuè ad petitionem cuiuscūque, inquisitio tamen semper iudicis officio expeditur. gl. in. c. qualiter & quādo. de accusatio. hoc vero iudicis officiū nō potest in omni casu & crimine exerceri, nisi in certis casibus secundū dispositionem iuris ciuilis. quos explicat Bald. in pract. suatit. quæstiones circa inquisitionem. q. 1. nu. 2. quē ibi vide: & in. q. 2. vbi quærit vtrū mortuo accusatore iudex de illo delicto possit per inquisitionem procedere, & concludit posse, si talis est casus, de quo potest inquiri, morte enim rei iudiciū est solutū. l. in senatu. §. 1. ff. ad Syllani. & ideo iterum inchoandū est. l. libellorū. §. fin. ff. de accusatiōi. Bart. ī. l. siue cōtra. §. quia Plautia nū. col. 3. n. 13. cū seq. ff. de liber. agnoscēdis. & Bal. loco præcitato q. 3. quærit an tollatur processus inquisitionis super ueniēte accusatore? de qua plene p Specul. tit. de inquisitio. §. 4. Sed cū inquisitio sit inducta ab ista lege & similibus, ac sit remedium ordinarium nō debet tolli p accusationē superuenientem. vt dixi in superioribus. ll. Est p̄terea notandum, quòd de iure regio non est permissa generalis inquisitio text. est hic & in. l. 3. supra. eo. ti. Idē est de iure ciuili: secus tamen de iure canonico. Panormi. in cap. qualiter & quando. 2. numer. 11. de accusa. & ibi numer. 13. tractat quando inquisitio generalis de iure ciuili sit permissa.

b ¶ *Ayan poder de demandar los nombres.* Ante respōsionem rei faciēda est sibi copia capitulorum de quibus inquiritur, & ei danda, vt facultatem habeat se defendendi in contrarium, vt hic habetur & notat Bal. in practi. fol. 26. col. 4. num. 4. titul. quæstio-

quęstiões circa inquisitionem. quæst. 1. per nota. in. c. ex teno re. de testi. & nomina testium super infamia, & attestationes sunt publicandæ, & exceptiones & defensiões debent esse saluæ reo, tam in principali, quàm contra testes, ne innocens cõtra veritatem grauetur capitulo. qualiter & quãdo. & ca. olim. d accusationi. Bald. vbi supra, firmans ita seruari. istam. l. citat Iacobus Septimacẽsis in institutionibus catholicis. cap. 62. numero. 11. etiam si fuerit inquisitus in crimine nefando sodomię est copia testium reo danda. l. 85. in pragm. regũ Catholicorum.

ORdenamos q̃ pesquisa no se pueda hazer contra aquellos q̃ mal dezmarẽ los fructos de sus heredades: pero que se haga y pueda fazer pesquisa contra los terceros: segũ se contiene en este libro en el titulo delos diezmos.

ENtendiẽdo que cũple a nuestro seruicio y al biẽ y pacifico estado de nuestros Reynos: acordamos que seã deputados por nos en cada vn año veedores e visitadores de prouincias de nuestros reynos para que veã como se cumple e administrala nuestra justicia: e para las otras cosas q̃ se cõtienẽ en este libro en el titulo delos visitadores.

ORdenamos que los q̃ embiaremos por pesquisidores contra nuestros corregidores o assistentes no puedan ser proueydos de corregidores: segun se contiene en este libro en el titulo de los corregidores.

COntra aquellos que las nuestras rentas y pechos y derechos por arte: o por dicho: o por amenaza: o en otra qualquier manera: o por colusion hizieren que valan menos. Mandamos que las nuestras justicias delos lugares donde esto acaesciere procedan luego sin tardança de su officio a fazer y fagan pesquisa: e inquisicion y la embien a nos: segun se contiene en este libro en el titulo delas rentas y pechos y derechos.

Titulus. II. De vsuris.

a *Delas vsuras.* Vsurę crimẽ est omni lege reprobatũ & damnũ inferẽs reipublicæ cum deuoret substantias subditorum, iuxta illud Lucani. Hinc vsura vorax auidum que in omni tẽpore Fænus. capitul. 1. de vsu. li. 6. Ideo tractare oportet plenius hanc materiam, de qua vbique agitur mentio à legislatoribus vt patet. ff. & C. de vsu. & in decret. 14. quęst. 4. & in decretalibus, Sexto & clementinis. Pro declaratione autem inquirendum est, vsura vnde dicta, & quid sit. Et quæ differẽtia sit inter vsurã & fænus? Itẽ quando vsura succedat loco interesse, & quæ requirantur vt exigi possint. Capitis q̃. 1. & C. saluo briter, de vsur. declarantur? de pœnis etiam vsurariorum agendum est, item etiam de arte campsoria, vtrum licita sit? Præterea tractabitur materia contractus censuum seu tributorum redimibiliũ, vel ad vitam, vel ad tempus aliud limitatũ vtrùm sit iustus & absque labe vsuræ ibiq; interpretantur extrauagan. 1. & 2. de emptio. & venditio. inter communes, & leges huius regni veniendo igitur, ad primam quæstionem dicimus vsuram ab vsu æris dictam, id est pecuniæ: nam pecunia secundùm

TITVL. II.

de las vsuras. a

cundùm Philoſo. 1. Politic. inuenta eſt commutationis, & tranſlationis gratia, vt quia difficile erat res neceſſarias ad vſum vitæ deportare ad loca remota, conuenerunt ementes & vendentes authoritate Principis, vel Reipub. quòd fieret numiſma æreum, ferreum, argenteum, vel aureum, & in ſignum recti valoris & ponderis cudebatur, ſeu imprimebatur numiſmati character, vel imago. vt in. l. 1. in prin. ff. de contrahe. emptio. Sic enim de numiſmate cenſus quæſiuit Dominus Matth. 22. Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Verùm quia à principio & antiquitus pro maiori parte fiebat ex ære (ex ære enim erat pecunia, quam vidua obtulit in Gazophylacium Domini Luc. 21) idcirco vſus pecuniæ, in vſura dicitur vſus æris. Cardi. in ſumma. 14. quæſt. 3. artic. 1. nume. 2. Hoſtien. in ſum. De vſur. §. Vnde dicatur. Vel ab vſu rei ſecundùm eum. Et Ioan. de Anani. in rub. eo. titul. colum. 2. numer. 3. dicit, Vſura eſt, quę datur propter vſum pecuniæ. Et intelligit pecuniæ, id eſt, cuiuſlibet rei numero, pondere, vel menſura exiſtentis. Et ſic dicitur Vſura ab vſu rei, vel æris. Vel dicitur ab vrendo, dupliciter. Primò, quia vſura in augmentum pecuniæ vrit velut ignis, & inflammat affectum vſurarij, dicente beato Ambroſio in tract. de Tobia. ca. 6. quòd Vſura vſum requirit, vt adurat & inflammet. Sic enim creſcẽte vſura, creſcit in vſurario affectus pecuniæ in infinitum, vt Philoſoph. 1. Politic. inquit. Pecunia enim non eſt terminus, nec finis. Auarus nanque qualis eſt vſurarius, nõ repletur pecunia. Eccle. 5. Secundò, quia in vſura eſt vrens ignis, conſumẽs, & deuorans facultates, & ſubſtantias pauperum, à quibus per vſuram extorquetur pecunia, & ex hoc vſura vorago dicitur. Vnde Ambroſi. in tractat. de Tobia. cap. 11. dicit, quòd vſura ſubſtantiam inopis & pauperis deglutit, & quaſi mare magnum omnia abſorbet. Bene ergo vſura dicitur ab vrendo. Vnde non immerito Lucanus cecinit.

Hinc Vſura vorax, auidum omni tempore fœnus.

capitul. 1. de vſur. lib. 6. vbi dicit, vſurarum voraginem, quæ animas deuorat, & facultates exhaurit compeſcere volentes. ¶ Differentia autem inter Fœnus & vſuram iuxta vtriuſque iuris doctores ea eſt, quòd illa tanquam inferius & ſuperius ſe habeãt, quòd ſcilicet Fœnus duntaxat pro vſura ſtrictè ſumpta vſurpetur pro eo, quod ex ſolo mutuo iniuſtè accreſcit: Vſura autem accipiatur extenſiùs pro quocunque augmento ex quocunque contractu, etiam dum licitum ſit. Vt ſi quid credita pecunia vendidiſti, & quia debitor in mora fuit, aliquid tibi ratione lucri ceſſantis auctum eſt, acceſsio illa, vſuraria quidem eſt, non fœnebris. Ita habet Paul. Iuriſconſultus in. l. cùm quidam. §. ſi pupillo. ibi, Vſuræ enim non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur. ff. de vſur. Sed aliquando vnum ſumitur pro alio. l. pecuniæ fœnebris. in prin. ff. de vſur. & in. l. Caius Seius. eodem. titu. & in capitul. 1. de vſur. libr. 6. vbi Fœnus & vſura reciprocantur. Plerunq; Fœnus pro vſura, & ecõuerſo vſurpantur. vt Hotomanus libr. 1. de vſuris capitul. 1. docet. & Domi. Sotus lib. 6. quęſtion. 1. articul. 1. de iuſti. & iur. Et vt Feſtus Pompeius & Gellius ſcribunt, Fœnus ab eo dictum, quòd quaſi fœtura quędam pecuniæ ſit. Vnde intellige Fœnus eſſe, propriè ac ſpeciatim accepto nomine, lucrum illud, quod quis captat ex nuda pecunia, veluti cùm Menſarij (quos campſores, ſeu vancarios noſtri vocant) pecuniam mutuò dant, non vt accipienti commodent, ſed vt inde lucrum aucupentur, ex quo etiam illorum quæſtus Latinè Fœnus dicitur, id eſt, fœtura, ſeu partus pecuniæ. Vſura autem cùm ab vſu appellata ſit, aliam vim atque ſignificationem ab hac notatione retinuit. Vſuram enim qui petit, ipſum quodammodo vſum petere videtur, quippe quæ eius perpetuò remanſit, nec vnquam cuique ab eo datus aut conceſſus eſt: quem quidem vſum, quia repetere non poteſt, vt pote conſumptum, eius petit ęſtimationem ac pretium: vt cùm emptor rem traditam poſsidet, nec tamen pretium exoluit, itaque contra venditoris voluntatem vtitur pecunia, poterit venditor ex empto actione, non dico vſum cõſequi, quia conſumptus eſt, ſed certè æſtimationem illius. l. fin. ff. de pericul. & commo. rei vend. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de action. empt. Et ſic Fœnerator agit de lucro captando, Vſurarius de damno vitando contendit. vt explicat Hotomanus loco proximè citato pagi. 4. Vſura & Fœnus idem ſunt propriè loquendo, niſi quòd verbum, Vſura, latiùs in iure patet, quia Fœnus non capitur niſi pro vſura ſtrictè ſumpta in mutuo. capi. ſi fœneraberis hominem. 14. quæſtio. 3. ¶ Ad ſecundam quæſtionem, in qua quærebatur, quotuplex vſura reperiatur? Reſpondeo quòd duplex. Nam vno modo vſura largè ſumitur pro acceſsione vel augmento ſucceſsiuo ſortis in quantitate conſiſtentis, ex quacunque cauſa, etiam alias quàm ex mutuo debitæ, putà ex cauſa venditionis & traditionis rei. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actionib. empt. ibi, ex vendito actio venditori competit ad ea conſequenda, quæ ei ab emptore præſtari oportet. Veniunt autem in hoc iudicio infraſcripta. In primis pretium quanti res venit: item vſuræ pretij poſt diem traditionis: nam cùm re emptor fruatur, æquiſsimum eſt eum vſuras pretij pendere. l. curauit. l. fructus. C. de actio. emp. l. 2. C. de vſur. vel dotis & ſuſceptorum onerum matrimo-

trimonij.l.cùm post.§.vsuras.ff.de iure doti.tex. elegans in capit.Salubriter.de vsur. De cuius intellectu est videndus Hierony. Cagnol. in rep.l. 2.numer.14.C.de action.empt.& Chass. in consuet.Burgund.rubri.4.§.23.fol.193.numer.22.Castell.in.l.29.verb.*Quisiere*.in legib.Taur.Hippolytus singul.360.Scribitur apud Legistas.num.4. Et habetur ad singul.Matthesila.49. Per Gabri. Saray.numer.17.Et latissimè Couar.libr.3.Variarum resolut.capitul.1.Et inferiùs suo loco disputabitur.Item etiam in casibus,quibus dicit glossa. licitam esse vsuram in gloss.summæ.14. quæst.3. versi.Nisi in quinque casibus. Vel propter morã in bonæ fideiiudicijs,legatis,& fideicommissis.l. qui solidum.ff.de lega.2.Notatur in.l.mora.ff.de vsur.Aliquando etiã sumitur largissimè pro omni iniusta superabundantia,siue debeatur quantitas,siue non,vt in capit.putant.14.quæst.3.quem refert ex Diuo Hieronymo Iuo Carnot.libr.sui Decreti.3.cap.160.Sed quia in toto iure non legitur ita accipi,omittendum est.Hoc autem primo modo pnisciuè & crebriùs in toto iure ciuili accipitur,vt per Molinè.de vsur.quæsti.74. ¶Secundò vsura strictè & propriè accipitur pro eo, quod accedit vltra sortem principalem in mutuo.vt in l.si tibi decem.in princ.ff.de pact.l.rogasti.§.si tibi.ff.si cert.pet.l.hactenus.§.final.ff.de const.pecu.l.31.& Gregor.Lopez titul.11.partit.5. Vnde hoc solo casu dicitur Fœnerator, debitor vsurarius,& pecunia fœnebris.l.fœnerator.ff.de naut. fœno.l.debitor.l.pecunia.ff.de vsur.l.1.C.de his, qui ex publicis rationibus mutu.pecu.accep.lib. 10.Patet,quia pecunia dotalitia,vel per emptorẽ, aut quemuis quoquo vero titulo, aliàs quàm ex mutuo debita,non dicitur pecunia fœnebris,etiã si ex mora veniant vsuræ, prout nec dicitur propriè fœnus, nisi in solo mutuo. Isto casu propriè & planè militant leges huius tituli,& sanctiones, & pœnæ contra vsurarios & vsuras statutæ &.l.9. titul.13.part.1.&.l.4.titul.6.partit.7. Tertio sunt præterea quædam vsuræ interpretatiuæ,seu præsumptiuæ. Quoties videlicet contractus non est in forma mutui,sunt tamen sufficientes probationes fraudis exquisitæ ad occultandum mutuum & vsuram,vt in casu huius nostræ legis.& in capi. ad nostram.de empt.& vendi.& in.l.fin. titul.11. part.5.Et quando quis vendidit rem ad creditum maiori pretio,quàm vendidisset ad pecuniam de præsenti paratam. ¶Tandem vsura propriè sumpta & formaliter est pro eo,quod propter ipsum mutuationis officium tantùm sine alia iusta causa exigitur.Et huiusmodi vsura quæ dicitur formalis,est inhonesta,vitiosa,& semper est contra naturam mutui, quod debet esse gratuitum, iuxta illud Luc. 6. Mutuum date,nihil inde sperantes. cap.consuluit.& capit.quoniam.& capit.quia in omnibus.de vsur.capit.si fœneraberis. capit. putant.& capitul.plerique.& capit.vsuram.14.quæst. 3.& capitul.ministri.cum alijs.14.quæsti.4.capi. quoniam.47.distin.Clemen.vn.de vsur.& capi. 1.eod.titul.Exod.22. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi,qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Et Leuit.capitu.25.Pecuniam tuam non dabis ad vsuram.Et Deuter.23.Nõ fœneraberis fratri tuo. Et apud Psalmistam Psal. 14. Qui pecuniam suã non dedit ad vsuram.S.Thom. 2.2. quæstio.78. arti.1.Vsura enim est contra naturam,vt id quod est inanimatum & artificiale,velut ipsum animatum & naturale pariat. vt patet. 1. Politic. vnde vtroque testamento est prohibita.Lucas de Penna in.l.apud eos. column.1. C. de debito. ciuita. lib.11.Domi.Soto optimè lib.6.de Iustitia & iur. quæstion.1.articul.1.pagi.494.versic. His de nomine vsuræ.Et variè definitur à docto. vt per Couar.lib.3.Variarum resolutio.cap.1.vbi ipse post alios definitionem Vsuræ in hunc modum assignat,& eam per partes declarat, nempè, Vsura est voluntas capiendi vltra sortem lucrum aliquod tempore vi & causa mutui principaliter. Vel aliter & secundò secundùm Domi.Soto.dict. quæstion.1.articul.1.pagin.494.column.1.Vsura est vsus pretium mutuatæ rei. Tertio definitur ab Specul.titul.de vsur.num.6.Vsura, est quicquid sorti accedit, intentione, vel pacto præcedente. Ioan.de Anan.in capitul. 1.de vsur.Sum.Pisana. verb.Vsura.1. in princ. Est pro ea casus in.cap.si fœneraberis.& in capitul.putant.& in capit.plerique.& in capit.vsura.14.quæsti.3. Quartò, Vsura est lucrum ex mutuo ; pacto debitum vel ex actũ.Sum.Rosella in verb.Vsura.1.in prin.Quinto, Vsura est quodcunque rei mutuatæ accedit ipsius rei gratia pactione interposita, vel hac intẽtione habita in contractu, vel exactione habita ex post facto.Hostien.in Sum. de Vsur. §.1.Angel.verb.Vsura.1. Nicolaus Nannus in Polyantea.verb.Vsura. Sed insufficiens est,nam aliquid potest accedere sorti, quod non sit æstimabile, quo casu nõ erit vsura.ergo &c. Sextò definitur. Vsura est lucrum æstimabile ex mutuo principaliter intentum.Conrad.libr. de cõtractibus.q.21. Gabriel in.4.senten.distinct.15.quæsti. 11. Et est communis secundùm Ioann.Methymnen.tract. de restit.titu.De rebus per vsuram acquisitis.Probatur Luc.6.& in capitul.consuluit.de vsur.Mutuum date,nihil inde sperantes.Septimò definiri poterit strictè & speciatim sumpta, Vsura est pretium,seu potiùs æstimatio vsus sortis consumptæ cum damno Creditoris, secundum Franciscum Hotomanum tract.de vsur.libr.1.capitul.1.pagi-

5.vbi

5. vbi eam prosequitur & declarat. ¶ Quo fit, fructus rei pignori datæ debere computari in sortẽ principalem, eamq; extenuare, quia gratia mutui nullum æstimabile est recipiendum, siue in pecunia, siue in fructibus. cap. plerique. 14. quæstio. 3. Casus est de hoc in cap. illo vos. de pigno. &. capi. cùm contra. eod. titul. cap. quoniam. &. capit. 1. & capi. conquestus. de vsur. l. 1. C. de pignor. actio, qua lege cautum est, fructus, & commoda rei pignoratæ sortem ipso iure extenuare, creditore percipiente. l. creditori. eod. tit. l. 1. C. de distract. pigno. l. 2. C. de partu pigno. & omni causa. Bartholom. Soci. in tract. regu. cum fallent. regul. 3. l. 23. titul. 13. part. 5. l. 2. vbi Gregorius Lopius in gl. penul. eod. tit. 13. part. 5. l. 2. vbi Gregorius Lopius in glo. pen. eod. tit. 13. part. 5. Intellige tamen eos fructus extenuare sortem, qui supersunt creditori, deductis expensis factis in ipsa re pignorata. l. emptor. vbi Bald. ff. de rei vend. Antoni. Capici. decisio. 93. nume. 11. & probant præmissa iura. Fructus autem vniuscuiusque rei dicuntur, qui deductis impensis necessarijs supersunt. l. fructus. ff. solut. matrimo. l. si à Patre vel à domino. §. fructus. intelliguntur deductis impensis, quæ quærendorum, colligendorum, conseruandorumque eorũ gratia fiunt. gloss. in capi. 1. de vsur. verb. deductis & in. cap. grauis. de resti. spoliat. Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 15. glo. 1. numer. 27. Couar. libr. 1. Variarum resolut. cap. 3. numer. 3. l. 40. titul. 28. part. 3. gloss. in. ca. cum contra. verb. fructus. de pigno. l. 1. C. de fruct. & lit. expensis. Nauar. in manuali confess. capitul. 17. numer. 216. ¶ Circa præmissa dubitatur, Vtrùm creditor fructus rei pignori datæ non solùm percepti, verùm etiam eos, qui percipi potuerunt, teneatur in sortem cõputare? Videtur quod sic, ex gloss. in capitul. cum causa. in gloss. fin. de offi. deleg. vbi super verb. cum fructibus inde perceptis. dicit, vel qui percipi potuerũt de resti. spolia. grauis. &. 12. quæstion. 2. non liceat & colligitur ex pluribus ad id citatis per Andre. Tiraquell. loco suprà citato. §. 15. gloss. 1. num. 28. Concludendum igitur est, quòd quando rem pignoratam non locauit ob fraudem, etiam si ex leui culpa tenebitur ad fructus percipiendos: vbi autem dolus & culpa deest, nõ tenebitur, putà, quia erat domus alicuius magnatis, qui eam solitus nõ erat locare, vel alius locus, seu oppidũ. Sed si erat inferioris, qui talem domum locare erat solitus, tenebitur ex Collectar. numero quinto. in capit. 1. de vsur. vbi Ioann. Andre. Cardi. & Panorm. & Hostiens. in summ. de pigno. §. quando efficaciter. versicul. Sed nunquid creditor. Et istam partem probat Gregor. Lopez in. l. 2. verb. Desfructe. titul. 13. part. 5. dicens communem esse opinionem, quòd teneatur non solùm de perceptis, sed de percipiendis. Limitat tamen virtualiter, vt dixi. Ad idem adde Gregor. Lopez. in. l. 21. verb. *Si moro en ella*. titul. 13. part. 5. Et malæ fidei possessor etiam nõ tenetur ad restitutionem fructuũ, quos ex prædio percipere potuisset ex sua industria & artificio. l. cæterùm. versi. improbè. de rei vendic. ff. singul. secundum Roma. in singul. 333. gloss. in ca. cùm. M. verb. Industriam. de consti. Facit tex. in capitul. 1. ad fin. de in integ. resti. vbi debitor, à quo extrahitur res, fructus, quos labore & industria fecit bona fide, ex quibus res fuit facta melior, eos debet consequi, nec defraudari debet. Ergo creditor non teneatur de fructibus percipiendis absque sua culpa, cùm sit bonę fidei possessor, aliàs secùs, ex communi sententia gloss. quę communem sententiam fauet in capitul. cùm contra Guillelm. verb. Perceptum. de pignori. l. 2. C. de partu pigno. & omni causa. ¶ Sit ergo resolutio. Aut loquimur postquam fuit in mala fide, quia debitum erat solutum, & pignus liberatum, & te debitur etiam de percipiendis. Aut ante liberationem, & non tenebitur nisi de perceptis, si fuit absque fraude, vt suprà dictum est. Confirmatur ex Ioanne de Imol. in. l. cùm seruus. §. fructus. ff. de leg. 1. vbi Alexand. dicit magis communem sententiam Bar. in. l. domum. C. de rei vendi. vbi idem firmat in additione ad ipsum Bart. Et nota, quia sine resolutione hanc quæstionem reliquit plura citando Andre. Tiraquell. libr. 1. de Retractu. §. 15. in gloss. 1. num. 28. Est tamen notandum quòd in solutione decimæ, non est habenda consideratio ad expensas factas ratione fructuum, sed integræ prædiales sunt soluendæ sine deductione expensarum, secùs in personalibus, vbi expensæ deducuntur. tex. in capitul. Pastoralis. ca. cùm homines capitul. non est in potestate. de decim. gloss. in. l. si à patre vel à domino. §. fin. verb. Deductis impensis. ff. de rei vendi. Bald. in margarita verb. Decimæ versiculo septimo. Ad idem est text. in capitulo. Tua nobis. & in capitulo cum non sit in homine de decim. Matthæ. de Afflictis. in constitutionib. Neapolitan. libro primo. rubrica septima. quæstione nona. numero. 19. & in decision. 252. numero secundo. Tiraquell. vbi suprà. libro primo. de retract. §. 15. glossa prima. numero. 10. l. 13. titul. 20. part. prima. Rebuff. in tracta. de decim. quæstione vndecima. numero tertio. & sic prædictæ decimæ sunt soluendæ statim collectis fructibus antequàm pensio census, seu tributum detur, quòd impositũ est super tali prædio. ex text. in capitulo. cum nõ sit in homine de decim. gloss. in capitulo. quæstion. 16. quæstione prima. Bertrand. consi. 255. Visis petitionibus. column. 1. lib. 1. in prima editio. Idem notat. Matthæ. de Afflicti. in colono partiario,

qui colit fundum, & habet dare dimidiam, vel tertiam partem fructuum, nam dabit sine deductione expensarum, scilicet, in lib. 1. constitu. Neapolitanarum. rub. 7. num. 20. Et Rebuff. & Bertrād. in locis præcitatis. Ratio autem diuersitatis inter personales & reales decimas ponit Rebuff. in dicta. quæstion. 11. num. 5. versi. Ratio est, quia decima est tributum. ¶ Oppono contra istam conclusionem sic declaratam, quatenus habet, quòd fructus percepti ex re pignorata ipso iure attenuant sortem, imò quòd nō extenuent modo prędicto. Quia si fructus extant, creditor non compellitur eos recipere, per regulam iuris, Aliud pro alio inuito creditore non venit soluendum. cuius oppositum hic habetur, igitur minus iuridicè. Consequens patet. Nam pecunia est in obligatione, fructus tamen hic deducuntur in solutione Antecedens sumptum pro maiori, probat text. l. 2. §. 1. ff. si cert. peta. ¶ Confirmatur & secundo. Nam nunquam admittitur compensatio fructuum in sortem, quia, speciei ad quantitatem non fit compensatio. l. fin. C. de compensatio. c. fi. de depositi. gl. in. l. vlti. C. commoda. Soci. regul. 61. incip. Compensatio. l. 21. & l. 27. titul. 14. part. 5. ¶ Solutio ad primum argumentum hæc est, quòd hoc habet locum in fructibus extantibus, secùs tamen est in consumptis, vt hic. nam æstimatio succedit loco quantitatis debitæ ratione fructuum. argu. l. si rē. & pretium. ff. de pet. hære. & l. quia qui pretio. ff. de vsufru. & sic fit compensatio de quantitate ad quantitatem, & soluitur quod verè est in obligatione. ¶ Nec obstat secundum, quòd dissoluitur eodem modo ex mente Panormi. num. 3. in capi. 1. de vsur. fructus enim computantur per æstimationem vt quantitas, secundùm Cardi. ibi, versic. Oppono. 4. & Soci. regula. 3. fallen. 8. Et adde Sylue. verb. Vsura, 3. quęstio. 10. Limitatur. 1. ista conclusio, quòd fructus non computantur in sortem eo in casu, quo feudum ecclesiæ est datum in pignus. text. est in capitul. 1. §. vlti. isto tit. vbi dicit, nisi fortè ecclesiæ beneficium fuerit, quod redimēdum ei hoc modo de manu laici videatur. Nota. secundum Bartho. Soci. in tract. fallen. regul. 3. fallen. 1. ¶ Et quanuis in re debita ecclesiastico beneficio loqui text. videatur, idem est in feudo ecclesiastico. capitulo primo. de feud. & capitul. conquestus. de vsur. Quod est singul. secundùm Roman. singul. 325. Creditor computat fructus. vbi ponit prædicta iura citando ex plum in feudatario & emphyteuta. ¶ Et hoc fauore ecclesiæ inductum inquit glos. in capitul. conquestus. de vsur. Contra quam est communis ampliatio, vt etiam procedat in laicis, vt Panorm. & Anani. & communis ibi fatentur. & in dict. capit. 1. de feud. tenet communis. & in. ca. 1. de vsur, vbi Ioan. Anani. num. 5. Hostien. in sum. de vsur. §. an aliquo casu. versicul. Est ergo generaliter verum. Socin. in tract. fallen. regul. 3. fallen. 5. Ioan. in summ. confesso. lib. 1. titul. 15. quæstio. 38. Conrad. de contractib. quæstio. 32. concluſi. 3. Archiep. Florentin. 2. parte. titul. 1. cap. 7. §. 25. Gabri. in. 4. senten. dist. 15. quæstio. 11. conclusio. 4. casu. 2. Angel. verb. feudum. §. 31. vbi dicit istam opinionem communem Sylues. verb. feudum. quæstio. 29. & quæstio. 30. Angel. verb. Vsura. 1. §. 11. Baptista Trouamala eod. verb. Vsura. 1. §. 18. Ioan. Methymnen. in codice de restitutione. fol. 133. colum. 3. §. ad capitul. conquestus. de vsur. Et hoc procedit ex natura feudi: nam cùm dominium directum maneat penes dominum, si vtile redit ad eum ex voluntate vassalli pignorantis, consolidatur ipsum vtile dominium, seu vsusfructus cum proprietate, non ex aliena re, sed ex propria, nam & vassallus interim liberatur ab obligatione qua tenetur domino: dissoluitur ergo interim seu suspenditur obligatio inter eos contracta. Et hæc ratio facit, vt idem sit in laico, secundùm Trouamalam vbi suprà. ¶ Pro ratione huius conclusionis est notandum, quòd in casu capitis primi. de Vsur. quis recuperat rem sibi debitam, & sic agit, recipiendo fructus, quod dominus directus seu vtilis, cui alias debiti essent tales fructus eos colligendo posset liberè facere ratiōe dominij: licitè enim quis aliquid in casu prædicto recipit ratione mutui, cùm id erat suum, vel aliter sibi debitum, nec poterat aliter consequi, secundùm Pan. in. dict. c. 1. & Socin. in tract. fallenti. regul. 3. fallentia. 6. Et Confirmatur. Nam quis rem sibi debitam, quā aliter consequi non potest ab intruso, absque scandalo, & secretè eam furtiuè poterit recuperare. Thom. & Caieta. 2. 2. quæsti. 66. art. 5. ad tertium. Herueus Brito. quodlibet. 8. quæstio. 14. Henrri. Gandauus quodlibe. 6. quæs. 27. Paludan. in. 4. senten. dist. 35. q. 1. art. 4. cōclu. 3. Conrad. de contract. q. 32. cōclu. 2. in fin. verbis. & q. 32. Ioan. Methym. in codice de restitutione. rubr. De rebus per creditorē in recompensam debiti oblatis. vbi dicit, quòd hanc sentētiā tenet cō munis. E nostris est gl. 1. in. c. ius gētiū. 1. dist. Innocen. in. c. olim causam. col. 3. nu. 8. de resti. Spolia. Feli. in. c. quoniā. nu. 12. de Simoni. Philip. Deci. in. l. nō est singulis. nu. 2. ff. de regul. iur. Firmian. in tract. De episcopis. lib. 4. in princ. n. 17. Hippolyt. in consi. 58. col. fin. nu. 16. & consi. 135. nu. 23. & in singula. 177. & in sua practica causarum criminā. §. constante. num. 36. Bartholom. Cassanæ. in consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. num. 32. Neuizan. in Sylua nupti. libr. 3. numer. 43. adeò procedit hæc opinio (secundum eum ibi) quòd si postea fierent monitoriæ, talis creditor, nec scientes tenerentur reuelare talē rem sic acceptā. Quò ad creditorem

tenet

tenet Ioan. Ana. in. ca. ad deliberandum. nu. 5. de Iudæ. & Hadria. quodlibe. 6. Et istam ampliationem integrè tenet Ioã. Neuizan. vbi supra. & Ripa libr. de peste. §. fina. nu. 118. asserit nanque Ripa, neminem teneri ad denuntiandum prætextu monitoriarum, quando pro certo scit causam retentionis iustam esse. Et idem firmat Iacob. Rebuff. in repe. l. vnicæ. C. de senten. quæ pro eo qđ interest profe. nota. 10: numero. 15. Sylvest. verb. Furtum quæstion. 15. vbi ponit conditiones necessarias ad hoc, vt tutè quis rem suam proprio marte possit furtiuè capere. Et ista opinio est tenenda, quicquid Angel. verb. Furtum. §. 41. senserit. Si ergo quis rem sibi debitam potest apprehendere furtiuè, à fortiori ipsam retinere, & fructus percipere, vt in prædicto capit. 1. dicitur, secundùm præfixam declarationem ab Hostien. column. fina. Confirmatur ex notabili quæstione posita ab Anchar. in regul. Possessor. num. 26. quam latè fuimus, psequuti anno præterito. 1552. in nostra lectura. colum. 18. versic. Quærit hic Ancharranus. ¶ Confirmatur insuper. Nam res de facili conuertitur ad suam naturam. ca. ab exordio. 35. dist. & ibi glo. verb. reuolat. & Bartholo. Soci. in tractat. fallen. regul. 3. fallen. 5. Comprobatur ista sententia ex not. à gloss. in capitul. fin. de decim. & ab Hostien. in summ. eiusdem titul. §. & vtrum. versic. Sextò quæritur. & ex optima regia l. 24. titul. 20. part. 1. ¶ Præterea interesse est istud quòd quis habeat fructus rei suæ nemini iure debitæ: at interesse non est prohibitum, ergo iure optimo percipit creditor fructus rei suæ in casu prædicti capitis. 1. in fine. Et ista est vera ratio illius decisionis. Theorica enim est recepta, quòd vsuræ etiam hodie de iure Canonico possunt nomine interesse, & quatenus verè sunt interesse, peti à debitore. gloss. in capitul. conquestus. verb. De feudo. de vsur. vbi Panor. idem tenet num. 6. gloss. in summ. 14. quæstion. 3. gloss. in capitul. 2. verb. indemnem. de fideiusso. & in. l. 1. verb. Petrum. de sum. Trini. gloss. 1. in. l. 2. C. de vsur. & in l. curauit. C. de actionib. empti. Alexand. Ales. 3. par. quæst. 66. Panorm. capitu. fin. de vsur. Cardi. clemen. vni. §. sanè. quæstion. 8. colum. 2. num. 4. de vsur. Alexan. consi. 221. num. 1. libr. 2. Philipp. Deci. consil. 183. nu. 3. versic. Non obstat quia pro interesse. Ioan. Lup. in rep. capitul. per vestras. §. Sextò cùm dicit textus. de dona. inter vi. & vxo. Carol. Molinæ. in tracta. de vsur. numer. 25. & est de mente sancti Thomæ. 2. 2. quæst. 78. artic. 2. ad primum. vbi tenet, quòd quando aliquid percipitur nomine interesse, q̃ nõ committitur vsura. Ex quo infertur, tutorẽ, curatorem, administratorẽ ve obligatum esse pupillo ad interesse ratione pecuniæ abeo receptæ, ad interesse inquã, quod verosimiliter pecunia illa iniusta negotiatione esset aliàs lucratura. Primò probatur authoritate Panormi. in. capi. conquestus. de vsur. num. 8. col. 2. & Ioann. Lup. in repet. capi. per vestras. §. Septimò infertur. fol. 109. colum. 4. de dona. inter vir. & vxor. Sylvest. in verb. Tutela. quæstio. 4. Bar. præterea suffragatur huic nostræ sententiæ in. l. diuus Seuerus. num. 3. ff. ad legem falci. dicens pecuniam dandam mercatoribus, vt interim ex illa lucrum honestum percipi possit. Quod ego sæpe consulendo, & exemplum designando dico posse poni ad lucrum & damnum cum debita securitate, & quòd faciat iudicis authoritate, vt euitet calumniandi occasionem propter casus contingentes in personas mercatorum, quæ aliquando à populo nimis diuites iudicantur, & ære alieno sunt valde oppressi. ¶ Præterea iure probatur ista assertio in. l. quicquid. C. arbitrium tutelæ. & in. l. ob fœnus. ff. de admi. tuto. & in. l. idemque. §. si procurator. ff. manda. vbi dicit textus, quòd si nõ excreuerit pecuniam, sed ad vsus suos conuertit in vsuras conuenietur, quæ legitimo iure frequentãtur. Hactenus procedunt verba prolata à Iure consulto, quæ satis in se nutrimentum continere videntur. Ad idem est text. in. l. si pecuniam. C. de vsur. pupilla. vbi habetur, si pecuniam pupillarẽ nec idoneis hominibus credere, nec in emptionẽ possessionum conuertere potuisti, non ignorabit iudex vsuras eius à te exigi non oportere. Ergo casu quo potuit, & non dedit, tenebitur pupillo ad interesse, per prædicta, arguẽdo à causa cessante. ¶ His adstipulatur gloss. in capitu. quicunque sub verb. aut neglectum. 12. quæstione quarta vbi prælato imputatur, quod neglexit acquirere suæ ecclesiæ cùm posset. Quam singularem existimat Barba. de præstantia Cardinali. quæstion. 3. basilica. prioris partis. numer. 29. & gloss. in dict. capitul. quicunque. citat dict. l. quicquid. & tenet Soci. tract. fallent. regul. 3. fallen. 36. Et probatur in capit. per vestras. de donatio. inter vir. & vxorẽ. quod ad hoc optimum dixit Doctor Couarr. lib. 3. Variarum resolut. capitul. 2. colum. 2. num. 1. & est gloss. in dict. capitul. per vestras. in verb. honesti lucri. ¶ Et si quæras, ad quod interesse pupillo tenebitur? Est dicendum, quòd ad minorem quantitatem, & interesse, seu lucrum, quod in lucro frequẽtatur. scilicet ad vnum ratione. 14. Probatur in. l. tutor qui repertorium. §. si post. versi. quæ autem sint. ff. de admi. tuto. ibi. Ex cæteris causis secundum morem prouinciæ præstabit vsuras, aut quincunces, aut trientes, aut si quæ aliæ leuiores in prouincia frequentantur. singul. secundùm Rom. sing. 176. & secundũ eũdẽ cõsi. 139. col. pen. versicul. Tertiò verò. ¶ Hinc etiam infertur, mercatorem solitum negotiari, agi posse ad inter

esse ratione lucri cessantis, quia ei non fuit soluta pecunia in tempore, quo iustè negotiari & lucrari cũ ea posset. Ratione probatur: quia qui est mihi impedimentũ lucri immediatè mihi facit damnũ, ac per consequens tenebitur ad satisfactionẽ ipsius damni illati. c. fi. de injur. ¶ Secundo cõfirmatur ex. l. dedi. §. quanquã. ff. de condi. causa data. vbi impediẽs aliquã vtilitatem, conuenitur actione in factũ ad interesse parti læsæ. Cui text. adde Mino. Spec. consci. lib. 1. c. 66. ¶ Tertio istã opinionem tenet Card. in clem. vn. §. sanè. nu. 4. versi. Octauò quæro. de vsur. Rebuff. in rep. l. vni cæ. in gl. fi. nu. 23. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. Et colligitur ex Ricard. de Media villa in. 4. sent. dist. 15. art. 5. q. 5. Exemplũ, si mercatori debebam centum soluere in primis nundinis Salmanticæ, si cessaui à solutione, mercator poterit agere contra me pro illa centum vnà cum interesse, ad id, quod cum illa quantitate lucratus fuisset, si eam habuisset, cùm solitus sit negotiari. Et amplia & limita secundùm Rebuff. loco allegato, vbi ponit practicam articulandi interesse. ¶ Ex eadẽ radice infertur intellectus ad tex. in. c. Salubriter. de vsur. maritum, scilicet, posse recipere vsuras dotis nõ solutæ debito tempore ratione damni emergentis ex re sibi in pignus datæ, nam fructus non computantur in sortem. Ricar. idem adnotatũ per illum textũ reliquit in. 4. sent. disti. 15. q. 5. artic. 5. & ibi Ioan. Maior. q. 26. Conrad. de contract. q. 35. Archiep. Florenti. 2. par. tit. 1. ca. 7. §. 27. Medina in. ca. de restitutio. rubr. de vsura an sit vel fuerit licita. c. fi. fol. 133. col. 4. Ioan. Lup. in rep. ca. Per vestras. §. 8. fol. 110. colu. 3. de dona. Castell. in. l. 29. verb. *Quisiere escoger.* in legibus Tauri. Nouissimè Doctor Couar. in lib. 3. Varia. reso. cap. 1. nu. 3. versic. Ex his plurima possent deduci. Bald. l. pro oneribus. colum. 2. C. de iure doti. Et sic debetur ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, ergo ratione interesse, non tamẽ est vsura, nec tale nomen potest habere, & sic nullũ speciale ratione matrimonij statuit ecclesia, cùm in mercatore, & in cæteris personis, quibus tale damnum, seu lucri cessatio cõtingat, idem sit (per prædicta) fatendum. ¶ Secundò probatur, quòd nihil sit speciale in genero, nec ex causa dotis: quia propter causam quantũcũque piam iniustitia non debet à summo præside inferri. c. ex tenore. de foro comp. &. c. nuper. de dona. inter vi. & vxorem nec permitti. c. super eod. de vsuris. ¶ Tertiò, id quod est ex se peccatum, & cõtra ius diuinum, à Papa permitti non potest. c. contra. 25. q. 1. Casus in proposito in. d. c. super eo. de vsur. Conrad. de cõtractib. q. 25. q. 26. &. q. 27. Ioan. And. in regul. Peccatũ. de regul. iur. libr. 6. Ange. verb. Vsura. §. 14. Angelus de Neuo in consil. 1. Contra Iudæos fœnerantes. dubio. 3. Et sic secundũ eos nõ potest permittere vsurã. Confirmatur. Vsura nullo iure est permissa, quia (vt inquit Cicero lib. 3. offi.) nũquã est vtile peccare, quia semper turpe est. ideoq; cùm sit huiusmodi, Papa non potest efficere q nõ sit peccatum. c. 1. dist. 41. Ripa in. c. si quando. nu. 4. de resc. Hinc dicit Bal. in. l. 1. nu. 3. colum. 3. C. de sum. Trini. q Princeps nõ potest aliquo casu vsurã permittere. Sequitur Alex. consi. 1. col. 2. lib. 1. & cõsi. 1. & consi. 2. lib. 2. Catelli. Cotta in memorialibus iuris. verb. Par in parem. ad finẽ. & in verb. Vsura. Hinc infertur malè dixisse Alexan. consi. 1. &. 2. & in consi. 107. lib. 2. & Loazes in tracta. De noua conuers. regni Valentiæ. col. 33. nu. 41. Papam super vsuris dispensare posse ex causa & citat tex. in. c. salubriter. de vsuris. nam ex prædictis cõstat falsum esse, & in specie reprobat Alexandrum in loco allegato. Carolus Molin. in cõsuetudini. Parisiensibus. tit. 1. §. 1. glos. 9. nu. 19. Ex eodem dicto deducitur, non procedere quod Bal. in. l. fin. §. præterea. C. de iure doti. nu. 5. & in authen. ei qui. col. fina. C. de bonis autho. iud. possi. fensit, vsuram scilicet ex priuilegio speciali debitam esse genero. Quod tamen non procedit per prædicta, quia fructus debentur vt interesse, non tamen ex priuilegio speciali, & sic fructus à genero rei pignoratæ dantur à canone salubriter. loco interesse, secundum Ioan. Andr. in regu. Peccatũ de regul. iur. lib. 6. & Bart. in. l. insulam. §. vsuras. ff. solut. mat. vbi inquit, q in prædicto loco vsura non est propria, sed proprium interesse, secundũ communẽ, teste Fortuni. de vltimo fine vtriusq; iur. illat. 6. num. 68. Et sic ex isto intellectu communi adaptato inferuntur plures ampliationes. Ampliatur primò prædicta iuris decisio, vt locũ habeat etiam eo casu, in quo sponsus sustinet onera matrimonij, alimentando sponsam maiorem duodecim annorum. glossæ in. l. 2. C. de dotis promissio. quam glossæ sententiã ibi sequitur Albe. & communis. & Bart. & Iaso. col. 1. ff. soluto matrimo. in. l. si ante nuptias. ¶ Secundò ampliatur, vbi maritus non esset persona solita negotiari, quia etiã haberet locum dispositio capi. Salubriter, ex eo, q interesse ibi petitur tanquã consistẽs in dãno emergẽti, in quo nõ est distinctio faciendã inter personas solitas negotiari, vel non, quia hæc distinctio attendẽda est, vbi agitur tãtũ de lucro cessante, vt iã explicatũ est. Tenet Ana. in. d. c. salubriter. col. 2. Et Bal. nouell. de dote. part. 7. special. 3. Ioã. Lup. de don. inter vi. & vxo. §. 8. nu. 3. super cap. per vestras. foli. 110. Amplia. 3. vt locũ habeat, vbi gener conuenit cum socero aliquid annuatim sibi præstari quãdiu dos apud socerum steterit, nam illud licitè poterit percipere, sicut & petere ratione interesse, secũdũ Bar. in. l. insulã. §. vsuras.

vsuras. ff. Solut. matr. Panor. & Anani. cõtra Ioã. Andr. in. d. c. salubriter. quos sequitur. Ioan. Lup. vbi suprà. & tenet Alex. consil. 221. lib. 2. Philipp. Deci. consi. 116. & consi. 183. nu. 3. & Sylvest. verb. Vsura. 3. q. 3. dicens hanc opinionẽ veriorẽ aduersus Ioan. Andr. Conrad. de contract. q. 35. conclu. 7. Lauren. Rodul plus in. c. cõsuluit. q. 53. de vsur. Ego in hac rẽ cùm diligẽter animaduerterem ad Ioannis Andr. literã, immeritò improbatã à doctoribus prædictis existimaui, cùm ipse concordet cũ opinione sua & communi potiùs, quã discordet. Si fundamentũ igitur cõsideremus secundũ q cõsiderari oportet, vt Bartolus astruere videtur in. l. nõ solũ. §. liberationis verba. ff. de libe. lega. & in. l. cùm quidã. post med. ff. de his quib. vt indig. & ipse Ioan. Andr. in. c. cùm nuntius. col. 2. de testib. q dicta glossarũ aliorũm ve Doctorum sunt accipienda & intelligenda secundum cottã ab eis citatã. Idem tenet Salic. in. l. si ex cautione. col. 7. vers. Quero 2. C. non nu. pec. Roma. consi. 211. versi. Quo ad vltimum. Curtius senior. consil. 60. col. 9. vers. Secundo respondemus. & in consi. 65. col. 3. versi. Præmissis tamen non obstantibus. Tiraquell. de nobili. c. 26. nu. 4. & in tracta. de retract. fol. 335. nu. 53. versi. Sed quod his respondeatur. Deci. cõsi. 622. nu. 5. & consi. 189. nu. 1. Ioã. Lecerier. in tract. primogenio. q. 6. 3. lib. n. 1. Hippolyt. in repe. rubri. ff. de fideiusso. nu. 45. Segura in tracta. De bonis lucra. constan. matri. nume. 104. ¶ Sed tunc fundamentũ Ioã. And. tale est, q quia fructus pecuniæ tanquã certus non subiacet fortunæ, nõ militat eadẽ ratio, quæ in fructibus possessionũ, qui tanquam incerti subiacent fortunæ. Vult ergo ipse q nõ sit amplianda ad hunc càsum decisio capit. salubriter. de vsur. & eius opinio in hũc modũ perpensa, erit vera. ¶ Ratio, quia à principio certa quãtitas nomine interesse non potest taxari per pactũ sine fraude vsuræ, secundũ Bald. in. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. peta. Ioan. Andr. in c. fi. de vsur. Alex. consi. 27. lib. 4. Philipp. Deci. cõsi. 119. nu. 4. ¶ Interesse lucri cessantis à principio taxatũ, sapit vsurã, & hoc est, qđ voluit Ioan. Andr. & hoc ipsum volunt Doct. licèt ipsum male intelligendo reprobare contendant. ¶ Et istam opinionẽ sic intellectam sequitur Laurẽ. Rodul. in. c. cõsuluit. q. 53. de vsur. Alex. consil. 221. col. 3. libr. 2. Et Anchar. cõsuluit secundũ eam in consil. 145. Et hanc communẽ firmat Hierony. Cagnol. in rep. l. curauit. nu. 14. de action. emp. & vendit. ¶ Existimat tamen Philipp. Deci. in. c. cùm venerabilis. nu. 14. de exceptio. q si à principio taxaretur aliqua determinata & certa quantitas habito respectu ad interesse futurũ verosimile, q non esset improbanda talis conuẽtio. ¶ Quod sano modo est accipienda sententia Dec. eo in casu, quo damnũ emergens consideraretur in futurum, vt in venditore, qui interim, quo sibi nõ soluitur pecunia, pro quo fundũ est venditum, poterit compensationem percipere in certa quantitate: quia emptor rei venditæ fructus percipit, & hoc est, vt tollatur difficultas in futurum taxandi inter esse, quod est difficilis probationis. l. fin. ff. de prẽto. stipulationib. Comprobatur ex cap. vlti. eod. tit. vbi quando verisimiliter dubitatur, non debet contractus illicitus iudicari. Quando verò interesse lucri cessantis à principio contractus consideratur, non admitterem, nisi cõcurrẽtibus modificationibus, de quibus statim verba faciemus. ¶ Hinc est, q legatũ quantitatis relictum à Testatore cum onere iuncto hæredi, q interim quo non soluit, annuatim tantùm soluat nomine interesse legatario decem, q licitè poterit percipi, concurrentibus prædictis requisitis, & modificationibus, non aliàs. ¶ Ratio est: nam testator non potest id facere, seu præcipere legatario, quin fit vsura, secundum Franc. Are. fol. 151. Ioan. Lup. in rep. c. §. 5. incip. Nota quintò. nu. 9. ¶ Lex autem 3. §. si cui. ff. de an. lega. quæ hoc olim permittebat, correctam esse asserit Cagnol. in repe. l. curauit. nu. 9. C. de acti. emp. vbi inquit quòd est communis hæc opinio, & Carol. Molinæ. in tracta. de contract. & vsu. q. 72. nume. 487. & colligitur ex Conrad. de contract. q. 34. concluſi. 6. Et communem refert esse Couar. lib. 1. Variarum resolu. ca. 1. num. 9. ¶ Ex quibus deducitur intellectus ad dictum Bartholo. Socini in. l. pœnam. num. 7. ff. de his qui pœnæ nomine. & Ripæ in. l. nemo potest num. 23. ff. de legat. 1. vbi tenent, quòd testator poterit legatum relinquere ab hærede tali modo, q sit in electiõe ipsius hæredis soluere, vel casu, quo nolit, teneatur præstare annuã pensionem legatario. Ratio potest esse, quia ita poterat fieri per cõtractum purè vendendo cum clausula retrouẽdẽdi, & sic cũ non sit in potestate legatarij petere sortem, ergo rectè poterit pensionem & fructus nomine interesse petere. ¶ Nam simpliciter sumpta huiusmodi opinio, non esset vera, tã quia verè est mutuũ, & ratione dilationis id soluitur, ergo vsura erit. Secundo, quia testator, nec legatarius fecerũt cõtractũ vẽditionis, vt in eo haberet locũ retractus, vt apparẽter cõstat, & sic esset vsurã pallitã inducere, quod iniquũ esset. Tamẽ ratione interesse si non esset in potestate legatarij conferre rem legatam, poterit etiam hodie locum habere dict. l. 3. §. fina. ff. de annu. legat. De cuius intellectu agit Couar. lib. 3. Var. reso. c. 1. nu. 9. Quæ autẽ sint requisita & modificationes vt peti possit interesse lucri cessantis, hæc sunt. Primum, quòd persona petens sit persona negotiari consueta. Bart. in. l. vni. nu. 13. C. de sent. quæ pro eo quod

interest profe. Idem Bart. in l. 3. §. fi. ff. de eo quod cert. loco. vbi istam firmat sententiam communem Iaso. & in l. 1. nu. 50. C. de sum. trini. Alexa. consi. 190. colum. fin. lib. 1. Rebuff. in dict. l. vnic. gloss. fin. num. 25. Deci. in l. cum quid. nume. 56. ff. si cert. peta. & colligitur ex. S. Thom. 2. 2. q. 62. arti. 4. ¶ Secundum, quòd lucrum sit certum, vel quasi, vel saltem verosimile. Paul. in l. nummis. colum. 2. ff. de in lit. iur. & Iaso. in. d. l. 1. C. de sum. trini. num. 50. colum. 11. versi. Limita. Requiritur etiam aliud, quòd scilicet talis mercator solitus lucrari, habuit præ manibus mercantiam, in qua posuisset pecuniam, si fuisset restituta. Idem Paul. Castren. in l. 3. §. fina. num. 3. ff. de eo quod certo loco. Roman. Singul. 631. Præposi. in capit. iuuenis. colum. vlti. nu. 6. de sponsa. Matthæ. Afflict. decisio. 20. nu. 2. per text. egregium in l. quemadmodum. §. plane. ff. ad legem Aquil. ¶ Tertium, dummodo petatur primum lucrum, quod immediatè ex mora considerari potest, non autem attẽdi debet, quòd si eam debitam habuisset, illam vẽdere potuisset, & rursus ex illis pecunijs lucrari: talis discursus nõ debet fieri circa interesse, quod consistit in lucro. vt animaduertit Philipp. Deci. in capitul. cùm venerabilis. num. 14. de excep. alias enim procederet infinitas, quæ à iure reprobatur capitul. cùm in multis. de resc. libr. 6. & in l. vni. C. de senten. quæ pro eo quod interest profe. ¶ Quartum erit, quòd petens interesse, debet articulari & probare, quod est persona solita negotiari, alias non obtinebit. secundùm Alexan. consil. 142. in prin. lib. 5. Deci. in capitul. cùm venerabilis. numer. 14. de exceptioni. ¶ Postremum requisitum erit, quòd petens hoc lucrum, fundet illud in persona propria, scilicet, quòd ipse esset lucraturus, si pecunia esset sibi soluta, alias non sufficeret, si in persona alterius fundaret, dicendo, q̃ quælibet persona habens illam summam, hoc esset lucraturus, quia non obtineret, secundum Angel. qui ita docet aduocatos libellare in l. si commissa. ff. rem rat. hab. dicens ad hoc esse gloss. in l. 3. §. fin. versic. Solebat. ff. de eo quod cert. loco. Et ipsam gloss. ad hoc citauit Paul. Castr. in l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. obliga. col. 2. nu. 5. vbi Angel. dicit se ita practicasse Florentiæ. ¶ His ergo requisitis concurrẽtibus, interesse lucri cessantis potest hodie exigi, & secundum hoc est intelligendus tex. in c. constitutus. & in c. peruenit. de fideiusso. & l. Lucius. ff. de actio. empt. vbi habetur, q̃ interesse debet peti tãtum vt damnũ emergens, nõ verò vt lucrum. & l. 8. tit. 3. par. 5. versic. *Estos menoscabos*. Adde Bald. in l. 2. nu. 6. C. de vsu. & Palati. rub in repet. c. per vestras. §. 6. de dona. inter vir. & vxo. ¶ Ex prædictis verificatur dictũ Hosti. quem cæteri Docto. sequuntur in c. fin. de vsur. contra Innocen. quòd si mercator habens cẽtum ducatos, volebat ex eis emere merces, & illas deferre in certum locum causa negotiãdi, in quo negotio erat verisimiliter & probabiliter lucraturus decem, quòd licitè poterit absq; aliqua vsura recipere illud lucrum speratum in prædictũ modum ab amico, cui mutuauit pecuniam ipsam. Idem tenet Angel. verb. Vsura. 1. §. 16. & Syluest. in. 1. q. 23. vbi dicit, quòd sequuntur eum omnes summistę. ¶ Tamen si esset Doctor miles, seu persona ecclesiastica, quia in istis personis cessant requisita suprà allata, non possunt repetere aliquid loco interesse consistentis in lucro cessante, sed illud tantùm quod consistit in damno emergente, in quo poterit declarari & verificari dictũ Innocen. in. ca. 1. de vsur. dicentis, quòd vbi debitor mihi non soluit debitum ad certam diem, & ego ob id ab alio recepi illam quantitatem mihi debitam sub vsuris, quòd vsuras, quas solui, possum in foro animæ ab eo recuperare, quia est damnum emergens in meis bonis. Adde quod idem dicit Bald. in l. vsuras. numer. 1. C. de vsur. & tenet Anchar. consi. 376. num. 3. Conrad. de contract. q. 41. ¶ Et circa prædicta dubitatur, Petrus recepit pecuniam mutuam à Paulo sub vsuris, Vtrùm illam pacto expresso possit remutuare Ioanni sub eisdẽ vsuris? Et est dicendum q̃ vsuras currentes deinde possunt à mutuatario stipulari, quia est damnum emergens, si ipse manerem obligatus ad soluendum cum vsuris, vel cambijs. Archid. in c. vsura. 14. q. 3. Conrad. de contract. q. 41. ¶ Hinc etiã est, quòd dispositio cap. Salubriter. de vsur. habet locum in tertio mutuante genero, vt si gener rem sibi pignori datam pro dote tradiderit Paulo mutuatore, & hoc casu, quo gener liberaliter concesserit & donauerit ius quod habet in re, vel eo in casu, quo ei ex mutuatione sequeretur damnũ emergens, seu lucrum cessans sicut contingeret genero, non aliàs. ¶ Probatur. In re propria, vnusquisque est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. Sed si lege. §. cõsuluit. ff. de pe. hære. Sed gener habet ius leuandi fructus rei pignori datæ pro dotis assecuratione, absque eo, q̃ teneatur p̃pter eos extenuare fortẽ, ergo eos poterit donare mutuatori. ¶ Secũdo. Quis rem cũ omnibus suis priuilegijs & causis in tertiũ transferre posse, non est dubiũ. l. certi iuris. C. de hære. vel act. ven. igitur cùm transferre voluit, modo prædicto ipse habebit. Tertiò. Subrogatus gaudet priuilegio subrogantis. l. filiæ suæ. §. Titia. ff. de condi. & demõstra. §. fuerat. Insti. de act. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautioni. capit. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. Ludo. Gome. in regul. de trien. possesso. q. 14. idem in. cap. statutum. num. 63. de resc. libr. 6. Iason. consil. 78. & 108. libr. 1. & in consili.

231.

231.libr.2.Euera.in topica iuris.capitu.93.Corasi. lib.3.iuris ciuilis misce.capitul.19.nume.4. Hippoly.singul.255.Andr.Tiraquel. de retract. foli. 100.numer.80.& de primogenitura.quæst.40.n. 40.versic.Decimò subrogatum sapit naturã eius. ¶Præterea, Vbi eadem militat ratio, eadẽ debet esse iuris dispositio.l.his solis.C.de reuo.dona.c. cùm dilect.de conf.vtili vel inutil.cum simil.sed hic versatur interesse,& istud priuilegium sit ratione interesse, & non dotis, vt animaduersum fuit à Ioan.Lup.in.capit.per vestras.§.8. fol.100. col.4.Requisitis extantibus in lucro cessante,de quibus suprà habitum est. ¶Insuper quinto loco probatur ex Salic.in authen.Ad hæc.quæstio.13. C.de vsur.Lauren.Rodulp.in.c.consuluit.quæs. 54.eod.titul.Ioan Lup.in loco citato.§.8.num.3. Conrad.de contract.quæsti.35. conclu.13. Archi. Florenti.2.part.titul.1.§.32.capitis septimi.Caietan.2.2.quæst.78.art.2.ad.6.Sylvest.verb. vsura. 3.quæst.4.vbi dicit,quòd considerandum est interesse, quod si militat in extraneo ratione mutui,est sibi dandum. Angel. verb. Vsura. 1. §.26. Ioan.Methymnen.de restit.fol.139.colu.1. ¶Nec obstat authoritas Bald.in rub.C.de vsuris.nume. 5.tenentis contrariam sententiam in extraneo tali fundamento,Per mutationem personæ, tollitur qualitas & priuilegium rei.l.licitatio.§.mercatores.ff.de publica.l.per procuratorem. ff.de acquiren.hæredi.cap.vni.§.fina.de iure patro.libr. 6.Andr.Tiraquel.de retract.lib.1.§.1.glos.13.nu. 12.& dixi ad Segur.in.l.3.§.fina.num.119.ff. de libe.& posth.ergo per translationem rei pignoratæ pro dote in extraneum cessabit priuilegium generi tributum. ¶Nam Baldi argumentum procedit,vbi persona est causa immediata priuilegij. l.1.de imponend.luc.discretio.lib.10.& in dictis iuribus.Secùs tamen est,vbi est alia causa, vti in nostro casu est lucrum cessans,vel damnum emergens,seu libera voluntas donandi ius suum in extraneum,quo in casu remota persona transit cum sua causa.argu.text.in clem.vnic.de supplen.negligentia prælatorum.¶Nec obstat quòd tex.in cap.Salubriter.loquitur in genero, & non in extraneo, & sic in suis terminis est intelligendus.l. prospexit.ff.qui & à quibus capitul.ad audientiã de decimis.& omissum manet pro casu omisso in quacunque iuris,hominisve dispositione. vt latè ostendit Andreas Tiraquel.de iure primogeniorum.q.40.nu.190.vbi omnino vide.Sed est dicẽdum,q̃ istud procedit ex interpretatione declaratiua & passiua,quæ semper,& in quibuscunq; dispositionibus locũ obtinet,vt Tiraquel. docet.d. q.40.nu.209.Vel dici potest,q̃ hoc in extranea, cùm eadem æquitas statuendi versetur, pro statuto habendum est,quia si rogati fuissent statuentes tempore huius constitutionis de isto casu, idẽ dispositissent.Et sic pro dispositione expressa habẽda est,iuxta theoricam communem glo.in clem. 1.ver.p̃sidentes.de resc.& in.l.tale pactum.§.fi. ff.de pact.Segur.in rep.l.Imperator.nu.39. & ibi latè dixi.ff.ad Trebel.¶Quæro successiuè, Vtrũ pro fideiussione liceat aliquam commoditatem expectare,seu lucrum postulare? Et est dicendũ, quòd ratione lucri cessantis,vel damni emergentis licitum erit.secundum Laurenti. Rodulph.in rep.cap.consuluit.3.part.q.3.&.q. 47. Ambros. de Bign.in rep.cap.Salubriter.num.38.de vsuris. Ioan.Lup.in repe.cap.Per vestras.§.Sextò nota. fol.108.nu.9.de dona.& Philipp.Deci. consil.7. col.1.nu.1.Et est communis secundum Carolum Molinæum in tract.de contra.vsura.qu.31. Conrad.de contract.q.40.Archiep.Floren.2.part.titul.1.ca.7.§.45. Sylvest.in sum.verb.Vsura.in.1. quæstio.39. vbi dicit quòd est communis opinio. Angel.verb.Vsura.1.q.41.& expressiùs in verb. Fideiussor.§.20.& sic non erit vsura aliquid recipere vltra capitale pro fideiussione, dum tamen fraus,& dolus absit.Et Ioan.Methy.in codice de restitutione.fol.146.§. sequitur amplius fideiussor.Nauar.in repe.c.fin.de vsuris.in princ.nu.7. ¶Sed quæro, iste mutuatarius non inuenit fideiussorem,& principalis mutuator petit ab eo id quod poterat dare pro fideiussione, vtrùm possit recipere sicut fideiussor? Et dicendum videtur q̃ sic, quia ipse remittit fideiussionem, & se ponit hac ratione in periculo amittendi debitum,vt à communiter accidentibus contingit.argu.tex.in ca.fin.de vsur.Secundò,si in fideiussore hoc locũ habet,ergo & in principali,cùm versetur eadẽ ratio respectu assecurationis.Carol.Molinę.de vsuris.q.32.& Couar.lib.3.Variarũ resolutio.capi.2. nu.6.¶Tamen est(mea sententia)dicendum contrarium: quia qui se exponit periculo peccandi, peccat,& iste est huiusmodi,cùm cautius sit abstinere in istis casibus à prędictis contractibus,cùm contineant vsuram quodammodo interpretatiuam,Tum,quia esset deductio vsuræ per indirectum,quæ minimè est permittenda. argu. regul. Cùm quid.de regul.iur.libr.6. Tum, quia stipulatio lucri pro sorte etiam lucri cessantis inducit vsuram, si à principio contractus mutui interponatur.Bald.in.leg.rogasti.§.si tibi.ff.si certum petatur.Ioannes Andr.in capitulo finali. eodem titulo. Præterea, quia fideiussoris pactum ponitur pro suo facto, & non pro pecunia,& sic lucrum consequitur ex illa assecuratione & labore quod non est inhibitum, principalis verò illud lucrum ex ipsius pecuniæ vsu vult habere, quod iniquum est.Quod notatanquam nouum, & vsque ad hæc tempora non tactum per alium.

Quæro nunc, vsura an sit prohibita, & quonam iure? Et est dicendum, vsuram omni iure prohibitam, adeò quòd pertinaciter affirmans non esse prohibitam, est hæreticus censendus. ¶ Confirmatur per tex. in. capit. quia in omnibus. & in capitul. super eod. de vsur. & in capitu. cùm tu. eod. titul. vbi habetur, quòd vsura est peccatum. Sed peccatum semper omni lege fuit turpe & odiosum, ergo &c. Est gloss. in capitul. 1. verb. animas. de vsur. libr. 6. per tex. ibi. & est text. in capitul. quanquam. eod. titul. & lib. & in clem. 1. de vsur. & in clem. 1. de sepultu. ¶ Secundò istam partem è nostris approbant Archidi. in capitul. si quis 14. quæstion. 4. Ioan. Anania in capitul. quia in omnibus. colum. 19. num. 16. de vsur. Flori. in rubri. ff. eod. titul. numer. 1. Iaso. in. l. 1. num. 47. C. de sum. Trini. & in. §. omnes autem. numero. 14. Insti. de actio. vbi dicit istam esse opinionem cõmunem. & gloss. in. l. 6. titul. 2. lib. 4. for. legum. in gloss. 1. Petr. Ferra. in forma libelli in actione. Hippoly. verb. sine aliqua vsurarum. fol. 178. Robert. Marant. in speculo aureo aduocat. folio. 78. num. 54. in. 4. part. distin. 16. Conrrad. in tracta. de contract. quæstion. 22. ¶ De iure diuino probatur. Luc. 6. Benefacite, mutuum date, nihil inde sperantes capitul. consuluit. infra eod. tit. de vsur. & Exod. 22. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui tecum habitat, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Et Deutero. 23. Non fœneraberis fratri tuo ad vsurã pecuniam, nec quamlibet aliam rem. Et in Psalm. 14. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Et sic firmans contrarium, negat ius diuinum, & præcepta Põtificum, & sic meritò hæreticus est censendus. vt est text. in clem. vnic. §. fina. de vsur. Conrad. vbi supra. quæstio. 24. conclusio. 4. & quæst. 100. conclusio. 1. ¶ De iure ciuili probatur vsuram inhibitam fuisse à Iustiniano Imperatore per gl. verb. Petrum. in dict. l. 1. vbi Iaso. C. de sum. trini. gloss. in authe. Ad hæc. C. de vsur. tali fundamento. Vsura fuit prohibita à Concilio Nicæno in capitul. quoniam. 47. disti. & concilia quatuor fuerunt præcepta seruari sicut quatuor Euangelia à Iustiniano in authen. De eccleſiæ. titulis. in prin. ergo ab ipso censentur prohibitæ, cùm lex referens sit in referente. l. asse toto. ff. de hæred. insti. l. Titia. in princ. ff. de manu. testa. l. institutio talis. ff. de condi. insti. l. si ita scripsero. ff. de condi. & demonstra. ¶ Et leges non dedignantur sacros Canones imitari, vt est notum, & in materia, in qua versaretur culpa peccati, est præferenda dispositio iuris Canonici. gloss. in regul. Possessor. de regul. iur. libr. 6. capitul. fina. de præscr. glo. §. hactenus. Instit. de grad. quæ dicit, quod in materia spirituali assentiendum est iuri Canonico cap. 1. noui ope. nunti. & cap. clerici. de iudi. ¶ De iure regio, est. l. 1. & 8. titul. 2. lib. 8. ordina. & l. 5. titul. vltim. eod. lib. & in lib. Pragm. fol. 50. col. 3. versi. *Otrosi tened mucho cuydado, è poned mucha diligencia en castigar las blasphemias, è vsuras.* & in. l. 96. in curijs Madri. anno. 1534. & l. 77. Vallisoleti Anno. 1548. & in reperto. Curiarum. l. 1. titul. 2. libr. 8. supp. in. 1. De iure naturali est plusquã notum esse prohibitam, quia vsu consumitur pecunia, vti probat alijs rationibus Couar. libr. 3. Variarum resolutio. capit. 1. num. 5. ¶ Quæri potest, cur fuerint vsuræ prohibitæ. Multæ certè rationes assignantur in hoc à Saliceto in repet. authẽ. Ad hæc. colum. 2. verficul. Septimo quæro. C. de vsur. Vna est, ad euitandam segnitiem in artibus virtualibus & industrialibus, nam vnusquisque intenderet dare ad vsuram officijs & artificijs omissis, & sic induceretur maximum malum reipublicæ, maximè circa desertionem agriculturæ, cuius quàm vtile sit reipublicæ, nullus est qui ignoret. De qua aliqua scribit Tiraquel. de nobilitate capitul. 32. Alia secunda est, quia per vsuram depauperarentur ciues. capit. quanto. vbi Pan. nu. 2. de vsur. & interest reipublicæ suos ciues habere locupletes. gloss. in. §. sed maior. Insti. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. verb. malè vtatur. Cæteræ rationes videndæ sunt apud Conrad. de contractibus. quæstion. 22. concluſi. 5. & Ioan. Corasi. lib. 3. iuris ciuilis miscella. capit. 21. num. 7. & Hostien. in capi. 2. de vsuris. ¶ Quæritur præterea, Vtrùm dare ad vsuram sit mortale. Et est dicendũ quòd sic, prout denotat inæqualitatem ratione mutui. Probatur. Lege diuina est id est prohibitum, & lege etiam humana, ergo veniens contra huiusmodi iura peccat. Secundò istam partem tenet. San. Thom. 22. quæstion. 78. arti. 1. & ibi Caieta. Idem Thom. quodlibe. 3. articu. 19. & in opuscul. 73. capitul. 4. & in quæstio. de malo. quæstio. 13. art. 4. & in. 3. senten. distin. 37. articul. 6. Florenti. 2. par. titul. 1. capitul. 6. §. 1. ¶ Hinc deducitur, Papam in vsura dispensare non posse. Quia non debet concedere peccatum. Tenet Panor. in capitul. mandato. numer. 6. de Simoni. Ratio, quia Papa non potest venire contra legem Dei. Quod esset, si vsuram permitteret, & lex superioris, non potest tolli ab inferiori. Clemen. Ne Romani. de electi. ¶ Ampliatur, etiam ex iusta causa, vt est redemptio captiuorum capitul. super eod. de vsur. Quia intentio finis boni, non iustificat factum in se dã natum. Conrad. de contract. quæstion. 84. concluſi. 2. versi. Ex hac concluſione. & mala nõ sunt facienda, vt inde eueniant bona. Conrad. de contract. quæstio. 26. concluſ. 2. Hadrian. quodlib. 9. litera. y. Et hãc partem probat Apostolus ad Roman. 13. Ex quo infertur, quòd puer, qui dicebatur

tur ſanare infirmos in hac ciuitate, ad quem populus concurrebat, optimè fuit factum, cùm Epiſcopus & Inquiſitor ipſum examinauerint in qua virtute id faciebat, & fuit pulſus, quia nullam demonſtrauit. Item etiam alia opera, quæ quanuis in ſe bona, fiunt mala arte. His etiam accedit nota. Conrad. quæſtion. 27. concluſi. 2. Couar. lib. 3. Variarum reſolutio. capit. 1. num. 8. ¶ Dubitatur, An pro pecunia mutuata liceat expectare aliquã commoditatem, ſeu rem æſtimabilem. Et eſt dicendum quòd non. capit. ſi fœneraberis. & capit. plerique. 14. quæſtion. 3. capit. conſuluit. ibi, nihil inde ſperantes. Ezechiel. 18. Si vſuram & ſuperabundantiam non acceperint. Et Luc. 6. Mutuum date. &c. Sanct. Thom. 2. 2. quæſtion. 78. articu. 2. ¶ Hinc infertur, quòd ſi mutuas frumentum antiquum ad renouãdum nouum, hoc eſt, vt nouum tempore ſolutionis mutuatarius tibi reſtituat, eſſe peccatum vſuræ, quia facis principaliter propter lucrum, ne tuum pereat, & inde lucrum ex meliori recipias. Laurenti. Rodolph. 2. par. in repet. capitul. conſuluit. quæſtion. 45. de vſur. Archiep. Florenti. 2. parte. titul. 1. capitul. 7. §. 9. Sylueſt. verb. Vſura. in. 1. quæſtion. 17. Guido Papę in tractat. De vſuris. nume. 24. Clauis huius dubij in eo potiſsimum conſiſtit, ſi hoc faciendo, intendit lucrum, nam ſi ita eſt, vſura erit. Si tamen ſalua æquitate iuſtitiæ intenditur vitatio damni, nõ erit vſura, nec illicitus contractus. ¶ Deducitur etiam, quòd mutuans granum exiſtens Salmanticæ tempore mutui, vt ſibi reddatur in alio loco, vbi requiritur maior expenſa in vectura, committet vſuram, quia eſt quid æſtimabile ratione mutui. ¶ Ex eadem quæſtione, & in eius capite dictũ infertur, quòd ſi quis mutuat alteri ea intentione vel pacto, vt vadat ad apothecam ſuam ad emendum, vel ad molendinum ſuum ad molendum, vel ad furnum ad coquendum, quòd committit vſuram. Ioann. Andr. in regul. Peccatum. de regul. iur. lib. 6. Laurenti. Rodulph. in capitul. conſuluit. 2. part. quæſt. 38. de vſur. Archiepi. Floren. 2. parte. titu. 1. capitu. 7. §. 8. Hadrian. de reſtitutione. in. 4. ſenten. fol. 118. §. iuxta prædicta diſquirẽdum eſt. ¶ Ratio eſt, quia libertas iſtius mutuatarij prædicto pacto ligatur, quæ ſufficit ad reddendum contractum illicitum eo in caſu, quo nulla alia res æſtimabilis interueniſſet. ¶ Quæro, Vtrũ petere pecuniam mutuam ab aliquo ſub vſuris ſit peccatum? Et eſt dicendum quòd non. Quia ſecundum Philoſophum. 5. Ethicor. qui patitur iniuriam, non peccat. Sed vſurarius peccat in quantum facit iniuſtitiam accipienti mutuum ſub vſuris: ergo ille qui accipit mutuum ſub vſuris non peccat. ¶ Secundò confirmatur. Nam iuramentũ quod peccatum inducit, non eſt ſeruandum capitul. non eſt obligatorium. de regul. iur. lib. 6. cap. in malis promiſsis. 22. quæſtion. 4. Sed iuramentum de ſoluendis vſuris eſt ſeruandum à promiſſore. capitul. 1. & capit. debitores. de iureiur. ergo licitum eſt ex parte ſoluentis. Idem tenet gl. fin. in dict. capitu. debitores. Archi. in capitul. ſi quis vſuram. 14. quæſtion. 4. & in capitul. mouet. numer. 4. 22. quæſtio. princ. Collectar. in capit. quia in omnibus. 2. colum. numer. 6. de vſur. Panorm. in capitul. ſuper eod. numer. 4. eod. titul. Idem in capitul. cùm in eccleſia. nume. 6. de Simoni. Anani. in capitul. non ſatis. numer. 6. de vſur. Luc. de Penna in. le. 2. ad fin. C. vt ruſtici ad nullum obſequium. lib. 11. E Theologis iſtam partem tuetur Diuus Thomas. 2. 2. quæſtion. 78. articul. 4. & ibi Caietan. idem tenet ipſe Thomas in. 3. ſenten. diſtinct. 37. articul. 6. ad. 6. & in opuſculo. 21. artic. 5. & opuſculo. 73. capit. 17. & quæſt. 13. de malo. art. 4. ad. 17. & 19. argumentum. Conrad. de contracti. quæſtion. 47. Richar. de Media villa in. 4. ſenten. diſtin. 15. artic. 5. quæſtion. 5. ad ſecundum. & ibi Ioan. Maior. quæſtion. 29. Archiep. Florenti. 2. parte. titul. 1. capitul. 9. §. 14. Angel. verb. Vſura. 2. §. 2. verſi. Vtrũ liceat. Hadrianus Papa quod libe. 3. §. ſecundo. inquirendum eſt, an ſemper illi citũ. litera. A. ¶ Præterea peccatum hic non verſatur, cùm deficiat intentio dantis vſuram, quia facit pro ſubuentione ſua, & ſic ad neceſsitatem propriam iuuandam. argu. text. in capitul humanæ aures. 22. quæſtion. 5. gloſſ. in capitul. veniens. de iureiur. Deci. in capitul. eccleſiaſticæ. column. final. de exceptio. Alia, quæ hic poſſemus annotare in materia ſunt videnda per Laurenti. de Rodulphis in dict. repet. capit. conſuluit. & per Ambroſi. Bigna. in capit. ſalubriter. de vſur. & per Archiepiſ. Florent. 2. part. titul. 1. capitul. 6. & Doct. Didacum Couar. libr. 3. Variarum reſolutio. ca. 1. ¶ Reſtat vt videamus quibus pœnis ſit plectẽdus conuictus in iſto crimine vſurarum. Et eſt prima, quòd eſt infamis citra aliam ſententiam eo ipſo quòd de vſura conſtat. l. improbum fœnus. C. ex quibus cau. infami. irrog. capit. infames. §. porrò. 3. quæſtio. 7. Panor. in capitul. inter dilectos. nu. 2. de exceſſ. prælatorum. ¶ Ampliatur, quòd infamia irrogatur ipſo iure ob tale crimen. gloſſ. Cin. Alber. & Sali. in. l. improbum. C. ex quibus cauſ. infam. irrogetur. Pan. & Anch. in capitul. inter dilectos. de exceſsi. Prælato. Matheſilan. notab. 49 & eſt communis opinio ſecundum Doct. Couar. libr. 3. Variarum reſolutio. capit. 3. numer. 2. Gregor. Lopez. in. l. 4. verb. *Vſureros*. titul. 6. partit. 7. Ex qua concluſione infertur intellectus ad. l. fratres. C. de inofficio. teſtamen. & ad. §. ſoror. Inſti. eodẽ. quòd frater habet querelam inofficioſi aduerſus teſtamentum fratris, in quo vſurarius eſt

instítutus hæres tanquam turpis & infamis persona sit instituta, omisso fratre. Ita Anto. Butrio in capitul. Rainuntius. de testamen. quem sequitur Matth. notabi. 49. & notabi. 197. ¶ Ampliatur, etiam si sit vsurarius in quacunque quantitate, cũ hodie sit prohibita vsura in quacunque specie, & quantitate de iure diuino, & naturali, & etiam Canonico, vt probatum est, & sic semper in quacunque parua vsura erit improbum fœnus dicendum cùm vsura sit omnino improbata. ¶ Ita Mathesil. nota. 49. Guillel. de Cuneo. Pet. Iacob. Butriga. Cin. & Salice. qui testantur hanc opinionem cõmunem in. l. improbum fœnus. C. ex quibus cau. infam. irroget. Et secundum Domi. in consil. 77. colum. penul. & probat regia. l. 8. isto titul. cõtra glosſ. in. l. improbum fœnus. suprà citata. quatenus voluit hanc pœnam infamiæ locum habere contra exercentes vsuram vltra limites legis ciuilis, id est, vltra centesimam, cùm aliæ vsuræ intra centesimas permissæ forent, & ideo verosimile non esse legem Cæsaream infamia eos affeciſſe, qui secundum eius permissionem & authoritatẽ fœnori darent. Et approbat conclusionem prædictæ glosſ. Domi. in dict. consil. 77. ¶ Item etiã clericus vsurarius infamis est ipso iure, sicut laicus. text. secundum Panor. ibi in. capitul. inter dilectos. de excessi. prælato. Et est intelligenda ista sententia eo pacto, quo diximus in laicis ad interpretationem dictæ. l. improbum fœnus. ¶ Hinc venit, quòd conuictus de vsura, est inhabilis ad sacrorum ordinum susceptionem. text. in capit. maritum. 33. distinct. capit. seditionarios. 46. dist. Seditionarios statuimus nunquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, vel iniuriarum suarũ vltores. capitul. 147. distinct. ¶ Confirmatur, nã vsurarius est infamis, & infamis infamia iuris vel facti est irregularis ad ordines sacros suscipiẽdos. capitul. qui in aliquo. distinct. 51. capitulo. Euthemium. §. hinc colligitur. 2. quæst. 3. vbi loquuntur de infamia iuris. Et Richard. in. 4. senten. distin. 25. articul. 6. quæstio. 1. & ibi. quæstion. 2. loquitur de infamia iuris Canonici. Angel. verb. infamia. §. 10. & Sylu. quæstio. 3. Idem de infamia facti. ca. omnipotens. de accusatio. Richard. vbi suprà. q. 3. Gundisaluus de Villadiego, de irregular. capit. 1. versicul. Item est irregularis infamis. l. 8. tit. isto. 2. infrà hoc lib. 8. ergo & vsurarius, cùm sit talis. ¶ Est etiam alia pœna, quòd non potest eligi, seu præsentari ad ecclesiasticum beneficium, seu dignitatem. capitul. de Petro. 47. distin. Bertachi. in tracta. de Episcopis. 2. libr. 1. partis. quæstio. 33. Cæsar Lamberti. de iure patronatus. 21. articul. 9. quæstion. princip. 1. partis. 2. libr. fol. 247. col. 3. §. expeditis. Rebuff. de pacificis possessio. Præterea est alia, quòd clericus conuictus de vsura, est ab ordine & dignitate deponendus capit. episcopus. 47. distinct. Quod intellige, quando monitus non destiterit à tali iniquitate. capitul. præter ea. de vsur. vbi Panormi. ¶ Hinc clericus priuatur ab obtinendo beneficio. glosſ. in capitul. præter ea. de vsur. secundum regulam. Infamibus. libr. 6. ¶ Item etiam priuatur officio obtento & obtinẽdo. text. not. in capitul. 1. de vsur. vbi eum notant Ioan. Andr. Panor. & Rauen. Alexa. consil. 72. in princ. libr. 1. & Ioan. Bern. in practi. crimi. capitu. 82. Hosti. in sum. de vsur. §. vlti. versicul. Alia à iudice. & sic punitur pœna arbitraria à iudice suspẽsionis tantùm. vt in capit. præterea. Si tamen punitus pœna suspensionis in eodem errore perstiterit, venit puniendus pœna depositionis ab officio & beneficio. vt in dict. capitul. 1. quod ibi probat, quatenus inquit, insistat. & sic ex perseuerantia augetur delictum. capitul. quanto. de conſ. ca. non debet. de consang. & affini. capit. cùm haberet. de eo qui dux. in matri. quam pollu. per adulte. ergo & pœna eius. ¶ Vsurarij etiam præter alia compelluntur in odium vsurarum demonstrare libros rationum. clem. vnic. §. cæterum. de vsur. Ioan. Anani. in capitul. præterea. colum. 4. num. 6. de vsur. Panor. capitul. 1. numer. 9. de probatio. ¶ Præterea vsurarijs manifestis & prædonibus denegatur appellatio. tex. & ibi Anani. in. ca. quàm pernicioſum. de vsur. Quod declara vt ibi per eũdem Anani. colum. 1. & 2. ¶ Vsurarijs vltra pœnã restitutionis propter delictum est eis pœnitẽtia iniungenda. Anchar. in capitul. cum tu. numer. 6. de vsur. ¶ Vsurarij nullo existente accusatore etiã de officio sunt puniendi ab ordinarijs per pœnã Concilij Lateranensis. capitulo. cùm in diœcesi. vbi Anch. num. 1. de vsur. & Deci. consil. 170. quærit, vtrùm vsurarius per secularem iudicem castigari possit criminali pœna. Omnino vide Marãt. disputatione. 5. Vsurarij manifesti non admittuntur ad ecclesiasticam communionem secundum Innocen. in capit. quia in omnibus. de vsur. idest, ad suscipiendum corpus Christi. Vel secundùm Panor. ibi, non admittatur ad ecclesiam, quando celebrantur diuina: quia existentes in ecclesia, dicuntur admitti ad altaris communionem. Et ista expositio videtur melior, vt vsurarius rubore confusus, faciliùs resipiscat, & exeat à crimine, sicut dicitur de excommunicato in capit. 1. de except. lib. 6. Et ita potest intelligi tex. in capitul. ministri. ibi, à communione. 14. quæstion. 4. ¶ Est & alia pœna, quòd decedenti in hoc peccato manifestæ vsuræ, denegatur ecclesiastica sepultura, ita vt nec in cœmeterio ecclesiæ sit sepeliẽdus, & clerici eius sepulturæ interesse non debent. dict. ca. quia in omnibus. Quæ pœna est confirmata per text. in capit. 1. de vsur. libr. 6. & aucta per Clem.

Eos. de

Host.de Sepult.quia sepelientes manifestum vsurarium sunt excommunicati ipso facto. vbi glos. ponit qui dicantur sepelire, clerici tantùm, an laici associantes, vel foueam facientes, seu in foueā cadauer reuoluentes. ¶Præterea si sepeliatur cadauer in ecclesiastica sepultura, debet exhumari. Panor.in capit.super.num.2.de sta.monach. Angelus verb. Vsura.2.§.6. ¶Alia pœna est, vt non admittatur ad oblationem faciendam, vnde debet sacerdos respuere oblationem vsurarij manifesti. Ita Panor.& Anani.in capit. quia in omnibus.de vsur.& Cæsar.Lamberti.in tracta. de iure patro.21.ar.9.quæst.princi.1.partis.2.libri.nu.4. ¶Est etiam & alia pœna, quòd vsura ad conuincēdum vsurarium probatur per testes, singulares secundum Nellum in tracta. de testibus.num.187. etiam deponendo in facto proprio, dicendo, q̄ ipsi receperunt mutuum sub vsuris.l.ista.1.titu.2. libr.8.ordina.Et adde Alexand. num.4. in.l.dictantibus.C.de testam.Additio.Panormi.in.ca. licet ex quadam.num.8.in verb.reddit.de testib. cum adductis ab Aymone consi.6.num.102.Matthæ.de Afflictis in consti. Regni Siciliæ & Neapoli.lib.1.rubri.6.num.2.& Didac.Couarr.lib.3. Varia.resolutio.capit.3.num.5. Præterea probatur vsura coniecturis.capitul. cùm in diœcesi. de vsur.ibi, si tamen alijs argumentis.sing. secūdum Panorm.ibi.& in consi.22.lib.1.quòd quis potest conuinci de vsura per famam,& alia argumenta, adde Panor.in capitul.illo vos.num.4.de pigno. Feli.in capitul.veniens.colum.4.de testib.glos. verb.manifestos.in capit.1.de vsur.lib.6.l.1.titu. 2.de vsuris.lib.8.ordinam.& Raue.de emptio.& vend.colum.4.dicit esse bonum text.dict.capit. in diœcesi. ad id quod suprà diximus. ¶Punitur etiam excommunionis pœna capi. clerici arma. de vita & honesta.clerico. ¶Est etiam alia pœna, quòd vsurarij testamentum citra formam textus in cap.quanquam.de vsur.lib.6.Pro cuius interpretatione est videndus Couar.in dict. capitul.3. numer.5.& quæ notat ipse in rub.de testa.3.part. num.11.¶Est tamen prædictis adnectendum id, quod Felin.in capit.in præsentia.colum.7.num. 13.de probatio.& Burgos in capit.ad nostram colum.4.de emptio.& vendi.adnotarunt, quod nō sufficit probasse contractus vsurarios fecisse, sed oportet probare illas vsuras recepisse. Et est communis nota ad tex.in dict.c.quanquam. de vsur. libr.6.ibi.De vsuris quas receperāt, & debet probare actor quòd tales cōtractus communiter pro vsurarijs in loco reputabantur. Soci.nepos consi. 83.num.21.libr.2. alios citat.quæ sunt not.ad liberandum assertū aliquem de contractu vsurario. Cum forte non sit. Est præterea alia pœna: quòd dominium vsuræ non transit in vsurarium. vt diximus in.l.5.gl.1.titul.19.infrà.eod.lib.8.vbi asserui communem opinionem aduersus aliam communem contrariam firmantem quòd transeat dominium.ibi videbis.¶Vsurarius censetur hæreticus & punitur pœna dimidiæ partis bonorum cameræ regis.dict.l.5.titul.19.infrà.eod.lib.8.ordi. quam intelligas, vt ibi intelligo nouo sensu. Est etiā turpis persona,& sic si hæres instituatur à testatore, fratri daretur querela.Bald.& Salic.in.l. improbum.C.qui notant.infam.Antoni.in cap. Rainutius.de testa.Fernan.Vasquius Michacen. in lib.1.§.10.numer.193. de succes.creatio.fo.123. colum.1.vbi idem dicit esse contra filium spuriū sacerdotis,& etiam concubinam testatoris hæredes institutos, quæ personæ tanquàm turpes querela fratris excludi possunt ab institutione,& ibi declarat multis modis à num.196.cum seq. de vsurario hærede instituto siue sit manifestus, siue occultus dum tamen sit sentētia declaratoria datus provsurario est infamis &turpis persona,& quòd querela institui possit contra eum à fratre præterito. Sententia est Grego.Lupi.in.l.4.tit.6.part. 7.verb. *Vsureros*, sed dolendum est, his nostris tēporibus, quibus nihil timoris est, talis periculi,& pœnarum impositio, de quibus suprà cum alijs multis in vtroque foro statutis non retrahit eos saltem timore earum ab isto crimine vsurarum. ¶Est etiam puniendus à iudice ecclesiastico, vel seculari, cum sit mixti fori, etiam si crimen mere ecclesiasticum sit. Nam concluſiue tenendum est quòd istud crimen habetur pro ecclesiastico quā do est dubiū, an contractus sit vsurarius: vel quando agitur de vsuris, vt de peccato. Sed si ageretur de vsuris, vt de indebito soluto, tunc clarum est, quòd etiam secularis cognoscit. C.post miserabilem.de vsur.præpos.ita resoluit in sum.11.quæst. 1.colum.2.versi.in glos.ibi vsurarum. numer.4. dicam in.l.5.titul.19.infrà.hoc libr.8.& possunt lege Regia aliqua pœna seculari puniri. Iacob.Butri.in.l.improbum fœnus.C.ex quib. caus. infa. irrogetur.monach.Ioan.Andr.& Domi.in.ca.1. de vsur.libr.6.Carol.Molinæ.de contract.illicitis quæst.10.Couar.in epito.4.decreta.2.part.c. 6.num.18.vbi defendit hanc nostram legem Regiam. ¶Est etiam in pœnam statutum in iure, q̄ vsurarij manifesti testamentum sit ipso iure nullum, nisi fiat secundum formam cap.quanquam. de vsur.lib.6.Couar.lib.3.Variarum resolu.ca.3. numer.9.nec etiam poterit causa mortis donare. lap.allegat.125.dicens inualidam donationē causa mortis esse, nisi restitutæ fuerint prius vsuræ vel præstita cautione ab vsurario.vt in dict. capi. quanquam idem not.Hieronym.gigans de crimine læsæ maiesta.libro tertio.titul.1. quæstion.3. numer.4.glos.in dict. capitul. quanquam.tenet

text.

tex. Illum procedere in qualibet vltima voluntate, quam approbant docto. communiter vt post Imol. in l. tamis. ff. de donat. causa mort. fatetur Couar. in rub. de testamen. 3. part. versi. tertio numer. 11. vbi ponit contrariam affirmando esse cõmunem. Sed prior est tenenda, nam alias dispositio dicti. cap. quanquàm redderetur illusoria, nã quod est ei prohibitum vna via, cõcederetur per aliam indirectam contra dispositionem dicti Canonis. quanquàm. de vsur. libr. 6. istas duas communes contrarias vtrùm autem cambia & recambia quæ communiter sunt in vsu: sint licita, cum secundum Philos. 1. politico. sola ratione naturali. dicat, quòd vsuraria acquisitio pecuniarum est maximè præter naturam. tradit S. Tho. 2. 2. quæs. 78. ar. 1. ergo iniusta & reprobata sunt & sentit ex presse Grego. Lup. in l. 4. verb. *Vsureros*. titul. 6. part. 7. ¶ In contrarium imo quod licita sint in re publica. est glos. in l. 3. C. de insti. actio. quam ibi communiter sequuntur doct. secundum Fernandum Michac. vbi idem post longam disputationem concludit pulchre & fuse in ista materia, vt in reliquis. lib. 3. controuers. frequentium. ca. 69. numer. 7. cum seq. ibique citat plures agentes de hoc dubio. & post Bald. ibi ad fin. numer. 7. dicit, Cõtractum cambiorum interdum necessarium, interdum quasi quintum quoddam elementum iure gentium necessarium & conducibilem esse. adde Henrri. Gandau. quodlib. 6. quæsti. 22. Conrad. de contractib. question. 99. vtrùm cambium. Ioan. methy. libr. de resti. rubr. de cambio in quo sola temporis diuersitas interuenit. Ioan. Lup. in rep. capit. per vestras. §. 10. nume. 13. fol. 112. de donat. inter vir. & vxor. Domini. Soto. libr. 7. de iusti. & iur. quæstion. 1. art. 2. Archiep. Florentin. 2. part. titul. 1. capitul. 7. §. 47. cambia fiunt tripliciter. vsque ad. §. 50. Item leges regni sine calumnia cambia & campsores permittunt. l. 1. titu. 8. lib. 5. suprà. ibi, *Mandamos que el cambiador sea libre y franco assi en nuestra corte, como en todas las ciudades y villas y lugares de nuestros Reynos y señorios, y que todos cambien y puedan cambiar sin pena ni calumnia alguna.* Fallit nisi nummularius esset exterus ab isto regno cui est in regno prohibitum exercere cãbiũ. per pragma. 126. lib. pragm. Reg. Catholi. per quã est correcta in hoc prædict. l. 1. ordin. & approbatur vsus cãbiorum cũ certa qualitate. vt in prag. 96. *de Madrid* anno. 1534. ne nummularij recipiãt vltra decem annui redditus pro centenario, aliàs eos declarat vsurarios, & in fraudem vsurarum id facere. ergo intra limites legum regiarum, nedum licitum sed iustum existimatur. Tum ratione curæ, solicitudinis, laboris & periculi, quod patiuntur in vtilitatem reipublicæ, vt prẽter alios sensit Alexan. consi. 60. colum. fina. versicul. nec obstat si diceretur. numer. 13. libr. 2. vbi vi. citata ad eum in additio. incipi. cambia. & Fernand. Vasquius loco præcitato. ¶ Est etiam dubium vtrum annui redditus, quos censos vocamus, cum pacto redimendi sint liciti absque labe vsuræ? Respond. de istis redimilibus & irredimilibus agit Conrad. de contract. 4. part. per. 15. quæstiones. incipien. à quæst. 72. Ioan. maior in. 4. senten. distinction. 15. quæstion. 34. & ibi Gabriel. quæst. 12. Guillielm. Bont. in quodlib. vtrum emere redditus vitales, aut perpetuos sit contractus illicitus & vsurarius. Tiraquell. de vtroque retract. titul. 1. §. 1. glos. 6. Ioan. Methym. in. C. de restitu. C. de censibus. fo. 154. column. 3. vsque ad. 172. latè prosequitur Couar. lib. 3. Vari. resolu. capitul. 7. & 8. In quo dubio omissis superfluis sit Conclus. 1. Annuos redditus temporales, sine fraude aliqua vsurarũ, emere & vendere eosque retinere est licitum. est text. expressus in extraua. 1. & 2. inter communes subti. de emptio. & vendi. vbi hos contractus licitos judicat & probant Guilielm. Bont. in dict. quodlibr. vtrum emere redditus &c. in numer. 75. vbi refert. 8. motiua in contrarium huius conclusionis Henrr. Gandaui, eaque dissoluit. Innoc. Ioan. And. Anto. Cardi. Panor. & Anani. in capitul. in ciuitate. num. 17. de vsur. Conrad. de contractib. quæstion. 79. & quæsti. 82. & Tiraquell. in tract. de retract. libr. 1. §. 1. glo. 6. num. 15. plures ad idem referens doctores. Domi. Sotus lib. 6. de iustit. & iure quæstion. 5. articu. 2. pro confirmatione accedat tex. in authen. vt hi qui obligat. se hab. perhibent res mino. §. quoniam autem. versicul. final. colla. 6. vbi gloss. dicit, quòd redditus interimmobilia computantur. vt in authen. de non alien. aut permut. §. à leone. si ergo licitum est curatoribus ex pecunijs minorum eis annuos redditus comparare, licebit & vnicuique, nam si vsuræ labem continerent etiam fauore minorum non liceret, nec pro alia quacunque iusta piaque causa. capit. super eod. de vsur. suadetur. 2. ex. l. necessario. §. cum vsumfructum. ff. de peri. & comm. rei vend. vbi vsusfructus potest emi ad vitam vsufructuarij venditoris. Iason. in. l. cum dubitatur. nume. 106. C. de iur. emphi. Collectar. in capitu. quæ in ecclesiarum. colum. 2. numer. 6. de consti. dicens vsumfructum eiusque commoditatem vendi & pignorari posse per vsumfructuarium. & non solum ad vitam sed ad tempus vendi posse vsumfructum tenent Domini de Rotta in antiq. decision. 860. si vendatur sub titul. de empt. & vendi. in tantum quòd emptor seu vsufructuarius ratione vsusfructus possunt conductorem expellere à domo vel fundo in quo habent vsumfructum emptũ. & ita fuit. conclussum in Capella Tholosana decision. 420. Locaui domum meam. per tex. in. l. arbores

ff. de

ff. de vsufruct. singulariter not. pro regul. l. empt. C. locat. vt non tantum locum habeat in emptore proprietatis, sed etiam dominij vtilis, vt in vsufructuario, emphiteuta & huiusmodi. Præterea emptio annui redditus censetur merx & res immobilis, propterea q; tex. in clem. exiui. de verb. sign. inter immobilia defixit. in. §. cumque annui redditus inter immobilia censeãtur à iure. quem text. adhoc citauit Boeri. consi. 3. nume. 9. Domi. Sot. lib. 6. de iusti. & iure. quæstion. 5. art. 2. pag. 555. columna. 2. verficul. duabus conclusionibus. Conrad. de contractib. quæstio. 72. in. 1. suppositi. Panor. & eius additio. in capit. nulli. numer. 10. de reb. eccl. alien. vel non. glo. in extrauagan. ad cõditorem. Ioann. 22. sub titul. de verbor. signific. in verb. mobilium. Tiraquell. latissime de retract. lib. 1. §. 1. gloss. 6. intellige tamẽ quando huiusmodi redditus essent præstandi perpetuo, vel saltem ad longum tempus, non tamen si admodicum puta nouem annos vsque. ex mente gloss. in dict. extrauagan. ad conditorem. verb. mobilium. matthæ. de afflict. in tracta. de iure prothomyseos in princ. §. 3. nota. numer. 6. Tiraquellus in dict. §. 6. num. 7. referens ibi plures huius intellectus & sententiæ authores. qui intellectus est memoriæ tradendus ad dict. §. cumque annui redditus. Item etiam his non longe abest pro confirmatione tex. in Clemen. 1. de reb. eccl. non alien. vbi ingruente necessitate cõceditur prælato ad vitam possessiones ecclesiæ alienare seruatis debitis solennitatibus. quem text. annotauit Conradus de contractib. quæstion. 79. vbi probat non solum fructuarium sed pecuniarium censum licitum esse, & locum habere præmissã conclusio. Cõtractus istos ad tempus cum pacto redimendi dum tamẽ præstentur in pecunia numerata ad rationẽ quatuordecim nummi pro vno annuatim est receptum in regno legibus & consuetudine, nec censentur habere suspicionem vsuræ, vt omnibus in cõperto est. l. 127. incurijs Madritijs anni. 1534. &. l. 139. incurijs Pincianis Anni. 1537. & in. l. 10. incurijs Toleti Anni. 1539. quibus. ll. omnes contractus censuales redimibiles præcipiuntur reduci ad pecuniam ad rationem vni pro quatuordecim in quocunque fructu annuo sint constituti. & sic nõ improbant cõtractus annui redditus sed fructuarios reducit ad pecuniã noster Rex Carolus quintus Imperator sapctissimus. & constituti etiam in pecunia & constituendi futuris temporibus minori pretio quam ad rationem. 14. milia, pro mille constitui non possunt per legem Cæsareã Philippi Regis domini nostri in curijs Madritijs latã Anni. 1563. in. l. 127. fol. 40. quam etiam refert Alphonsus Azeuedo in repert. suo Curiarum lib. 5. titul. 5. *De los censos y juros.* l. 2. & venditor tenetur huiusmodi tributa imponens super aliquibus rebus explicare omnia alia quæ ante sunt constituta in eis, alias aperto onere & tributo à venditore non exposito, ipse vẽditor agere poterit ad inter esse & recisionem contractus. l. 65. titul. 5. part. 5. cuius verba sunt. *Casa, o torre, que deue seruidumbre a otro, o que fuesse tributaria, vẽdiendo vn ome a otro, callando el vendedor cnenle apercebiendo dello a aquel q̃ la compra, por tal razon como esta, puede el comprador desfazer la vendida, e es tenudo el vendedor de tornarle el precio con los daños e menos cabos que le viniessen por esta razon.* & ad pœnam dupli tenetur vt in. l. 65. in curijs Madritiis Ann. 1528. cuius verba sunt. *Mandamos que las personas que de aqui adelante pusieren censos y tributos sobre sus casas y heredades y possessiones que tengan atributadas, o encensuadas primero a otro, sean obligados de manifestar y declarar los censos y tributos que hasta entonces tuuieren cargados sobre las dichas sus casas y heredades y possesiones, so pena que si assi no lo hizieren paguen con el dos tanto la quantia, que rescibieren por el censo que assi vendieren y cargaren de nueuo, a la persona a quien vendieren el dicho censo.* Petitum etiam fuit quòd contra præscriptos venditores procedatur criminaliter per viam furti. in. l. 161. in curijs Pincianis Anni. 1548. fo. 26. sed nihil fuit de nouo statutum, sed responsum est, *a esto respondemos, que se guarde y execute lo proueydo.* & idem fuit postulatum in curijs Pincianis Anni. 1555. petitio. 121. fol. 58. colum. 1. cum sequen. ex his igitur constat approbatio horum censualium seu tributorum contractuũ. Sed circa præmissas leges dubitari vidi aliqua in practica. primum an habeant locum cum quis vendidit ignorans tributũ? quia fortè erat successor alterius & antequam potuisset certiorari, puta statim adita hæreditate imposuit tributum cogitans liberam esse domum ei relictam, nondum enim dies solutionis tributi aduenerat & creditor non apparuit. Vel quia creditur ignorantem fuisse propter fidelitatẽ & qualitatem venditoris, se iurantem insciũ tributi fuisse tempore celebrati contractus? & dixi quo ad recisionem contractus & restitutionem pretij locum habere etiam in ignorante vitiũ rei venditę, vel quãto minus valet res propter tributum emptore volente rem habere, & non rescindere contractum. prædictam. l. 63. ibi, *puede el comprador desfazer la vendida &c.* Igitur non tenetur præcise, sed alternatiue, tum etiam ex Grego. Lupo annotatione in verb. *el vendedor.* & in verb. *con los daños.* & quòd non teneatur vltra redditionem pretij cum fuit ignorans tenet ibi post Salycet. per tex. ibi Grego. Lupus in dicta. l. 63. confirmatur nam error & ignorantia potius quam dolus præsumitur interfuisse, & excusat à dolo. l. plagij. criminis accusatio cessat. C. ad leg. Fabiam de plagi. &

gi.&ibi gloss.& quæ notat per eam Boeri. decisi. 68.num.11.item etiam ex.l.5.ibi, tenorem indulgentiæ meæ, pœna legis Corneliæ tibi remittitur,quam credo tu magis errore quam malitia incidisse.C. de his qui sibi ascrib. in testam. quem nota perpetuo ad excusandos notarios a crimine falsi.&not.post Bald.in.l.1.ff.de legi.&in.l.2.C. de erro.aduoca.Iaso.in.l.errore scribæ.colum.2. num.2.de testam.C.&in.l.singularia.nume.48. ff.si certum petatur.&ignorantia in eius fauorem vt excuset ei a culpa allegari potest,vt latè deducit Anton.Rubeus in Rep.l. non solum.§.morte num.59.ff.noui oper. nunci.per.l. inter omnes. §.recte.ff.defurt.§.placuit.institit. de obligat.quæ ex quas.delict.tum ex.l.qui in alterius locum succedunt,iustam causam ignorantiæ habent, an id quod deberetur,peteretur.ff. de regul.iuri. l.qui in ius.138.§.nemo videtur dolo facere,qui ignorat causam cur non debeat petere.ff.eodem.titul.nisi ignorantia esset Crassa &affectata,nam non iuuaret.ex gloss.in.l.si minor.C.de acti.emp.Grego. Lup.in.l.63.gloss.penult.titul.5. part.5. ¶Est tamen notandum,quòd quamuis committens dolum contractum rescindere non possit, quando passus dolum vult contractum obseruari, attamẽ ille qui commisit dolum,potest agere cõtra passum dolo,an velit stare contractui,vel rescindere &ipse tenebitur clare respondere, quãuis habeat electionem.l.Iulianus.§.si quis à colludente.ibique Bart.ff.de actio.emp.Bart.in.l.si quos. C.de decurioni.lib.10.Bald.in.l.si dolum.C. de peric. & comm.rei vendi. & est singul. & notatu digna ista doctrina secundum Curti.in repet.l.si transactione finita.num.2.C.de transactioni.¶Sit secũda conclusio constitutio census non solum procedit in annuis redditibus impositis ante approbationem factam à Romanis Pontificibus Marti.5. & Calixti,sed etiam in omnibus postea constitutis & constituendis in futurum.per dictas duas extrauag.de emp.& vend.inter communes.dum tamen cesset fraus.quia pecunia non generat pecuniam in contractu census ideo non est existimandus vsurarius. Emptor enim nõ emit pecuniam, sed actionem ad rem super qua imponitur census vt ex illa actione possit exigere cẽsum. & est ista ratio optima ad defendendum istum contractum & dicendum licitum esse. & sic cessat scrupulus Anchar.in disputa.incipi. antiquis & modernis temporibus.quam refert Anani.in capit. in ciuitate.colum.6.num.14.de vsur. Conrad. de Contract.quæstion.79.Molinæ.de contract. quæsti. 68.Nauar.in capitul.1.14.quæstion.3.numer.77. Couarr.lib.3.Variar.capit.7.column.8.¶Tertia sit conclusi.ampliatiua primæ,census constitutio non solum in redditibus pecuniarijs , Sed etiam in fructibus cõstitui potest,nisi Regia lege, prout est in nostro regno, esset prohibita. & sic ex fructibus percipiẽdis ex domo,fundo, vel alia re frugifera.& hæc constitutio in vtroque foro procederet.Ioan.maior in.4.sent.dist.15.quæstion.34. conclusi.1.vbi Gabriel.quæst.12.colum.2.artic.2. conclusi.1.Conradus de contractib.quæstion.72. & quæstion. 73. Pro qua conclusione adstipulatur.l.si debitor.§.verisimile est.ff. de contrahen. emptio.vbi venditio fructus oliuæ pendentis valet.& legatum de fructibus nascituris est validum l.1.ibi, aut fructus qui ex eo fundo percepti fuerint hæres dato.ff.de condi.& demonstr.ad idẽ.l. certus numerus.ff.de tri.vino oleoque legat. vbi ostenditur vinum legatum adhuc non natum ex certo fundo soluendo validum esse.&.l.ex eo.ff. eodem.titu.in quo textu etiam apparet,legatum vini in certa quantitate præstandum in singulos annos ex tali fundo iure debitum fore.l.inter stipulantem.§.sacram. versic. si stipulatus fuero.ff. de verbor.obliga.quo tex.habetur venditionem vsusfructus alicuius fundi vini vel huiusmodo firmam esse.&.l.legatum est.§.vini.ff.de annuis legat. vbi annuum legatum vini Falerni quod domi nasceretur tenet, & quod deest in vno anno supplendum venit ex fructibus sequentis anni ex eodem loco & fundo. nec longe his abest.l. licet. C.locat.vbi locatio fundi pro annua mercede seu tributo præstando valet.l.22.titul.8.part.5.l.106. in curijs Pincianis Anni.1537. Ad idẽ est. l. si vno anno.in princ.ff. locat. vbi conductio fundi fructuarij pro certa quantitate pecuniæ valet,& sterilitas vnius anni compensatur cum augmento alterius.conc.l.23.titul.8.part.5.c. propter sterilitatem.in princ.locat.dict.l.23.quæ cum eo cõcord. &.l.106.in curijs Pincianis Anni.1537. &.l.109. in curijs Segouiæ Anni. 1532.de quo articulo singulariter per Deci.consil.112.& Hippolyt.singu. 85.tu scis propter sterilitatem.si ergo fructus possunt emi,vendi legari,locari & in stipulationem deduci,meritòque poterunt vendi per viam tributi & annui redditus. ¶Quarta sit conclusio,licita est emptio reddituum ad vitam.& ita sunt in vsu in regno.Conrad.de contract.quæst.81.Ioan. maior in.4.senten.distinct.15.quæst.34.vbi Gabriel.quæstion.12.conclusi.3.dicit quòd est communis practica & ab omnibus concessa. quam etiam tenet Archiepis.Florent.2.part.summæ tit. 1.capitul.8. §. 11. & communem Parisiensium & Canonistarum fatetur Angel. Clauasi.in summ. verb.vsur.1.§.44.quid de illis.Ioan.Methymnæ in.C.de restitut.titul.de censu temporali.fo.170. colum.3.Oldrald.consi.207.Panormita.quæst.5. num.9.Innoc.& communis secundum Panor.in cap.in ciuitate.nume.7.de vsur.Rom.consil.302.

ego

